TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1448-1453.

TOY KYPOY

ΜΙΧΑΗΛ ΓΛΥΚΑ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

MICHAELIS GLYCÆ

OPERA OMNIA,

POST PHILIPPI LABBEI, JOANNIS LAMI, FRANCISCI FONTANI, JOANNIS LEUNCLAVII, C. FR. MATTHÆII, LEONIS ALLATII, ANGELI MAII CURAS

IN UNUM CORPUS NUNC PRIMUM COLLECTA.

ACCEDUNT

JOSEPHI CPOLITANI PATRIARCHÆ, JOANNIS DIACONI ADRIANOPOLITANI, ESAIÆ CYPRII, HILARIONIS MONACHI, JOANNIS ARGYROPULI, THEODORI AGALLIANI, JOB MONACHI, BARTHOLOMÆI DE JANO, NICOLAI BARBARI, ANONYMI

EPISTOLÆ, OPUSCULA HISTORICA, FRAGMENTA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV, ANNI 1448-1453.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLVIII CONTINENTUR.

MICHAEL. CLYCA (a).

Notitia ex Bibliotheca Joan. Alb. Fabricii.

Joannis Lamii De Michaele Glyca ejusque scriptis Dissertatio prior, ex Deliciis Eruditorum, tom. I. VII

— *Dissertatio posterior, ex ejusdem operis tom. VI.* XIX

Casim. Oudini Dissertatio de ætate et scriptis Michaelis Glycæ. XXIII

Michaelis Glycæ Epistolarum recensio, ex cod. 193 bibl. Reg. Taurin, ap. Pasini Codd. Regg. mss. Taurin. XXXIX

Michaelis Glycæ Annales a mundi exordio usque ad obitum Alexii Comneni imp. 1

Phil. Labbei Epistola nuncupatoria ad card. Mazarinum. *ibid.*

Ejusdem ad Lectorem Præfatio. 3

Joan. Leunclavii Præfatio. 5

Michaelis Glycæ Tabula, ex cod. ms. Fontebraldensi, a celsissimo principe Joanne Baptistide Borbonio liberalissime communicato. 9

Michaelis Glycæ Annalium pars I, totius universitatis rerum a Deo conditarum historiam continens. 27

— Annalium pars II, ab Adamo usque ad Cæsaris imperium. 251

— Annalium pars III, ab imperio Cæsaris usque ad Constantinum Magnum. 285

— Annalium pars IV. De Cpolitanis imppp. qui principes regnarunt. 465

Glycæorum Annalium continuatio, a Joanne Comneno usque ad imperii Byzantini eversionem, auctore Joanne Leunclavio. 623

Michaelis Glycæ Epistolæ, ex editione Joannis Lamii, Franc. Fontani, C. Fr. Matthæi, Angeli Maii, Leonis Allatii. 647

JOANNES DIACONUS ADRIANOPOLITANUS.

Carmen in laudem Joannis Palæologi ex edit. Ang. Mar. Bandinii. — Præcedit operis Argumentum, in quo de auctore inquiritur. 967

ESAIAS CYPRIUS.

Epistola ad Nicolaum Slengam de processione Spiritus sancti. 971

HILARIO MONACHUS.

Dissertatio dialectica de pane Græcorum mystico et azymo Latinorum, contra Græcos. 975

JOANNES ARGYROPULUS.

Notitia ex Boerneri De doctis hominibus Græcis, Græcarum litterarum in Italia instauratoribus. 983

Joan. Argyropuli libellus de processione Spiritus sancti, in quo habetur explanatio Decreti facti in synodo Florentina. 961

— Epistola ad Dominicum Roboreum, cardinalem, ex cod. ms. Taurin, 433. 1007

Theodori Agalliani dicæophylacis Refutatio libri Joannis Argyropuli, ex Dosithei TOMΩ ΑΓΑΠΗΣ. 1011

JOSEPHUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Confessio fidei dicta in conc. Florent, sess. 25, cum in extremis esset. 1051

Ejus Epitaphium. 1053

JOB MONACHUS.

Prooemium commentarii in Psalmos, ex cod. Taurin. 178

BARTHOLOMÆUS DE JANO, ORD. MINORUM.

Epistola contra Turcas, ad Albertum de Sarthiano; ex cod. ms. 1130 biblioth. S. Michaelis Venetæ. 1055

NICOLAUS BARBARUS, PATRICIUS VENETUS.

Ephemeri les de Cpoli anno 1453 obsessa atque expugnata, ea quæ inde a 5 Aprilis usque ad 29 Maii evenerunt complectentes. 1067

ANONYMUS.

Narratio de vita Mohammetis, ex D. W. Gass. Append. ad Gennad. und Pletho. 1077

(a) De Michaelis Glycæ ætate inter doctos controvertitur. Alii circa annum 1118, quo ejus Annales desinunt, eum floruisse existimant; aliorum sententia Michaelis epistolis nititur quas dedit ad Esaiam monachum et alios quos constat sæculo decimo quinto floruisse. Priori sententiæ potius putat acquiescendum Harlesius, et cum eo Walchius et Morellus; posteriorem tuentur Leo Allatius, quem exscribit et sequitur Casim. Oudinus; Joannes Lamius in duplici dissertatione epistolis Glycæ præmissa, et Labbeus in notis ad Glycæ Chronicon. Card. Ang. Majus, qui sacerdotem Glycam epistolam, Esaiæ monacho inscriptam, publici juris fecit, ad dogma tantum respicit, nihil de auctoris ætate statuens. Adhuc ergo sub judice lis est; judex ipse sit lector, cui, ut has partes implere possit, ea omnia ponimus in Prolegomenis quæ hinc inde afferunt utriusque sententiæ patroni.

NOTITIA.

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. XI, p. 193.)

Michaelem Glycam, non Siculum patria, sed Byzantinum et circa a. 1150 (*a*) vixisse observat Joannes Boivinus, qui pro Σικελιώτου docet legendum Σικυδιώτου sive Σικυδίτου, hoc enim illius nomen apud Nicetam : nomen autem Glycæ assumpsisse videri tunc demum cum habitum monasticum induit. Vide Mich. le Quien, tom. I, ad Damascen. p. 633 ; Allatium, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, pag. 702, et Theophilum Raynaudum, tom. VI Opp., pag. 119 seq.

(*a*) Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossianos est Mich. Glycæ Chronici fragmentum. V. Cat. bibl publ. Leid. p. 391, n. 9. — Ibid. in bibl. publ. p. 334, n. 2, Chronicon, ex veteri cod. descriptum, quasi paratum ad editionem. — *Annales* Augustæ Vindel. in bibl. publ. plut. 5, n. 26. V. Reiseri indic. mss. bibl. August. p. 68. — *Chronicon* Monac. in cod. Bavar. 152, quomodo præmissi versus et ipse titulus differat ab edito a Labbeo in notis ad Glycæ *Chronicon*, docet cl. Hardt in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1804, part. x, p. 48. — Veronæ in bibl. Saibantis, teste Scip. Maffeio in *Verona illustrata*. — Taurini in bibl. Reg. cod. 93, cujus lectiones sæpius discrepare ab edit. Veneta 1729, et in eo illas lacunas, in ista edit. occurrentes, eo modo, ut Labbeus ex suis codd. fecerat, esse suppletas, animadvertit confector Cat. codd. Gr. Taurin. p. 184. — De Mich. Glyca, a quo quidem in *Annalibus* leges, historico præscriptas, non observatas esse, multa tamen notatu digna narrata, judicant eruditi, universim tamen mactant eum laude celebris historici, philosophi ac theologi, conf. G. J. Vossium *De histor. Græc.* lib. II, cap. 27, ad sæculum duodecimum ; Cave in *Hist. lit. SS. eccl.* II, pag. 206 seq., qui eum claruisse scripsit ann. 1120 ;— Antonin. Mongitor. in Bibliotheca Sicula, tom. II, p. 75 seq., qui a p. 69 multorum Michaelum Siculorum vitam scriptaque persecutus, nostrum quoque perperam in numerum Siculorum scriptorum, incertæ tamen patriæ, recepit, ejus autem ætatem ad annum 1118 retulit, aliorum vero sententias subjunxit, multosque, qui de illo egerunt, laudavit ;— Jo. Fabricium, in *Historia bibl. Fabric.* tom. V, p. 262 seqq., qui præterea Olearium in *Bibl. eccles.* part. I, 487, aliosque appellat ; — Casim. Oudin. in *Comment. de SS. eccl.* tom. III, qui p. 2522 sqq., longam dissertat. de ætate et scriptis Mich. Glycæ contexuit, et in cap. primo subscripsit sententiæ Leon. Allatii, qui lib. II, *De perpetuo consensu Ecclesiæ Occid. et Orient.*, cap. 18, § 17, fol. 870, ex Glycæ epistolis effecisse sibi persuasit, Glycam floruisse circ. ann. 1430 et deinceps, atque Oudinus longum ex Allatii libro locum, cui intexta est epistola Glycæ (1), antea ineditа Gr. cum versione Lat. repetiit, graviterque invectus est in Caveum. — In eadem hæresi versabatur Jo. Lamius, qui tomo *Deliciarum eruditorum*, Florent. 1736, 8, edito longam de Michaele Glyca ejusque scriptis, præsertim epistolis, præfixit dissertationem cujus ab initio statim scribit, Michaelem cognominatum esse Glycam quod, prouti versus, qui in variis codd. ejus *Annalium* occurrunt, manifeste ipsi videntur indicare, ex Glycetarum esset familia : refellitque Fabricium nostrum, nullo antiquitatis monumento, nulla historiæ fide arbitratum, cognomen illud ab eo ascitum, cum monasticum habitum induisset. Tum, eum Siculum natione (quam tamen opinionem postea in alio tomo mutavit, Joannem Boivinum secutus), grammaticumque professione fuisse, ex inscriptione epistolæ primæ in cod. Riccardiano docuit et pluribus exposuit. Posthæc multis, forsan nimiis, laudibus ejus ingenium, litterarum copiam et scribendi genus extulit, existimans, illum in codd. jure appellatum esse λογιώτατον καὶ σοφώτατον. Dein inquirit in ætatem Glycæ, accedit Allatii atque Oudini judiciis, atque potissimum Glycæ epistolis, ab ipso editis, 35, 36 et 41, ad Constantinum Palæologum, qui ab anno 1443, vel 1448, usque ad ann. 1453, imperavit, aliisque, quæ uberius explicuit, argumentis ductus Glycæ ætatem demum illis annis alligat. Hujus rationibus subscripsit Hamberger. in *Zuverläss. Nachricht.* part. IV, p. 729, et Glycam post ann. 1443 vixisse adnotavit. At secus sensit Walch. theologus quondam Gottingensis, qui in singulari recitatione de Glycæ annis in comment. societ. Gott. vol. V, p. 18 seq., censet, ex epistolis illis, ad quas provocavit Lamius, haud posse tuta sumi argumenta, et probabilius ex iis epistolis, quæ consensum quemdam cum Glycæ Annalibus prodant, hujus ætatem ad sæculum XII referendam, definiri : qua de re quia in *Introduct.*, tom. II, part. I, p. 554 sqq. et in Supplem. ad illam, tom. II, p. 68, fusius disserui, nolo ea quæ ibi dixi, h. l. recoquere. Atque non solum Saxius in *Onom. litt.* II, pag. 241, ad ann. 1150 retulit Glycæ ætatem, sed quoque cl. Morell. in *Bibl. mss. Gr. et Lat.* tom. I, p, 266 sq. ex cod. Veneto bibl. Marc. 402, ad sæculum XIII referendo, qui continet Glycæ *Annales* et habet adnotationem, ann. 6798 (ær. vulg. 1290) ; comprobat Walchi sententiam, et censet docetque, illas tres epistolas Glycæ, si quidem auctor is est, ascriptas, aliisque Jo. Zonaræ et fortasse etiam aliorum immistas in codd. Parisiensis., Vindobon., Mosquensi, Taurinensi et Naniano, ad alium quemdam Constantinum Palæologum, antiquiorem, fuisse scriptas : in qua sententia mihi potius acquiescendum videtur. (Hare.)

SCRIPTA.

Anno Christi 1118 desinunt ab orbe condito deducti *Annales* Michaelis Glycæ (*a*), quorum partem [n. librum tertium a pag. 204 edit. Regiæ] a Julio Cæsare ad Constantinum M. ex codice Andreæ Schotti sub falso Theodori Metochitæ nomine Græce cum versione et notis edidit Jo. Meursius Lugd. Bat. 1618, 4 [et in Meursii Opp. tom VII, Florent. 1746, fol. pag. 737 sqq.]. Integros ex Jo. Sambuci codice vertit vulgavitque Latine Jo. Leun-

(1) Imo Isaiæ Cypri. Edit.

clavius, et ad captam usque a Turcis CPolin continuavit, Basil., 1572, 8. Inde Philippus Labbeus pluribus codd. mss. usus, Claromontano, Fontisebraldensi, et variis lectionibus ex codice Bavarico, Vallicellano atque Augustano Glycam Græce primus edidit, versionem Leunclavii recensuit notasque suas, perinde ut Meursii quoque, et Leunclavii continuationem adjunxit, Paris., 1660, fol. Laudat hic Glycas, pag. 82, Pyronem sive Pyrrhonem χρονογράφον, ex eoque refert, Adamum quadragesimo demum, cum conditus esset, die paradisum esse ingressum. (Fabr.) — Rec. in Corpore Byzantino, ed. Venet., 1729, Lambec. in Comm. de bibl. Cæsar., tom. II, pag. 247, emendat Πλαχίδη pro Πλαχιδία (uti legitur in Glycæ Ann. pag. 256, ed. Paris.) ex Socratis *H. E.* IV, cap. 26, et ex cod. Glycæ Annal. Cæsareo 41, inter codd. Gr. histor., atque Nessel in Cat. bibl. Vindob. part. v, pag. 55, 141 et 144, laudat tres codd. n. 28 (ex quo Nessel. scribit, non contemnendo spicilegio editionem Paris. Glycæ augeri posse ac suppleri), 79 et 86, in quibus est Glycæ *Chronicon*. Sed Kollarius in Supplem. ad Lambecii Comment. copiosius curatiusque recenset illos codd. Glycæ Annalium Cæsareos, n. pag. 657 sq., cod. 111 (in quo fol. 15 occurrunt quoque XXII, sive epistolarum sive disputationum Glycæ argumenta; Kollarius vero animadvertit, Labbei edit. multum distare a perfectionis laude, cum ille unius potissimum Claromontani, frequentibus lacunis interrupti, codicis auctoritatem in texto secutus, ex Fontisebraldensi codice, qui multo integrior, et Cæsarei Vindob. persimilis esset, lacunas A sui cod. separatis in notis tantum explevisset); — pag. 665 cod. 112, ex quo Leunclavius versionem suam confecit; et p. 667, cod. 113, in cujus inscriptione dicitur χρονικὴ σύντομος ἐπὶ σύναξιν, ἥτις συνετέθη παρὰ γραμματικοῦ Κύρου τοῦ Συκηλιώτου, — a Syceliota grammatico; cujus inscriptione deceptus et in eum errorem inductus esse Kollario videtur Leunclavius, ut primus omnium Glycam compellaret Siculi cognomine. — Glycæ *Annal.* in cod. Veneto D. Marci 402 — et in cod. Coisl. 312; de quo v. Montfauc. *Biblioth. Coislin.* pag. 426. — Item inter codd. Vossianos secundum cat. codd. Angliæ etc., II, pag. 57, — Leidæ, in bibl. publ. Chronicon ex veteri codice descriptum, quasi paratum ad editionem (catal. bibl. Leidens. B pag. 234, n. 2). — Paris. in bibl. publ. in cod. 1079, et fragmentum, res a Loone M. ad Monomachum usque gestas complectens, cum animadvers. viri docti margin. in cod. 1769. — Teste Montfaucon in Bibl. bibliothecar. mss. Glycæ chronicon in bibl. Veronensi (tom. I, p. 490, E) (Hase.)

Epistolæ 92 hujus Michaelis Glycæ mss. in bibl. Regia Paris. Ex his nonnulla afferuntur ab Allatio *De consensu*, ut ad Esaiam monachum p. 1280, ad Gregorium Acropolitam, pag. 1339; ad Alypium enclistum monachum, p. 1137, 1179, 1344, 1350; ad Nilum monachum, p. 1194, etc. In bibl. Cæsarea præter capita quædam philosophica mss. exstant C etiam *Epistolæ quinquaginta* varii argumenti theologici εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς, de quibus Lambecius IV, pag. 152 seq. (*b*), argumenta sin-

(*b*) Sive p. 343 sqq. ed. Kollar. de cod. 159. Præterea exstant ibidem in codd. 160 epistolæ *quinquaginta sex*, atque sex posteriorum epp. quæ desunt in antecedenti codice, inscriptiones atque initia refert Lambec. in mem. vol. IV, p. 353 sqq. — In cod. Cæsar. 232, Glycæ Epistolæ theologicæ quinquaginta quinque, atque Lambec. V, p. 139 seq. affert inscriptiones epistolar. 54 ac 55, quæ in superioribus desunt codd. — In cod. 233, in quo epistolas tam numero, quam ordine differre a memoratis, monet Lambec. V, p. 143 seq., denique in cod. Cæsar. 111, n. 2. Glycæ Epistolæ seu Disputatt. undeviginti. V. Kollar. Supplem. ad Lambecii Comm. part. I, p. 661 sqq. Ibid. in codd. 333 Epist. ad Alypium. V. Lambec. V, p. 619, n. 2. — Per hanc occasionem codd. epistolarum quæ D interdum uberius pertractant capita theologica variasque quæstiones theologicas, et peculiares habent inscriptiones, in aliis Bibliothecis asservatorum, dabo notitiam. — Augustæ Vindel. in cod. bibl. publ. *Explicatio quæstionum dubiarum e Litteris sacris*, teste Reisero in indice mss. bibl. August. pag. 23, n. 15. — Paris. in bibl. publ. cod. 169, *De dubiis S. Scripturæ*, libri duo, et in cod. 2746, n. 2, opus, capitibus viginti duobus constans, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus disseritur. — In sex codd. *Epistolæ*, et quidem in codd. 228, epp. 88, a n. 14-102, quarum singularum argumenta indicantur in cat. codd. mss. Regg. Paris. vol. II, p. 35 sqq. — In cod. 1383, n. 7, dicitur inesse epistola Glycæ inedita, ad Isaiam monachum, *An certis quibusdam diebus carnes apponi nefas sit*. — In cod. 1389, n. 6, epistola ad Isaiam monachum. — In cod. 3015, Joannis quidem Zonaræ triginta epistolæ de rebus ad theologiam pertinentibus ascribuntur, sed confector catal. cit. p. 601, e nominum, quæ apposuit, similitudine bene colligit, genuinum illarum auctorem esse Michael. Glycam. In cod. quoque 1218, undecim epp. similes, quarum auctor in aliis codd. nominatur Glycas, tribuuntur Jo. Zonaræ. — Denique in cod. 3100, n. 5, epistola ad Andronicum Palæologum, cujus nomen in controversia de Glycæ ætate est notandum. — Taurini in cod. Regio 57, fol. 238, Epistola ad Alypium. — In cod. 111, epp. triginta sex. — In cod. 193, epp. 92. V. Cat. codd. gr. Taurin. pag. 158, 216, in primis p. 286 sqq., ubi inscriptiones atque initia singularum, in ultimo codice exstantium, epistolarum copiose recensentur. Add. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 1398. *B.* — In cod. Escorial. Collectio variorum doctorum et interpretatio historiæ divinæ Scripturæ, teste Plüero, in *Itinerar. per Hispan.* p. 182. — Romæ in cod. Ottobon. *Quæstiones*. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 185 *E*. — Ibid. in cod. Vaticano bibl. reginæ Sinec. *Orat. ecclesiast.* Item ejusd. Glycæ, uti videtur, *Epp. de diversis rebus ecclesiasticis*. V. Montfauc. l. c. p. 53 *E*. — Basileæ, in cod. bibl. publ. *Capita quæ de Adamo et triplici hominis statu ante et post lapsum et post resurrectionem*. Ibid. pag. 613 *D*. — *Sermones varii*, h. e. epistolæ quædam, in bibl. Bodlei. in cod. Laudi 77, sive n. 719, Cat. codd. Angliæ etc. vol I. — In eadem bibl. cod. Laud. 91, s. num. 753, cit. Cat. opus, quod dividitur in varia capita. — *Sermones* quoque sunt in cod. quondam Gudiano. V. Marquardi Gudii *Biblioth.* etc. Kilon. 1706, 4, p. 537. — Mosquæ in cod. 22 typograph. synodal. epistolæ 9[illegible] V. Mat-

gularum et initia græce exponens. Nomina eorum, ad quos Glycas scribit, hæc sunt:

[Alexius Contostephanus, in cod. Paris. 228.]

[Andronicus Palæologus, in cod. Paris. et Taurin.]

Andropulus Palæologus, τῷ μεγαλοδοξάτῳ κυρῷ Ἀνδροπούλῳ τῷ Παλαιολόγῳ.

Alypius ἐγκλειστος sive inclusus, 20, 38, 44.

[Barlaam, monachus, in cod. Par. 228.]

[Chariton, 53, in cod. 160 Vind. et in cod. Paris. 228, ac Taur.]

Constantinus Palæologus. Τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ 35, 36, 41.

Isaias monachus, 8, 9, 10, 13, 14, 15, 16, 17, 46, 50. Monachus et domesticus, 18, 19, 22.

Gregorius Acropolites, 11, 12.

De dicto Gregorii Naz. qui diem τῶν Φώτων dixit λαμπροτέραν festo Nativitatis Christi, quod Chrysostomo est cæterorum festorum metropolis, 43.

Joannes Aspiota, monachus, 5, 6, 7. [Plures in cod. Taurin.]

Joannes dux. Τῷ μεγαλοδοξοτάτῳ μεγάλῳ ἑταιράρχῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ δουκί, 21 [et 52, in cod. 160].

Joannes Sinaita, monachus Stylita, 1 [quatuor in cod. Paris.]

[Joannicius monachus in cod. Taur.]

[Jo. Tricha in cod. Taur.]

[Leo ὁ ἐγκλειστος, 51, in cod. Vind. 160 et cod. Taur.]

[Leontius, monachus, in cod. Paris. 228.]

De Manuelis Comneni imp. edicto circa astrologiam et divinationem, 39, 40.

Maximus Smeniota (al. Asmeniota), 2, 3, 4, 27, 28.

Meletius Critopulus, 45.

[Nectarius, monach. in cod. Paris. 228 et Taurin.]

Nicephorus Sinaita. Τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνθρώπῳ τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ, 24, 25, 26.

[Nicolaus, monach. in cod. Taur.]

Nilus monachus, 47, 48, 49.

Onufrius monachus, 23, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 42.

Stephanus monachus, 37.

De tropario Theodori Studitæ. 34. Πῶς ἐκλῆπτεον τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τροπάριον τὸ

A τὸ οὕτως λέγον· Βάθος τῶν κριμάτων σου, Χριστέ, πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον, etc. [Nomina eorum, quibus editæ litteræ sunt missæ, in indice illarum notavi. HARL.]

Ex his epistolis prima et secunda est, quas nec integras tamen, Latine tantum edidit Jacobus Pontanus S. J. ad calcem Dioptræ Philippi Solitarii, Ingolstad. 1604, 4, unde in Bibliothecis Patrum [ex. gr. Paris. tom. XV, p. 794 sqq.] (c) recusæ sunt, disputationes duas: 1, ad Joannem Sinaitam monachum et stylitam, *Utrum in peccatum lapsis condescendendum, an prout ratio postulat, increpandi sint*; 2, ad Joannem (lege *Maximum*) Smeniotam, *Utrum audiendi sint docentes hominem a principio*

B *caducum corpus habuisse, et passionibus sive incommodis naturalibus etiam ante transgressionem obnoxium fuisse, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, et lignum scientiæ, ficum exstitisse.* (FABR.) Joannes Lamius ed torus Epistolarum Glycæ Collectionem, primum specimen illarum ex cod. Riccardiano, tres epistolas, n. 10, 13 et 52, Gr. ac Lat. dedit in Appendice ad commentar. s. Libros VI, de recta Christianorum in eo, quod mysterium divinæ Trinitatis attinet, sententia (Florentiæ, 1734, 4, de quo opere v. nova acta erudit. 1739, m. Jul., n. 3, p. 400 sqq.). Idem in Diss. de Mich. Glyca, p. 13 seq. observat, Bon. Vulcanium ex cod. quem Georg. Dousa CPoli attulit, tres epistolas Gr. ac

C Lat. publicasse in Notis ad Cyrillum contra Anthropomorphitas. Postea ex cod. Riccard. quatuordecim epp. interdum longiores de rebus theologicis, Gr. ac Lat. cum uberioribus adnotatt. evulgavit in *Deliciis eruditorum*, et quidem in tomo, qui prodiit Florent. 1736, 8, cui præfixa est laudata dissertat. additusque p. 28 sqq. Index auctorum et librorum, tam editorum quam ἀνεκδότων, ex quibus Glycas sua collegit, 1, ad Joann. Sinaitam, monachum, cum interpretat. Jac. Pontani; 2, ad Maximum Smeniotam (sive uti legitur in codd. Vindobon. Asmeniotam), longa disput. s. λόγος, *sermo*, uti reliquæ inscribuntur; cod. interprete, qui tamen eum falso appellavit Joannem: 3, 4, ad eumdem, Lamio interprete; 5, ad Joannem Aspiotem, cum Lamii

D versione; est perlongus sermo theologicus. Tum in tom. VII, ann. 1739, secundam epistolarum s. dissertationum Glycæ partem sive alias quinque epistolas pari ratione in lucem edidit, et ab initio comm. de Glyca continuavit; n. 6, 7, ad Jo. Aspiothæi Notit. codd. Gr. Mosquens. p. 273 sqq., ubi et ordinem et inscriptiones atque initia singularum epp. diligenter enotavit. — Eædem ibid. in cod. 48, n. 9, atque Matthæi l. c. p. 326, eum cod. cum superiore comparando, diversum adnotavit ordinem. — Ibid. p. 300, n. 2, de cod. 4, qui continet aliquot Glycæ epistolas, quas tamen alibi Jo. Zonaræ tribui adnotat Matthæi. — Florent. in cod. Riccardianæ bibl. epistolæ quatuordecim: ex illo quasdam edidit Lamius, ut postea videbimus. Atque is in Præfat. ad *Delicias eruditor.* ann. 1736, p. 18 sqq. copiose enumerat quosdam codd. in quibus Zonaræ adjudicantur epistolæ, et nonnullorum virorum doct. sententias de hac quæstione, ac pro Glyca disceruit litem; denique p. 23 seq. cod. Riccardian. curatius recenset. Add. ejusd. Præfat. ad *Delicias*, etc. ann. 1739, pag. XIV seq., ubi quoque de patria Glycæ it quidem in Boivini sententiam, addit tamen, non repugnare Glycam nostrum origine CPolitanum fuisse, incolatu vero Siculum, præcipue si monachus erat. (HARL.)

(c) Et ante Annales Glycæ in edit. Labbei, Paris. 1660, fol.

tam, quibus Lamius subjunxit longam *de carnis resurrectione* disputationem; 8 et 9, ad Isaiam monachum; 10, epist. ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino et Jo. Damasceno conflata, cum versione Bon. Vulcanii. Illis Franciscus Fontani in *Novis eruditorum Deliciis*, Florent. 1785, 8, addidit Gr. et Lat. quatuor Glycæ Grammatici disputatt. εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς, *in divinæ Scripturæ dubia*, s. epistolas, quarum tamen duas lucem jam vidisse, observat Fontani; nempe alteram ope Lamii, in tomo VIII Operum Meursii, p. 261; alteram vero opera Dominici Becuccii, qui eam cum *orthodoxis dogmatibus, quæ SS. apostoli exposuerunt*, Florent. 1768, vulgavit, quibus vero Fontani notas adjecit. Sunt vero: 1, disputatio XIII, ad Gregorium Acropolitam, cum versione Lamii; 2, disput. XIV, qua de causa Deus die quarto luminaria (τοὺς φωστῆρας) condiderit; 3, disp. XV, ad Isaiam monachum interprete Dominico Becuccio; 4, disput. XVI, ad eumdem. — Add. Oudin. l. c. p. 2527 sqq. ubi in cap. 2 copiose affert atque examinat quid scribat Car. du Fresne in Præf. ad Historiam Jo. Zonaræ, Paris. 1686, fol. de epistolis mss. nomine Jo. Zonaræ et Michaelis Glycæ inscriptis; in cap. tertio de epp. editis et earum codd. ubi præcipue Lambecii judicium locaque repetit; et in cap. quarto de ejusdem epistolis et Glycæ mss. homiliis s. sermonibus, cum Lambecii atque Allatii narrationibus ac judiciis. Denique cel. C. F. Matthæi in edit. Isocratis, Demetrii Cydon. et Michael Glycæ aliquot epistolarum, etc., Mosquæ 1776, n. 8, p. 47 sqq. ex cod. Mosquensi edidit Græce Mich. Grammatici Glycæ tres epistolas: 1, ad Joan. Tricham; 2, ad Charitonem monachum; 3, ad Nectarium monachum. Add. not. pag. 168. (HARL.)

JOANNIS LAMII

DE MICHAELE GLYCA

EJUSQUE SCRIPTIS

DISSERTATIO.

(*Deliciæ Eruditorum*, tom. I, Florentiæ 1736.)

Michael cognominatus est Glycas, quod ex Glycetarum familia esset, ut versus, qui in variis codicibus ejus *Annalium* mss. occurrunt, manifeste indicant; in iis enim habetur:

Ὃς ἐκ γένους ἔσχηκε Γλυκετῶν λάχος
Ὁ συγγραφὸς Μιχαὴλ τὸ βιβλίον.

Qui ex genere habuit Glycetarum sortem
Is, qui conscripsit, Michael, hunc libellum.

Quare fallitur Jo. Alb. Fabricius, qui cognomen illud ab eo ascitum, cum monasticum habitum induisset, nullo antiquitatis monumento, nulla historiæ fide, arbitratur.

Sicules autem natione fuit, (1) quod ex codicibus mss. elucet: eum enim Σικελιώτην constanter appellant, ut eruditissimus Phil. Labbeus in *Annalium* Glycæ Præfatione testatur. Nec abluderet τοῦ Γλυκᾶ cognomen, si qua is vixit ætate, Siculos græca adhuc dialecto usos fuisse constaret; quod quidem cur non credamus nulla causa subest: *In Calabria enim et in aliis Neapolitani regni regionibus, atque in Sicilia, ad proxima usque sæcula Græca lingua obtinuit, ut non plebeio solum usu, sed etiam ecclesiastico, in officiis suis Græca lingua frequentaretur, donec Sixti IV jussu ac decreto, omnibus ut Latine persolverent officia provisum est*; quæ sunt verba doctissimi Montisfalconii *Diar. Ital.* capite 15. Simile tamen cognomentum etiam Byzantii fuit; nam Joannes Glycys Byzantinus, hujus urbis patriarcha, claruit anno 1316, de quo videndus Rob. Gerius *Append. ad Hist. litter. script. eccles.* Gul. Cavei: quanquam Joannes Glycas Dufresnio dicitur.

Privatus an in magistratu, laudatus Labbeus inquit, *aut dignitate aliqua publica, militari, aulica forensive ornatus; conjugatus, an cælebs vixerit, plane nescio: nec aspersa singulis fere paginis vioῦ, τέκνου καὶ ἀγαπητοῦ vocabula, patrem potius, quam seniorem ac magistrum, discipuli aut amici juvenis gratia opus illud elucubrantem, designant.* Grammaticum tamen professione fuisse argumento est inscriptio epistolæ primæ, ut in codice Riccardiano quo usi sumus, habetur; quæ quidem ea est quæ sequitur: Γραμματικοῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ στυλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ κ. τ. λ. *Michaelis Glycæ grammatici, ad maxime venerandum monachum et Stylitam Joan-*

(1) Hanc opinionem retractavit postea Lamius. *Vide* infra col. XIX.

nem Sinaitam, etc. Quod quidem Grammatici nomen professionis esse non est cur dubitemus, et quod, etiam postquam monasticam vitam amplexus esset, retinere potuit, si quidem eam unquam amplexus est: nam, ut dixi, omni historiæ auctoritate destitutus id, una cum Fabricio, quis crederet? Et quidem monachi passim, alique in eminenti dignitate constituti, super theologicis gravissimisque controversiis eum consulebant, ut ex Epistolis, seu dissertationibus, quas edimus, certum exploratumque est. Quis autem facile opinetur, hominem sacris et castioris alicujus sectæ institutis minime addictum, sed e medio populo, cum tot episcopi ecclesiasticique præceptores vulgo supperent, ab eis in religionis dogmatumque Christianorum negotio consultum adeo frequenter fuisse? Non me quidem latet, mere etiam laicos aliquando in Ecclesia docuisse, et habuisse conciones, ut ex Eusebio de Origene adhuc juvene liquet; et Prosper Aquitanus multa, quæ ipsis ecclesiastici ordinis magistris ardua et salebrosa videri poterant, in re theologica docte et præclariter pertractavit; attamen isthuc ipsum in re tam obscura et ambigua nescio quid suspicionis inducere dissimulandum haudquaquam existimo. Confirmari id etiam posset animadvertendo in codice Cæsareo χορὸν Glycam appellari; quo vocabulo contracto monachi præsertim, sequioribus sæculis, indigitantur: non secus quidem atque nos *domnos* monachos honoris causa nuncupamus, quod latius ac dilucidius in scholiis ad dissertationem primam expedimus, et classicorum scriptorum testimoniis in medium adductis comprobamus. Quid quod codex ms. *Annalium* Glycæ Vallicellanus hujusmodi titulum præfert? Τοῦ λογιωτάτου καὶ μακαριωτάτου χυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ Χρονικὸν, κ. τ. λ. *Eloquentissimi et beatissimi domni Michaelis Glycæ Chronicon*, etc., qui forte non tam morum probitatem et sanctitudinem, quam monasticam professionem designare posse videatur. Codex quoque monasterii Fontisebraldensis paucis mutatis sic incipit: Τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαριωτάτου, etc., *Sapientissimi et beatissimi*, etc.

Quidquid autem sit, illud exploratæ fidei est, virum hunc litterarum studiis maxime deditum, φιλόπονον καὶ φιλομαθῆ, fuisse cunctisque adeo fere disciplinis eruditum: passim enim in suis operibus theologum simul, sacrarum Litterarum interpretem, medicum naturalisque scientiæ indagatorem solertissimum, peritissimumque se prodit historicum. Nec eloquentiæ quidem laude caret, et facili quadam ac plana dicendi ratione lectorem oblectat ac detinet, ita ut eloquentia cum ingenii facilitate certare videatur. Itaque ob ejus doctrinæ præstantiam merito λογιώτατος καὶ σοφώτατος appellatus est, ut ex ejus Epistolarum generali inscriptione in codice Cæsareo apud P. Lambecium, cod. theolog. 159, intelligitur; est enim ea, quæ sequitur: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ, κ. τ. λ. *Sapientissimi et eloquentissimi Michaelis Glycæ*, etc.; et ex inscriptionibus codicum *Annalium* Vallicellani et Fontisebraldensis, quas paulo superius attulimus. Et quidem in magna ob doctrinam existimatione fuisse indicant etiam luculenter ejus epistolæ, quæ monachis passim aliisque, qui eum de quæstionibus difficillimis consulebant, mittuntur, ut per ea tempora omnes fere ad eum doctrinæ causa, seu accessu, seu litteris, confluxisse videantur.

Qua ætate Glycas noster vixerit, post novam eruditissimi Leon. Allatii opinionem, quam Casimir. Oudinus suo calculo comprobat, in sententiis est. Plerique tamen omnes sæculi XII scriptorem eum existimant, Jo. Zonaræ, Georgii Cedreni, Const. Manassis σύγχρονον, aliorumque similium. Et quidem suam Historiam, quam ab orbe condito exorditur, usque ad obitum Alexii Comneni, et annum Christi 1118, deducit. Hinc a G. Jo. Vossio, lib. II *De histor. Græc.*, cap. 27, ad annum 1120 refertur; quemadmodum et a Guliel. Caveo, in *Hist. litter. script. eccles.* Ph. Labbeo verisimile est, eum circa annum 1150 floruisse: cui epochæ alii quoque astipulantur, si Allatium et Oudinum laudatos excepseris. Ille enim Glycam sæculi XV scriptorem esse, et anno 1430 ac deinceps claruisse, pertendit, ratioque, qua innititur, est, quod ex Glycæ epistolis plures ad Maximum Smeniotem, et Isaiam Cyprium monachum, qui tunc temporis vivebant, scriptæ sunt. Oudinus addit Glycæ syntagma historicum olere Græciam recentissimam, quod ille vel morte vel negotiis occupatus ultra annum 1118 non extenderit. Itaque juxta memoratos scriptores Glycas σύγχρονος fuisset Macarii Ancyrani metropolitæ, Nicolai Sclengiæ, Jo. Ducæ, aliorumque hujus ætatis virorum, qui lucubrationibus editis nomen suum posteritati commendaverunt. Verum id, quod litem omnem dirimit, sunt Epistolæ Glycæ 55, 76 et 91, quæ ad imperatorem Constantinum Palæologum scriptæ sunt; constat autem ex veriplibus chronologis Constantinum Palæologum non ante annum 1445, vel juxta alios 1448, imperium auspicasse Orientis, quod anno 1453, in Constantinopolitana clade exstinctus, amisit, cum annis 8, vel juxta alios 5 etsi non integris imperasset. Jam memoratarum Epistolarum inscriptiones in alio volumine una cum aliarum titulis afferemus, et ex iis veritas illa quam astruimus evidenter elucebit. Carol. quidem Dufresnius, vir doctissimus, in præfatione, quam operibus Jo. Zonaræ præmisit, cum in eam sententiam discessisset, quæ vult hasce Epistolas esse Jo. Zonaræ fetum, ut evincat eas, vel earum saltem aliquas, esse scriptas ea ætate, qua ille vivebat, clarum perspectumque esse ait, nonnullarum auctorem, si non omnium, vixisse sub Manuele Comneno; nam epistolam 38 in indice Lambeciano Manuelis Comneni imperatoris esse arbitratur, quare et subsequens *Antapologeticum*, quod quidem statim subditur in codice Cæsareo et in Regio Pari-

sensi, eodem tempore scriptum esse infert. Eam ætatem etiam arguit ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot epistolæ inscribuntur : atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris mentio occurrit apud Nicetam in Alexio Manuelis fil., et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit lib. v. Sed recte observat Cas. Oudinus falsum esse Dufresnium, dum censuit epistolam 38 ad Alypium monachum esse Manuelis Comneni, cum vere Glycæ sit monachum illum ab astrologiæ studio dehortantis : concedit tantum *Antapologeticum* esse Manuelis Comneni, cujus quidem nomen præfert, et numero 39 collocatur. Cum enim Alypius in astrologiæ studium toto pondere ferretur, nec Glycæ consiliis et hortationibus acquiesceret, ut studium suum defenderet, nihil ipse regessit, sed aliena scriptione usus est, mittens pro responsione *Antapologeticum* Manuelis Comneni ab annis circiter 300 in gratiam astrologiæ, qua delectabatur, conscriptum; vel alium Manuelem Comnenum fuisse suspicatur. Ad ea vero quæ Dufresnius de primariis aulæ Constantinopolitanæ viris adducit, ita laudatus Oudinus respondet : *Non his nominibus veteres hi intelliguntur, sed recentiores ejusdem nominis et dignitatis, qui anno circiter* 1450 *in imperio Orientali sub Constantino Palæologo, ultimo Græcorum imperatore, dignitatibus his fungebantur : ut constat ex Joanne Duca, cujus historiam in manibus habemus : qui Michaelis Glycæ* σύγχρονοι *cum fuerint, ad illos epistolas dedisse nihil mirum videbitur.* Atque ita quidem ille. Et, ut videtur, Joannes Ducas, ille idem est, qui scripsit Historiam Constantinopolitanam, quando Constantinopolis a Mahumete II Turcarum imperatore expugnata est, eaque illis imperii esse sedes cœpit, quod fuit anno Hegiræ 857, Christi autem 1453, quo vivebat ille Ducas ex inclyta Ducarum familia oriundus. Hic de gestis Turcarum adversus Græcos, et Constantinopoli subacta, commentarios exstat ms. Græce in Bibliotheca Christianissimi Francorum regis, quem una cum interpretatione sua Latina Ism. Bullialdus in corpore Byzantinæ historiæ edendum curavit, et de quo Ger. Jo. Vossius, lib. IV *De Histor. Græc.*, cap. 19. Exstant inter Epistolas Michaelis Glycæ epistolæ duæ ad hunc Joannem Ducam, nempe 21 et 32. De Joanne autem Duca plura videnda apud Cas. Oudinum ad annum 1460, et in Jo. Zonara.

Opera, quæ Glycas scripsit, sunt in primis *Annales*, patriarcharum, regum atque imperatorum res gestas, historiamque omnem Judaicam, Romanam ac Constantinopolitanam, ita complectentes, ut eodem contextu controversas inter theologos philosophosque quæstiones agitaverit, ac de rebus omnibus, quæ in cœlo, aere, terra ac mari fiunt, de avibus, piscibus, animalibus, homine, atque angelis, disseruerit, secutus veterum Patrum Eustathii, Basilii, Nysseni, Chrysostomi, Sinaitæ, Pisidæ, aliorumque vestigia ac pene verba : qui quidem omnes opus sex dierum, quod Græca voce Hexaemeron dicere solemus, singulari diligentia concinnarunt. Sed quia notatur a Th. Dempstero, lib. I *Paralip. ad Rosinum*, cap. 1, quasi leges historico præscriptas non servaverit, hic tempestive describenda videntur verba Leunclavii proœmio in Glycæ *Annales* : *Quod si quis arbitratur*, inquit, *hisce de rebus minime disserendum vel in historia, vel in adnotatione temporum, is sciat, primum hæc juvenibus esse perscripta, quorum animos rectis sententiis (ut paulo ante significabamus) imbui permagni refert. Deinde velim Glycæ nostro vel illam ob causam sit æquior, quod pleraque non ita prolixe, nec confuse, tradiderit, ut Cedrenum et alios facilitasse videmus : qui compendia quædam promittentes, volumina prorsus ingentia, quæque sine tædio perlegi nequeunt, posteris reliquere.* Hujus operis titulus in codicibus Vallicellano et Fontisebraldensi ita habet : Τοῦ λογιωτάτου καὶ μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνοπτικὸν, διεξιὸν κατ' ἐπιτομὴν περί τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, περί τε τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντων ἐν ἡμέραις ς' περί τε τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδάμ, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς. *Eloquentissimi et beatissimi domni Michaelis Glycæ Chronicon compendiarium ab orbe condito, breviter percurrens ea, quæ attinent cœlum et terram, lucemque ejus, et omnia, ut uno verbo dicam, a Deo sex diebus fabrefacta, Adamique fictionem, et cætera, quæ deinceps contigerunt.*

Præter *Annales* scripsit Glycas Epistolas plurimas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis, dubiisque ad cœlestium Scripturarum enarrationem resolvendis; quas solita dicendi facilitate et multijugis eruditionis illecebra et amœnitate conscripsit. Quæ quidem earum exstant, quod sciam, 56 numerum explent. Lambecius tamen in codice theolog. 233, lib. v Comm., observat in hoc codice aliter Epistolas Glycæ disponi, tam numero, quam ordine, adeo ut ea, quæ in aliis codicibus est 55, in hoc codice sit 64 et ultima. Hæ omnes enim quinque codicibus mss. Bibliothecæ Cæsareæ continentur, ut apud Pet. Lambecium codicib. Theolog. 159, 160, 232, 233 et 553 videre est. Glycæ quidem Epistolæ magno in pretio habitæ sunt a viris doctis, et plerique etiam publici juris facere conati sunt; sed vel integris codicibus destituti, vel morte præventi, vel alia de causa impediti, id præstare non potuerunt. Earum quidem codicem Georg. Dousa Constantinopoli attulerat, sed recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscriptum, imo et mutilum interdum, ut ex epistola 15, quam ex eo codice Bon. Vulcanius edidit, patet. Nam Bon. Vulcanius, cum Dousæ codicem nactus esset, tres ex illis epistolis edidit una cum sua Latina interpretatione in Notis ad S. Cyrillum, *Contra Anthropomorphitas*, cum interim omnium harum Epistolarum editionem meditaretur,

ut in laudatis notis affirmat. Tres autem Epistolæ, quas typis mandavit Vulcanius, ordine sunt 10, 13, 32. Jac. quoque Pontanus duas ex hisce litteris, quas ab Andrea Schotto habuerat, Latine a se conversas excudendas curavit, quæ hodie in *Maxima Patrum Bibliotheca*, et in *Annalium Glycæ* editione Parisiensi a Philippo Labbeo adornata habentur: sed nec textum Græcum apposuit, et alterius vix dimidia pars est, quam edidit, adeo mancum et detruncatum fuisse oportet codicem, quo usus est. Tandem Leo Allatius *De Consensu utriusque Ecclesiæ, contra Creigthonem; De libris ecclesiasticis Græcor.; lib. de Purgator.* et *lib. adversus Hottingerum*, hasce epistolas sæpe laudat, et fragmenta plurima, nec contemnenda quidem, earum adducit; imo in quibusdam locis nonnullas etiam integras describit.

Nos igitur horum virorum præstantissimorum propositum laudabile secuti, nonnullas Glycæ Epistolas in lucem edere animum induximus, nostræque ἀνεκδότων collectionis velut in ipsa fronte constituere; cum ob argumentum nobile et excellens, utpote theologicum, tum in memoratorum scriptorum laudis et venerationis argumentum. Cum enim in ms. bibliothecæ Riccardianæ, cui præsum, codicem quinto decimo quidem, ut videtur, sæculo, sed egregie exacteque descriptum incidissem, quo harum Epistolarum quatuordecim continentur, has saltem publico non invidere mecum ipse deliberavi, adeoque exscripsi mea manu diligenter, et in Latinam linguam sedulo pro virili accurateque converti. Hujus autem meæ editionis specimen dederam in Appendice illorum Commentariorum, quibus *De recta Christianorum in eo, quod mysterium divinæ Trinitatis attinet, sententia*, titulum feci, memoratarum Epistolarum tertia Græce ac Latine publici juris facta: ibique jam me olim cæteras quoque, quas habuissem, editurum receperam: quare nunc fidem libero. Inter has quidem non eas tantum proferam, quæ ἀνέκδοτοι sunt, sed ut opus perfectum et absolutum, quoad fieri potest, exsistat, iis suo loco et illas, quæ ab aliis editæ fuerunt, interseram: fragmenta etiam, undecunque corradere licuerit, adjiciam: et ubi plus præstare non dabitur, saltem reliquarum nudos titulos (1), ut eos Lambecius recenset et exhibet, in medium adducam. Quanquam et eas, quæ alias editæ fuere, ἀνεκδότους, et nunc primum in publicum prodire visum iri prudentioribus spero; nam vel exactiores et emendatiores, vel integriores, vel primigenia sua lingua, qua exaratæ fuerunt, emittentur. Ecce enim Pontanus Latine tantum, alteramque mutilam excudit: ipse Græcum contextum apponam, et quæcunque desunt ex codice Riccardiano supplebo. Bonavent. Vulcanius Græce quidem ac Latine suas vulgavit, sed mendoso codice usus, unam etiam ἀκέφαλον edere coactus est: in hac editione et emendatæ omnes, et integræ perlegentur. Denique fragmentis earum et titulis illud novi saltem accedet, quod cum Latina interpretatione prodibunt. Adde quod opportuna scholia identidem aseripsimus, et perpetuum prope commentarium attexuimus. Id quod novum saltem erit in iis quas Leo Allatius edidit; nam eas et Græce et Latine, et castigatissimas, quæ fuit viri diligentia et eruditio, evulgavit. Non quod nostri propositi pars sit, adeo frequentia et prolixiora etiam scholia ad ea opera, quæ in collectione nostra publici juris facturi sumus, commentari, sed in editione harum Epistolarum id necessarium esse arbitratus sum. Cum enim Glycas noster sequioribus sæculis vixerit, et quando Græci homines sine nugis et ineptiis vix quidquam scribere aggressi sunt, ejus opinionum licentiam et τὸ παράδοξον compescere interdum oportuit, ac certis frenis coercere, theologorum melius sapientiusque opinantium consulta e regione, ut ita dicam, statuendo, tanquam adversus eum aciem instructissimam, atque ita legentium rectæ sententiæ et securitati consulere. Non enim semper optimas ratasque sententias, et antiquorum Patrum placita, seligere et amplexari videtur; sed de regia opinionum via ita quædam ad divortia deflectere aliquando, ut facile possit a delicatioribus quibusdam novitatis et αὐτομολίας insimulari. Ad hoc igitur saltem meæ observationes inservient, ut recta Glycæ sententia apertius dilucidiusque percipiatur, et non facile cujuscunque criminationibus in his, in quibus minime meretur, obnoxius evadat, in quibusdam excusari aut defendi non potest, utpote Græci schismatis homo, et erraticarum illius gentis opinionum aliquando propugnator, ut ostendetur inferius. Non tamen ideo spernendus auctor hic videatur; nam et ex his sequioris ævi scriptoribus Græcis magnam catholicæ Ecclesiæ utilitatem provenire cognoscitur, sive ut historia ecclesiastica locupletior exactiorque habeatur, sive ut Græci schismatis errores facilius refellantur, sive ut nostrorum temporum sectarii falsarum opinionum certorumque deliramentorum rei manifeste revincantur: id quod aperte elucet ex Jo. Morini, Leon. Allatii, Petri Arcudii, Fr. Combefisii, aliorumque doctissimorum hominum lucubrationibus, quos inter memorandus præcipue Nicol. Commenus Papadopolus, qui anno 1697 librum typis mandavit Patavii, ita inscriptum: *Prænotiones mystagogicæ ex jure canonico, sive Responsa sex, in quibus una proponitur Ecclesiæ utriusque, Græcæ et Latinæ, suffragium de iis, quæ omnino præmittenda sunt ordinibus sacris, atque obiter et Græcia adversus calumniatores defenditur, et præcipuæ Photianorum ineptiæ refelluntur.* Ibi innumeri scriptores Græci, proximioris præsertim ætatis, in medium afferuntur, qui maxima pars ignoti nobis erant, ut scribit præstantissimus Monsfalconius *Diar. Ital.* cap. 28.

(1) Et hoc etiam non præstitit, quod ejus loco fecimus. Edit.

Cæterum nunc monendum est, in quibusdam codicibus hasce Epistolas non Michaeli Glycæ, sed Jo. Zonaræ tribui, ut in codice Regio, cujus meminit Dufresnius, quanquam recentiori manu scripto, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), indict. 6. Hunc enim titulum præfert : Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοασηκρῆτις καὶ δρουγγαρίου τῆς Βιγλης. *Epistolæ domni Joannis Zonaræ, et protoasecretis, et præfecti Vigilum.* Zonaræ quoque has Epistolas ascribebat codex, quem Georg. Douza Constantinopoli attulerat, exstatque modo in Bibliotheca Lugduno-Batava ; quare et illæ, quas ex eo edidit Bonav. Vulcanius, eidem Zonaræ tribuuntur. Zonaræ pariter vindicat Index Græcorum librorum ex codice ms. Regio 2813. Phillppus quoque Labbeus, tom. I *De Scriptor. Eccles.*, in Georg. Cedreno, hasce Epistolas Zonaræ potius esse existimat, quas exstare tantum numero 46 affirmat, et suspicatur eis additas aliquot fuisse alicujus scriptoris Glyca recentioris epistolas. *Qui enim fieri potuit*, inquit, *ut de Cedreno ne verbum quidem fecerit in Annalibus suis Glycas, qui Joannem Scylitzen, Joannemque Zonaram tam sæpe appellat?* Quæ quidem ratio mihi languidula videtur ac futilis. Labbeus usus videtur codice ms. Claromontani collegii Parisiensis societatis Jesu, qui epistolas 46 continet Zonaræ tributas. Hinc factum est, ut promiscue hasce Epistolas sub nomine Zonaræ, aut Glycæ, laudet Allatius ; quanquam contra Creigthonum scribens in eam concedere sententiam videtur, ut Glycæ potius quam Zonaræ illas attribuat : ibi enim ita scribit : *Hæc et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Joannicium monachum*, etc. Et idem quoque facit passim in opere *De perpetuo consensu utriusque Ecclesiæ*, etc., et in dissertationibus *De libris ecclesiasticis Græcorum* quoque ut plurimum Glycæ eas vindicat. Et recte quidem, ut arbitror, ita sentit vir ille doctissimus. Quomodo enim Jo. Zonaræ adseri possunt illæ Epistolæ, quas Constantini Paleologi ætate scriptas fuisse exploratæ fidei est, ut superius ostendimus? Zonaras enim non sub hoc principe, neque sæculo XV, sed sub Alexio Comneno, XII videlicet sæculo, ab anno 1110 ad 1120 floruit, ac paucis post annis Joanne Alexii filio imperante naturæ concessit. Insuper duo Cæsarei codices, quos lib. IV Commentariorum laudat Lambecius, quorum prior epistolas 50, alter 56 continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. *Sapientissimi et eloquentissimi domni Michaelis Glycæ in divinæ Scripturæ dubitationes.* Et ad calcem codicis posterioris hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. *Hic libellus est Michaelis Glycæ.* Sed et Codex Riccardianus, quo utimur, ita inscribitur : Γραμματικοῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. *Grammatici Michaelis Glycæ.* Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibliotheca Augustana eodem titulo, cod. 65, et a Jac. Pontano, qui priores duas Latine convertit atque edidit. Sed et has sub Glycæ nomine citant Casaubonus *Exercit. in Baron.* 16, n. 49 ; Antonius Possevinus, tom. II *Apparatus sacri*, et Jo. Baptista Cotelerius in Notis ad Opera SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt, ubi inquit : *Quæ etiam citat Michael Glycas in libro posteriore operis* εἰς τὰ ἄπορα τῆς Γραφῆς, *cap.* 32. *Exstat id opus ms. in bibliotheca Thuana, compositumque est ex orthodoxa fide S. Joannis Damasceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.* Sed et Gul. Caveus in Joanne Zonara eas Glycæ potius adjudicandas existimat. Ex his, quæ hactenus disseruimus, constitit, arbitror, non tantum has Epistolas genuinum esse Michaelis Glycæ fetum, verum etiam, quem eæ in diversis codicibus titulum præferant. Quibus addi potest inscriptio codicis Augustani 57, quæ ita habet : *Michaelis Glycæ explicationes obscurorum locorum sacræ Scripturæ.*

Cæterum aliquot alios tractatus hactenus inedítos recenset Leo Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, lib. II, cap. 18, nempe, librum ad Maximum Smeniotem *De processione Spiritus sancti*, cujus fragmentum habet ibidem lib. III, cap. 2. Ad eumdem, *an Christus azymo in suprema cœna usus sit.* Ad Isaiam monachum *De animabus a corpore separatis.* Verum hi omnes tractatus nihil aliud mihi cum Oudino esse videntur, quam Epistolæ Michaelis Glycæ, in quibus Scripturæ loca quædam obscura, vel controversa, ille explicat.

Sed quia ad calcem codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritate usus est Epistolarum scriptor, eam hic describere operæ pretium esse existimavi : Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοὶ, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσσης, Ἰωάννης ὁ χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης · σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καί τις ὁ φωτίζων τούτους, καὶ μάρτυς ἀψευδὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Qui simul scripserunt, simulque testes hujus libri fuere, sunt hi : Gregorius Theologus, Magnus Basilius, Gregorius Nyssenus, Joannes Aurifluus, magnus Athanasius, Cyrillus, magnus Epiphanius, Anastasius Sinaites, Joannes Damascenus, Gregorius Dialogus, Andreas Cretensis, Petrus et Paulus apostoli, Nicephorus patriarcha, cumque his Moses et David, et, qui hosce illuminat testisque est mentiri nescius, Spiritus sanctus.*

Verum antequam de Glycæ Epistolis agere desinamus, de codice Riccardiano lectorem edocere fert animus. Codex hic chartaceus est, notatus numero 19, Pluteo K, ordine I, inter Græca manuscripta. Continet primum Epistolas Glycæ nonnullas, deinde Christoduli monachi, seu Joannis Cantacuzeni, dialogos 8 adversus Judæos manu diversa

exaratos. Primi autem titulus ita habet : Χριστοδούλου μοναχοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγος α'. *Christoduli monachi adversus Judæos sermo 1.* Incipit vero : Οὐκ οἶδ' ὁπότερον κάλλιον φαῖεν ἄν τινες, ἐπιγράψας τῷ τοιούτῳ συντάγματι κατὰ Ἰουδαίων ἆρα, ἢ μᾶλλον ὑπὲρ αὐτῶν, κ. τ. λ. Est in fine et aliud perbreve opusculum, alia quoque manu, ut videtur, exscriptum, cui præfigitur : Δόγματα ὀρθόδοξα, ἅπερ ἐξέθεντο οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι Πατέρες, καὶ οἰκουμενικοὶ διδάσκαλοι. *Dogmata orthodoxa quæ exposuerunt sancti apostoli, et omnes sancti Patres, et œcumenici doctores.* Initium autem ejus est : Πιστεύομεν, καθὼς ἐβαπτίσθημεν, εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὸν ἕνα Θεὸν, κ. τ. λ. Omnia tamen hæc opera sæculo XV descripta esse videntur, etsi nullibi anni, vel temporis, quo scripta fuerunt, adnotatio pareat. Glycæ autem Epistolæ omnes, quæ hoc codice habentur, quatuordecim tantum sunt, quarum prima ad Joannem Sinaitam scripta est, prout in Indice Lambeciano, et cæteræ etiam eodem ordine ac serie, qua in memorato indice progrediuntur. Unum tantum singulare habet hic codex, quod numeri adnotatio indicat, eam epistolam non esse Glycæ primam, sed tertiam ; ita ut quarta decima decima sexta, numero ascripto, significetur. Cæterum est admodum correctus et emendatus, integer quoque et eleganter exaratus, ut plurimi faciendus esse videatur.

Sed jam in alia Glycæ opera inquiramus, deque iis loquentem audiamus Cas. Oudinum in Glyca : *Inter mss. codices,* inquit, *Bodleianæ Oxonii in Anglia bibliothecæ cod.* 720, *in mss. codicibus Guilielmi Laudi litt. c. cod.* 77, *Græce exstant Michaelis Glycæ sermones varii : et ibidem cod.* 723 *in manuscriptis codicibus ejusdem ibidem cod.* 91, *n.* 2, *exstat Michaelis Glycæ tractatus, qui in varia capita dividitur etc., qui liber anno æræ Græcanicæ* 6978 *scriptus esse dicitur, hoc est, anno Christi nati* 1470. *Denique in catalogo bibliothecæ Marquardi Gudii, qui regiæ majestatis Daniæ consiliarius fuit in supremo tribunali ducatus Slesvicensis, anno* 1706 *Kilonii edito in* 4, *apud Bartholdum Reutherum, pag.* 533, *inter mss. codices Græcos in* 4, *cod.* 50, *Michaelis Glycæ sermones, chartaceo codice bonæ notæ, quem titulus* σοφώτατον καὶ λογιώτατον *laudat, ubi argumenta sermonum recensentur summatim, singulis per ordinem operi præmissis.* Hæc quidem ille. Sed hæc fere omnia nil aliud mihi esse videntur, quam ipsæ Glycæ Epistolæ, quæ Λόγοι, *Sermones* interdum inscribuntur, ut quidem aliquando fit in codice Riccardiano. Guil. quidem Caveus in sua *Litteraria scriptorum ecclesiasticorum Historia* scriptum reliquit, codice philosophico 103 bibliothecæ Cæsareæ, nonnulla Glycæ capita philosophica asservari : sed ejus inimicus et insectator acerrimus, Cas. Oudinus, id falsi arguit affirmatque, cum consuluisset, nihil se tale reperisse

Jam tempus, cum de Glycæ scriptis late egeri-

A mus, perscrutari, quibus ille Christianæ religionis dogmatis censendus sit, quod quidem ex ipsius scriptis eruendum videtur. Glycam quidem orthodoxum Phil. Labbeus arbitratur, sed evidentia ipsa contrarium demonstravit. Antiquum enim schisma et ipse fovens, quædam contra Latinos composuit. Nam scripsit primum ad Maximum Smeniotem. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης Πέμπτης ὡς τῶν τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δῆθεν τοῖς οἰκείοις τὸ Πάσχα ἐτέλεσεν· *An dicentibus attendendum sit Christum vespere magnæ feriæ* V, *cum Pascha celebraretur, accepisse azymum, et sic suis tum Pascha tradidisse.* Principium autem est : Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, καὶ πολλοῖς

B ἔφθασε. Scripsit deinde Περί τινων χρήσεων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐ ταυτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις· *De nonnullis Patrum testimoniis, quibus probatur, ex solo Patre, non autem et ex Filio, Spiritum sanctum procedere : et non esse idem missionem et processionem.* Principium, Τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Verum tamen est eum pro Latinis quoque contra suos Græcos scripsisse ad Isaiam monachum, Περὶ τοῦ ὁποῖον ἅπαντι τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὅπου αὗται ἀπέρχονται. *Quid sit de animabus, postquam fuerint a corpore separatæ, et quo illæ abeant?* Principium,

C Καὶ περὶ τῶν μὲν δικαίων, τί χρὴ καὶ λέγειν. Initio probat luculentissime in cœlum eas deferri, ideoque præsentes Deum manifeste intueri, atque ita summa beatitate gaudere : ut hinc arguas omnes Græcorum errores, ipsis etiam Græcis, qui schisma foverunt, non eodem loco fuisse. Hic postremus sermo decimæ octavæ epistolæ locum obtinet in Indice Lambeciano, a qua non multum dissimilis argumenti videtur esse ea, quæ sequitur, undevicesima, eidem monacho scripta. Alii autem duo tractatus adversus Latinos sunt vicesima septima, et duodetricesima, epistolæ in Indice memorato, quem post epistolas ad operis calcem, ut jam dixi mus, cum aliis fragmentis, tempestive exhibebimus.

D Jam vero quid de Glycæ eruditione, judicio, diligentia et opinionibus dicendum et sentiendum sit, alibi, licet perfunctorie et obiter, enuntiavimus, quare hæc in præsentia pluribus diducere pro inutili ac supervacaneo haberi posset. Hic tantum ascribere e re fore arbitror catalogum auctorum, qui in Glycæ operibus, cum Epistolis, tum Annalibus, citantur, et ex quibus omnia sua collegisse compilans ille videtur,

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant.

Hunc quidem præter brevem illum auctorum, qui in Epistolis laudantur, quem paulo superius descripsimus, alii quoque concinnarunt ; sed, quem ipse contexui, copiosiorem absolutioremque esse inficiabitur nemo.

Auctores et libri, tam editi quam ἀνέκδοτοι, ex quibus MICHAEL GLYCAS *sua collegit.*

Acacius Cæsariensis.
Æmaus.
Alexander Monachus.
Ambrosius Mediolanensis.
Amphilochius Iconiensis.
Anabatianus. *S. Pauli Anabaticon.*
Anastasius Sinaites.
Anastasius Sinaites alter.
Anaxagoras.
Anaximander.
Anaximenes.
Andreas Cretensis.
Andromachus medicus.
Antoninus Augustus.
Apollinarius Laodicenus.
Apollonius Tyaneus.
Aquila.
Arcadii Responsum.
Aristoteles.
Athanasius.
Athenodorus philosophus.
Auctor quæstionum ad Antiochum.
Augustinus.
Barlaamus.
Barsanuphius.
Basilius Magnus.
Basilius medicus.
Cæsarius, Nazianzeni frater.
Caius historicus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Carthaginiense.
Cosmas Hierosolymitanus Majumæ episc.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Damasus papa.
Daniel propheta.
David propheta.
Democritus.
Diodorus Tarsensis.
Diogenes Cynicus.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Corinthius.
Dioscorides.
Empedocles.
Ephræmus.
Epiphanius episcopus.
Epiphanius, presbyter.
Eusebius Cæsariensis.
Eustathius Antiochenus.
Eutyches hæreticus.
Eutychius patriarcha.
Galenus.
Gennadius, patriarcha CP.
Georgius Cedrenus chronographus.
Georgius Syncellus.
Germanus, patriarcha CP.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Magnus, papa.
Gregorius II, papa.
Hadrianus imperator.
Heraclea episcopus.
Heraclitus.
Hermes Trismegistus.
Herodotus.
Hieronymus.
Hippocrates.
Hippolytus martyr.
Hippolytus Thebanus.
Homerus.
Innocentius I, papa.
Isidorus Pelusiota.
Jamblichus.
Joannes Chrysostomus.
Joannes Climax.
Joannes Damascenus.
Joannes Scylitzes.
Joannes Xiphilinus.
Joannes Zonaras.
Josephi precatio.
Josephus Flavius.
Julianus Halicarnasseus, hæreticus.
Julius Cæsar.
Justinus Martyr.
Justinianus Augustus.
Juvenalis, Hierosolymorum antistes.
Leo I, papa.
Leo, archiepiscopus Thessalonicensis.
Leo Sapiens, Augustus.
Liber de Basilii miraculis, qui ab Amphilochio scriptus putatur.
Libanius Sophista.
Macarius Ægyptius.
Manes.
Marcus monachus.
Maximus monachus.
Methodius patriarcha CP.
Michael Cerularius.
Michael Parapinacius imperator.
Michael Psellus.
Nectarius, patriarcha CP.
Nestorius, patriarcha CP.
Nemesius Emesenus.
Nicander Colophonius.
Nicephorus, patriarcha CP.
Origenes.
Papias, historicus.
Parva Genesis.
Patricius Prusensis.
Paulus Samosatensis.
Petrus ad Faustum.
Philo Judæus.
Philo philosophus, historicus ecclesiasticus.
Phlolaus.
Photius.
Pionius.
Plato.
Plotinus.
Plutarchus.
Porphyrius.
Proclus.
Procopius Cæsariensis.
Προσευχὴ τοῦ Ἰωσήφ.
Psellus. *Vide* Michael.
Ptolemæus Alexandrinus.
Pyrrhon Chronographus.
Pythagoras.
Rufus scriptor medicus.
Sabellius hæreticus.
Serapio mathematicus.
Severianus Gabalorum episcopus.
Severus.
Simeon Metaphrastes.
Sophocles.
Symmachus.
Tertullianus.
Theodoretus.
Theodorus Mopsuestenus.
Theodorus Studita.
Theophanes Confessor chronographus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophylactus.
Thucydides.
Timotheus, patr. Alexandrinus.
Valens astronomus.
Valentinus hæresiarcha.
Xenophanes philosophus.
Zoroastres.

CANDIDO LECTORI

J. LAMIUS S. D.

(Ex Præfatione ad tomum VI *Deliciarum*, Florentiæ anno 1759 editam.)

—

En alias quinque Michaelis Glycæ Epistolas, seu Dissertationes, in vulgus prodimus, nunc primum omnes, decima excepta, quam quidem Bonav. Vulcanius in Scholiis ad Cyrillum Alexandrinum contra Anthropomorphitas, Latina sua interpretatione addita, olim publici juris fecit, licet initio et medio mutilam, quæ nos ei ex codice Riccardiano restituimus. In præfatione quidem, quam primæ harum Epistolarum a me editarum parti præfixi, asseruI Michaelem Glycam Siculum fuisse, codicum, quos doctissimus Phil. Labbeus consulnerat, fidem secutus; sed cum modo videam eruditissimum virum Jo. Boivinum docere pro Σικελιώτου legendum Σικυδιώτου, sive Σικυδίτου, quod hoc illius nomen apud Nicetam occurrat, adeoque Glycam nostrum Byzantinum fuisse affirmare; hic id monendum censui, sed ut et monerem Boivinum probabiliter falli, dum credit Glycam nostrum a Niceta Choniate, qui anno 1204 florebat, memorari potuisse; cum explorate prope fidei sit, contra quam Vossius, et Labbeus, et Caveus, et Fabricius, senserint, Michaelem Glycam medio circiter quinto decimo sæculo claruisse; quod et in alia præfatione observavimus. Quis enim communi sensu præditus dicere queat Michaelem Glycam, si sæculo XII, ut illi putant, vixisset, epistolas 35, 36 et 41, τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ, *augustissimo imperatori domino Constantino Palæologo*, qui demum anno 1448 regnare cœpit, scribere potuisse? Quin ea, quæ habet Nicetas libro II et IV, de Michaele Sicydite mago et facinoroso homine, miror quomodo Boivinus de Michaele Glyca intelligere potuerit, cum, vel Glycæ Annales evolvas, vel ejus Epistolas perlegas, nihil aliud ex iis exstet nisi quædam pietas, et sacrarum Litterarum studium, divinorumque Patrum ampla cognitio; et multo magis miror in ejus sententiam tam facile divisse doctissimum Jo. Alb. Fabricium tom. X *Biblioth. Græc.*, pag. 228 et 545. Non ignoro a quibusdam objectum iri nos certo non scire, an illæ omnes Epistolæ Michaelis nostri sint. At certe Zonaræ, cui quidam codices tribuunt, esse non possunt illæ quæ Constantino Palæologo scribuntur. Zonaræ enim ætas repugnat. Sed quædam alterius

alicujus esse non poterunt? Argumenta ut id evincatur afferre necesse est. Pro Glyca stat codicum mss. inscriptio; stat quod illarum Epistolarum plures ejus quoque Annalibus totidem verbis insertæ sunt; stat idem stylus, eadem scriptionis materies, eadem dispositionis et ratiocinationis methodus. Quæ quidem omnia simul collecta et expensa prævalere videntur jejunæ illi dubitationi: Quid si Epistolæ miscellæ sunt? Quod si Glycæ dictio elegans et florida est, non ideo sæculo XV minus congruit, quo explorátum habemus, Plethones, Bessariones, Trapezuntios, Gazas, Argyropylos, Lascares, Chalcocondylas, Musuros, et Græcos alios sexcentos disertissimos, omnes eloquentiæ ornatus, et dictionis phaleras, copiamque uberem, in suis instructissimis commentariis et epistolis exhibuisse. Qui I autem habent alii de Glycæ ætate aliter sentientes, quo suam opinionem fulciant? Illud unum nimis incertum et fallax, *Glycam* suos Annales ad sæculum XII tantum deduxisse. Multa in causa esse potuere, cur ulterius Annales *Glycas* non produceret, ut alibi observavimus; et lectorem exemplis obruere possem, nisi brevitati consulerem, eorum, qui licet serius vixerint, susceptas tamen historias ad suam usque ætatem non deduxerunt. Et hæc quidem, conjecturis probabilioribus indulgens; cum tamen plurimi faciam de Glycæ ætate dubitationem, qua vir doctissimus æque ac amicissimus se in ea traducit ambiguum. Non tamen a Boivini sententia longe recesserim in eo quod *Glycam* Byzantinum putet; a me enim jam animadversum fuit Glycetarum familiam etiam Constantinopoli fuisse, et Joannem Glycyn, seu Glycan, ut Dufresnius appellat, patriarcham CP. claruisse anno 1316. Item, Daniel Glycys unus est ex iis, ad quos Georgius, seu Gregorius Cyprius patriarcha CP., qui anno 1283 florebat, scribit, ut apud L. Allatium *De Georgiis* videre est, et ex eadem forte familia ar Joannes fuit. At non repugnat *Glycam* nostrum origine Constantinopolitanum fuisse, incolatu vero Siculum, præcipue si monachus erat, ut Fabricius arbitratur. Patet enim Siciliam et Calabriam Græcis Basilianorum monachorum cœnobiis referas fuisse, et in iis non Itali tantum, sed et Græci ipsi (quanquam Sicilia olim et Calabria, quæ Magna Græcia quoque dicta est, Græcissantes provinciæ erant) philosophiam Christianam profitebantur. Rochus Pyrrhus in suæ *Siciliæ Sacræ* libro IV triginta Basilianorum cœnobia in Sicilia existentia recenset atque describit, quorum plurima sub Constantino Copronymo excitata fuisse videntur, cum scilicet ille impius imperator edicto promulgato vetuerat esse monachos in Oriente. Tunc enim ingens monachorum orientalium multitudo sese in urbem et Italiam infudit, quorum cum Græca lingua esset peculiaris, eosdem in monasteriis collocatos voluit Paulus I papa ea præstare, quæ consuevissent in monasteriis Orientis, et psalmorum cantus, aliaque officia ecclesiastica sua ipsorum lingua absolvere, ut scribit Baronius, Annalium parens eminentissimus. Quod quidem succedentibus temporibus usque ad suam ætatem, hoc est, usque ad annum 1640 et quod excurrit, servatum esse testatur Rochus Pyrrhus, Netini cœnobii Basiliani abbas, laudatus notit. I libri IV, cum quo nescio quomodo conciliare præstantissimum Montefalconium, qui cap. 15 *Diarii Italici* scribit, in Calabria, et aliis Neapolitani regni regionibus, atque in Sicilia, linguæ Græcæ in ecclesiasticis officiis usum fuisse, donec Sixtus IV vetuit, ne quis nisi Latine divina officia persolveret; nisi dicamus Sixti IV edictum ad monachos etiam Basilianos extensum non fuisse, sed tantum clericos sæculares, aliosque aliorum ordinum monachos respexisse. Et quidem Jo. Mabillonius *Itinere Italico* tradit monachos cœnobii Cryptæ Ferratæ, duodecimo ab urbe lapide distantis, missam Græce celebrare, sed Romano ritui prorsus accommodatam. Jam vero cum hæc ita se habeant, quis non videat facilem et non ingratum Græcis ad hæc Sicula cœnobia transitum fuisse, multosque illorum in ea insula austeriorem vitam sumpto sacro schemate profiteri potuisse; eorumque unum Michaelem Glycam forte fuisse? Quis enim ignorat laudatum Baronium tradere sub Leone quoque Armenio imperatore, sacrarum imaginum hoste, orthodoxos monachos Constantinopoli, et ex aliis Orientis partibus exactos et extorres in Italiam et Romam confugisse? Sed exemplis etiam id confirmare proclive est, ex ea circiter ætate, ac deinceps petitis, qua *Glycam* vixisse veroquamsimillime credimus. Ecce Bessarion cardinalis, patria Trapezuntius, anno 1446 ac deinceps, archimandrita erat monasterii Sancti Salvatoris Linguæ Phari Messanæ, et monasterii SS. Petri et Pauli de Agro, et Sancti Philippi Majoris, et Sancti Angeli de Brolo, cum insuper esset protector universi ordinis Basiliani, ut Pyrrhus citatus memoriæ prodidit. Anno 1551 Anatolius Constantinopolitanus monachus, una cum monacho pariter Græco Basiliano Davide, et presbytero quodam societatis Jesu, in Sicilia de dono Rogerii regis anno 1145 concessum, quo rex confirmat Athanasium hieromonachum, secundum abbatem cœnobii S. Philippi Majoris, describit, quod in libros regiæ cancellariæ transfertur. Imo non dubitandum linguæ Græcæ præceptores aliquos in memoratis monasteriis per ea tempora esse, præsertim cum in Sicilia et Calabria Italica lingua passim invaluisset, et major monachorum numerus tunc temporis Italos fuisset; ut Græcis litteris animo comprehensis monachi Græca lingua de more ecclesiastica officia perficerent. Ex his esse potuit Michael Glycas, qui in codice Riccardiano ideo forte *Grammaticus* dicitur. Et certe hujusmodi præceptores necessarios fuisse evincit etiam id, quod deinde consecutum est, anno videlicet 1461 senatum Messanensem a Pio II pont. max. petiisse, et obtinuisse, ut gymnasia Græca

Messanæ pro monachis Græcis, seu Calogeris, A conventui præceptori annua mercede aureorum 80 de camera solvenda a monasteriis Basilianis, erigerentur; quod executioni mandandum Bessarion Ordinis protector litteris Romæ anno insequenti datis edixit, Athanasio episcopo Hieracensi et quibusdam abbatibus scribens. Hinc Constantinus Lascaris CP. ex litteris protectoris Ordinis datis Romæ pridie Idus Decembris 1467, cum mercede annua scutatorum 80, quæ solvere tenerentur monasteria Græca Siciliæ, docendæ linguæ Græcæ præficitur. Anno 1478 Constantinus Lascaris adhuc in Sicilia docebat, et hoc anno, jussu Ægidii Romani abbatis monasterii SS. Petri et Pauli de Agro, e Græco in Latinum convertit primævum diploma fundationis et dotationis illius cœnobii datum anno mundi 6625, indictione 9. Anno pariter 1499 idem Lascaris Latine reddidit Græcum Diploma Rogerii comitis, quo is testatur parta de Saracenis victoria templum et cœnobium Sanctæ Mariæ de Mili ædificasse et ei Michaelem abbatem præfecisse, datum anno mundi 6600, die 10 Decembris, indictione 14, Christi 1092. Sed vix dubitare possum, quin hic ipse Lascaris et ante hæc tempora in Sicilia et Calabria versatus sit, cum videam eum librum *De Calabris et Siculis scriptoribus exarasse*, et Alphonso Neapoleos regi, qui anno 1458 naturæ concessit, nuncupavisse; qui liber habetur apud Fabricium, tom. XIV *Bibliothecæ Græcæ*. Atque hæc quoad Glycæ ætatem et patriam dicta sint. Nunc, aliam præfationem etiam in hoc suppleturi, memorabimus Michaelis Glycæ *De Pœnitentia Salomonis* tractatum, unum illorum opusculorum fuisse, quæ Allatius libro IV suorum *Symmicton* inserere meditabatur, ut apud Fabricium lau latum citato tomo videre est; qui forte nil aliud est, quam una ex Glycæ Epistolis. Insuper monemus B Græcum Annalium Glycæ codicem ms. in Bibliotheca Saibantis Veronæ asservari, ut prodit in sua *Verona illustrata* vir doctrinæ et eruditionis immensæ Scipio Maffeius marchio.

Glycæ Epistolæ juxta Fabricium numerum 59 explent, quot ille credit a Lambecio recenseri; sed multo plures ille memorat, et ad numerum 64 ascendere affirmat, ut jam in prima præfatione animadverti. Quin ipse Fabricius observat Parisiis in bibliotheca Regia epistolas 92 Michaelis Glycæ mss. asservari; ipse vero addiderim Glycæ Epistolarum codicem, manu exaratum, qui in Augustana Bibliotheca exstat, et cujus alibi mentionem fecimus, mihi missum et commodatum iri, si velim, ut omnes describam, spem fecisse vir clarissimus Jac. Brukerus Augustanus, Caufbyrensis minister et scholarcha doctrina juxta ac humanitate præcellens; quem quidem nondum senatum illum amplissimum petii, quod omnes illæ his *Deliciarum* mearum angustiis comprehendi non possint, ut materiarum varietas in iis promissa servetur. Memorabile et insigne exemplum, quod multos patriæ ingratos, litteris exitiales, sibique et suæ famæ inimicos homunciones, qui ad inutiles sibi suas bibliothecas viris doctis aditum præcludere sustinent, merito pudore suffundat. Epistolæ 5 Glycæ, quas hoc volumine publici juris facio, partim Joanni Aspiotæ monacho, partim Isaiæ pariter monacho scribuntur. Quis sit Joannes ille Aspiotas ignoro prorsus. Idem proferrem de monacho Isaia, nisi Cas. Oudinus opinari videretur esse eumdem ac Isaiam illum, cujus Epistolam contra Nicolaum Selengiam *De processione Spiritus sancti*, producit Allatius tom. I *Græciæ orthodoxæ*; et qui anno 1430 probabiliter florebat, ut observant Wartonus et Fabricius. Hic Isaias appellatur etiam monachus et domesticus, ut jam innuimus. C

DISSERTATIO

DE ÆTATE ET SCRIPTIS MICHAELIS GLYCÆ.

(Cas. Oudin. *De script. eccles.*, tom. III, col. 2521.)

PROLOGUS.

Michael Glycas, natione Siculus, non sub Alexio et Joanne Comnenis imperatoribus Constantinopolitanis vivens, ut vulgo creditur, sed sub Constantino Palæologo ultimo illo imperatore ad annum 1450 clarus, scripsit anno incomperto *Annales quadripartitos*, opus non modo theologicum, sed et physicum et historicum. Prima parte agit de opere sex dierum. Altera de rebus gestis ab orbe condito usque ad Christum natum. Tertia res gestas a Christo usque ad Constantinum Magnum D prosequitur. Quarta res tractat Byzantinorum imperatorum usque ad obitum Alexii Comneni, qui anno 1118 moriens, Joannem Comnenum successorem habuit. Exinde usque ad captam a Latinis Constantinopolim perstringit res Byzantinas Joannes Leunclavius, qui et primus Glycæ interpretationem nobis dedit, Basileæ, anno 1572, in 8, typis Episcopii editam. Habetur autem eadem Historia Græce et Latine in folio inter Historicos Byzantinos Parisiis ex typographia Regia, cum interpretatione et notis Philippi Labbei, de quo nunc sæpe loquimur.

Exstat autem illa Græce ms. in bibliotheca Vallicellana Romæ, Regia Gallica, Claramontana Parisiensi, imperatoria Vienuensi, et Augustana Vindelicorum Cod. 80.

CAPUT PRIMUM.

Quid sentiat Leo Allatius de ætate Michaelis Glycæ.

Ætatem quidem Michaelis Glycæ omnes fere scriptores ad annum 1120 assignant, ut Gerardus Joannes Vossius, lib. II *De historicis Græcis*, cap. 27, pag. mihi 504; Guillelmus Cavus in *Historia rei litterariæ* ad annum 1120, pag. 654. Sed longe aliter Leo Allatius libro II *De perpetuo consensu Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis*, cap. 10, § 17, fol. 870, cujus tamen maxime intererat, ut Glycam antiquiorem faceret, quem vult contra Græcos stetisse a partibus Romanis. In causæ ergo suæ præjudicium Michaelem Glycam vult floruisse anno circiter 1430, trecentis post vulgarem sententiam annis, fuisseque synchronum Macario Ancyrano metropolitæ, Nicolao Selengiæ atque Isaiæ Cyprio monacho, hujus ætatis scriptoribus. Novam quamvis sententiam, non absurdam, imo veram putem, hucusque Glycæ Syntagma historicum olere Græciam recentissimam, quod ille vel morte, vel negotiis occupatus, ultra annum 1120 non extendit, etsi tribus post hanc epocham sæculis vixerit. Igitur hic a me relinquitur, etsi in scriptoribus ecclesiasticis nimium innovare videar, hanc tamen Allatii sententiam non dissimulare aut tacere, mearum fuit partium. Id potissimum colligit ex Glycæ Epistolis, quarum plures ad Maximum Smeniotem et Isaiam monachum, qui tunc temporis vivebant. Ne vero fidem quis mihi detrectet, ipsum Allatium verbotenus produco. « Michael quoque Glycas hoc eodem ævo floruisse videtur, qui inter alia pie doctеque scripta, quædam etiam contra Latinos composuit : 1. Ad Maximum Smeniotem, Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης Πέμπτης, ὡς καὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δῆθεν τοῖς οἰκείοις τὸ Πάσχα ἐτέλεσεν· *Si dicentibus attendendum est, Christum vespere magnæ Feriæ V, cum Pascha celebraretur, accepisse azymum, et sic suis tunc Pascha tradidisse.* Principium, Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὦ θεῖα καὶ ἱερὰ κεφαλή, καὶ πολλοῖς ἐφάνθσε. 2. Eidem : Περὶ τινων χρήσεων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐ ταυτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις· *De nonnullis Patrum testimoniis, quibus probatur, ex solo Patre, non autem et ex Filio Spiritum sanctum procedere : et non esse idem missionem et processionem.* Principium, Τί δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Scripsit pro Latinis contra Græcos ad Isaiam monachum, Περὶ τοῦ ὁποῖον ἅπαντᾷ τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὅπου πορεύονται· *Quid sit de animis, postquam fuerint a corpore separatæ, et quo illæ abeant?* Principium, Καὶ περὶ μὲν τῶν δικαίων τί χρὴ καὶ λέγειν ; Probat luculentissime in cœlum eas deferri, ibique Deo præsentes visione beatifica frui : ut hinc arguas omnes Græcorum errores, ipsis etiam Græcis, qui schisma foverunt, non eodem loco fuisse, ut alibi dicemus. » Atque ut rectius hæc intelligantur, adjungenda, quæ habet paragrapho 16, præcedenti col. 866 : « Nullam apud alios ipsius (*Macarii Ancyrani metropolitæ*) memoriam reperi, quemadmodum nec de Nicolao Selengia, qui iisdem fere temporibus contra Latinos, varias hinc inde collectas auctoritates Patrum, male consutas, pejusque intellectas publicavit. Illæ cum in manus pervenissent Isaiæ Cyprii, examinatæ discussæque, tantum abfuit, ut mentem Selengiæ et Græcorum opinionem comprobarent, ut collectorem summæ ignorantiæ nulliusque judicii hominem arguerent. Quare Epistola ad Nicolaum scripta, idemmet Isaias futilitatis et nugacitatis reprehendit(1). »

Agit de Michaele Glyca Guilielmus Cavus in *Historia litteraria*, tomo I, seu parte I, ad annum 1120, pag. 654; et parte II, pag. 383, editionis Londinensis; et in editione Genevensi ad eumdem annum 1120, parte I, pag. 456, et parte II, pag. 223, ubique cum errore, sed scriptoribus omnibus communi, qui illum anno 1120 assignarunt. At præter errorem hunc, quem Cavo condonare debemus, licet, si accurate Leonem Allatium *De consensu utriusque Ecclesiæ* legisset, quem tam frequenter citat, corrigere illum potuerat ac debuerat : vel etiam ex Lambecio in mss. codicibus Græcis Epistolarum Glycæ, quos non semel revolvenset, emendare eumdem poterat. Sed his non contentus, quod Cavo nostro turpius est, aspersit falsas citationes omnes codicum manuscriptorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, parte II, pag. 383, his verbis, dum loquitur : « Michael Glycas, natione Siculus, claruit anno 1120. Epistolæ LXI maximam partem theologicæ de variis sacræ Scripturæ controversiis, Græce mss. in bibliotheca Vindobonensi aliquoties habentur, nempe codice theologico 67, codice 83, num. 2, fol. 29; codice 155, codice philosophico 103, ubi etiam nonnulla ejus *Capita philosophica* asservantur. Speciatim harum Epistolarum recensionem exhibet Lambecius *Commentariorum* libro IV, pag. 152, etc. Epistola ad Alypium monachum *de Assumptione* beatæ Virginis Deiparæ, exstat separatim codice theologico 265, num. 11, fol. 5. » Ita quidem Cavus. Verum hæc omnia mendacia et falsæ citationes, ad Guilielmi Cavi confusionem et dedecus : exstant enim in mss. codicibus quatuor istis, codice ms. theologico Græco 149, num. 2, 160, de quibus libro IV Commentariorum hujus bibliothecæ pag.

(1) Hanc epistolam habes apud nos in Isaia Cyprio, ad annum 1430.

134 et 157. Item codice theologico ms. Græco 252, ut habet Lambecius lib. v Commentariorum, pag. 64, et codice sequenti 255, ut idem habet ibidem, pag. 66. Epistola autem ad Alypium monachum *De assumptione B. Virginis Deiparæ* separatim non exstat, ut falso Cavus inquit, sed codice citato 233 cum aliis ejusdem Glycæ epistolis pluribus. Est etiam falsum, quod Cavus addit, *Codice philosophico* 103 ejusdem bibliothecæ *nonnulla etiam ejusdem capita philosophica asservari*, ut mihi conferenti patuit.

CAPUT SECUNDUM.

Quid scribat Carolus Dufrenius de epistolis mss. nomine Joannis Zonaræ et Michaelis Glycæ inscriptis.

Nemo accuratius de *Epistolis* istis diffusius doctiusque disserit Carolo du Fresne, domino du Cange, in Præfatione, quam præmisit *Historiæ Joannis Zonaræ*, quam anno 1686 Græce et Latine edendam Parisiis curavit 2 tomis in folio, typis Regiis ornatissimis, ubi inquit : « Enimvero supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis *Epistolæ dogmaticæ*, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explanationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta describit Petrus Lambecius libro IV *De bibliotheca Cæsarea*, quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hactenus incertum hæreat, utrius sint : tametsi in eam concedere sententiam videatur Leo Allatius contra Creighonum pag. 544, ut Glycæ potius illas tribuat, quam Zonaræ, ubi ita scribit : *Hæc et alia Michael Glycas, Epistola satis prolixa ad Joannicium monachum* etc. Hujus etiam Epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus *Exercit.* in Baronium 16, num. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ Epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ in mss. prostant, alius erit disserendi locus. Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac inquisitione levasset. Certe Zonaræ has ascribit codex Regius, sed recentior manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), indict. VI, hoc titulo : Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ, καὶ πρωτοσυγκρίτης, καὶ ἐρουγγαρίου τῆς βίγλης. Continet porro hic codex XLV duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sanaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in Indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imperatoris, scripta videlicet ut profert inscriptio, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ, Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρέπεσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς etc. Atque in hæcce verba desinit : Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλή, ὡς εἰμαρμένη καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπαγορεύεται. Καὶ γὰρ τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον οὐ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεχόμεθα, προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν· οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ δεκάλογον ὀρθὸν αὐτοῖς ἀπεχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in codice Regio, et in Indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino ascribunt hoc titulo : Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν, ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur : Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμᾶς ἤδη χειρὸς ἐλήλυθεν. Καὶ ἐν πρώταις μὲν ἀναγνούς, καὶ περιεπτυξάμην αὐτῷ, καὶ θερμῶς κατεφίλησα. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι παναγίᾳ τῷ ὄντι, καὶ θρεμμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » πρὸς αὐτὴν ἐκείνου ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τοῦ ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς κατασοβούμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμασα κατά γε τὸ πρόσθεν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον, καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνὸν, οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσὼν, χειροδεθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus, sub finem vero hæc subduntur : Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράτρεπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina, quorum auctoritatibus usus est Epistolarum scriptor. »

« Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοὶ, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσορρήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ Διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης· ἐν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καί τις ὁ φωτίζων τούτοις, καὶ μάρτυς ἀψευδής, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce Epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in Notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex codice quem Georgius Douza attulerat Constantinopoli, recentati et parum fida manu, ut ipse testatur exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferebat. Zonaræ ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex codice ms. Regio 2813. Verum duo Cæsarei, quos

l.b. v Commentariorum fol. 50 laudat Lambecius, quorum prior Epistolas L, alter LVI continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς Θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hoschelio ex bibliotheca Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine reddidit. Sed et ad calcem codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Promiscue vero hasce Epistolas sub nomine *Zonaræ* sive *Glycæ* semper laudat Allatius lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, num. 17; lib. III, cap. 15, num. 8, cap. 16, num. 24, cap. 18, num. 8, et contra Creightonean pag. 541 et 544. In quibus quidem locis quasdam ex iis integras descripsit, ita ut cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Id duntaxat constat, nonnullarum auctorem, si non omnium, vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico, cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot inscribuntur : atque in iis, Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios omittam, mentio occurrit apud Nicetam in *Alexio Manuelis filio* num. 7 et 9, et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit libro V, num. 14 et 15.

Falsum porro est, quod scribit Dufrenius allatus, epistolam nempe 38 hujus collectionis esse Manuelis Comneni imperatoris ad Alypium monachum, quem a studio astrologiæ avertere omnimode nititur : nihilque in hoc Collectaneo, quod spectet ad imperatorem hunc, quam *Antapologeticus*, qui nomen ejus præfert, et loco 39 collocatur. Porro cum Alypius astrologia mirum in modum afficeretur, nec studium ejus hortante Michaele Glyca, licet monacho minus convenions relinquere vellet : Epistolæ Michaelis Glycæ, ne illum exasperaret, respondere nolens, pro responsione habuit; ad sui justificationem, *Antapologeticum Manuelis Comneni imperatoris*, quem inter codices suos habebat, ab annis circiter 300 conscriptum in gratiam astrologiæ, qua delectabatur. Atque hoc modo studium summum commendavit instantius, quam si ipse responsionem propriam Michaeli Glycæ adornasset. Nam hoc modo astrologiam multo magis commendabat, quam imperator Græcus ante trecentos annos defenderat adversus vituperatores et monachum quemdam illi insultantem. *Antapologeticum* igitur esse Manuelis Comneni agnoscimus, at epistolam 38 præcedentem Alypio monacho scriptam fuisse a Michaele Glyca *Adversus astrologiæ studium* constat. Nihil igitur occurrit in his epistolis, quo probetur illas ad Joannem Zonaram pertinere, qui maxime sub Alexio Comneno, qui anno 1118 mortuus legitur, floruit, ac paucis post annis Joanne Alexii filio imperante fatis cessit.

Nec juvatur etiam in conjectura sua in Zonaræ gratiam facta : *Ex viris primariis aulæ Constantinopolitanæ, quibus aliquot inscribuntur* : *Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios omittat, mentio occurrit apud Nicetam* in Alexio Manuelis filio num. 7 et 9, *et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo, cujus pariter Cinnamus meminit libro* V *num.* 14 *et* 15. Non enim his nominibus veteres hi intelliguntur, sed recentiores ejusdem nominis et dignitatis, qui anno circiter 1450 in imperio Orientali sub Constantino Palæologo, ultimo Græcorum imperatore, dignitatibus his fungebantur : ut constat ex Joanne Duca, cujus historiam in manibus habemus : qui Michaeli Glycæ synchroni cum fuerint, ad illos epistolas dedisse nihil mirum videbitur. Hæc adversus conjecturas Dufrenii pro Zonara factas. Contra autem illorum plurimæ Michaelis Glycæ nomen expressum habent, inscriptæ nonnullæ diserte *Constantino Palæologo imperatori*, qui ab anno 1444 ad 1453 imperium tenuit, aliæ aliis ejusdem temporis viris illustribus.

CAPUT TERTIUM.

Quid de his epistolis editum fuerit, qui codices mss. illarum in diversis bibliothecis, ac de illis quid Petrus Lambecius scribat et sentiat libris IV *et* V *Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis.*

Ejusdem *Michaelis Glycæ disputatiunculæ duæ* Latine factæ per Jacobum Pontanum soc. Jesu, Ingolstadii, anno 1604, in 4, cum Dioptra Philippi Solitarii, quæ Græce quoque mss. exstant in bibliotheca Cæsarea Viennensi et in Augustana cod. 57 : *Michaelis Glycæ explicationes obscurorum locorum sacræ Scripturæ* : vel ut in imperatoria, ejusdem *Quæstiones et dubitationes in Scripturam*, quæ nondum, quod sciam, impressæ sunt : de quibus loquitur Antonius Possevinus tomo II *Apparatus sacri*, pag. 112. Joannes Baptista Cotelerius in notis ad Opera SS. Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt, col. 77, lit. E inquit : *Quæ etiam citat Michael Glycas in libro posteriore operis* Εἰς τὰ ἄπορα τῆς Γραφῆς, cap. 32. *Exstat id opus ms. in bibliotheca Thuana, compositumque est ex orthodoxa fide S. Joannis Damasceni, adjectis nonnullis aliorum Patrum.* Aliquot etiam tractatus hactenus ineditos recenset Leo Allatius *De consensu utriusque Ecclesiæ*, lib. II, cap. 18, paragr. 17, nempe *Librum ad Maximum Sueniotem de processione Spiritus sancti*, cujus fragmentum habet ibidem lib. III, cap. 2, § 3. *Ad eumdem, an Christus azymo in suprema cœna usus sit. Ad Isaiam monachum de animabus a corpore separatis.* Verum hi omnes tractatus nil aliud mihi esse videntur, quam epistolæ Michaelis Glycæ, in quibus Scripturæ loca quidem obscura vel controversa explicat. Scripsit enim epistolas plures, ex quibus plurima fragmenta, nec contemnenda quidem, non uno in loco adducit Leo Allatius, in opere *De consensu utriusque Ecclesiæ Occidentis*

lis et Orientalis, lib. III, cap. 13, §4; cap. 14, § 15; cap. 16, § 24; cap. 18, § 8; libro *De purgatorio*, pag. 22, 49 789; libro *Adversus Ottingerum*, cap. 18 pag. 320; *De libris ecclesiasticis Græcorum*, pag. 118, 127, 254, 324, ubi notandum est, aliquot ex his epistolis passim sub nomine Zonaræ vel Glycæ ab eo citari.

Exstant autem istarum Michaelis Glycæ Epistolarum manuscripti codices quatuor in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, ac primum codice ms. theologico Græco 159, num. 2, etc., ut habet Petrus Lambecius, lib. IV Commentariorum hujus Bibliothecæ, pag. 152, his verbis : « Secundo et quidem a fol. 29, pag. 1, usque ad fol. 327, sive ultimum *Michaelis Glycæ Epistolæ theologicæ quinquaginta de variis sacræ Scripturæ controversiis*, quarum titulus generalis ibi talis est : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Speciatim autem et peculiariter inscribitur *Prima* illarum Epistolarum, atque incipit hoc modo : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ στυλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ. Εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πταίουσι, καὶ μὴ κατὰ λόγον αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν τὸν προσήκοντα, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή etc. *Secunda* : Τῷ τιμιωτάτῳ κυρῷ Μαξίμῳ τῷ Σμενιώτῃ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι πρόσκαιρον εἶχε τὸ σῶμα κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι φυσικοῖς ὑπέκειτο καὶ πρὸ τῆς καταβάσεως πάθεσι, καὶ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐν παραδείσῳ ἤσθιε, καὶ ὅτι συχὴ τὸ ξύλον τῆς γνώσεως ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασι. Ὁ μὲν γὰρ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος θανάτου καὶ φθορᾶς ὑπέρτερος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, etc. *Tertia* : Τῷ αὐτῷ καὶ περὶ τοῦ ὁποῖος ἦν ὁ Ἀδὰμ ἀπ' ἀρχῆς κατά γε δόξαν ὁμοῦ καὶ λαμπρότητα. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μαθεῖν ἐπιζητεῖς, ὁσιώτατε ἄνερ, ἀποίας ἐξέπεσε διὰ τὴν παράβασιν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος δόξης, etc. *Quarta* : Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος διὰ τοῦ ὄφεως, καὶ οὐ δι' ἑτέρου τῶν ζώων προσέβαλε τῷ Ἀδάμ, τῆς Γραφῆς ὁπουδήποτε μὴ σοφῶς οὕτω λεγούσης, καὶ εἰ ἀληθῶς, τίνος ἕνεκεν ἡ Γραφὴ τοῦτο τέλεον ἔκρυψεν. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Εὐαγγελίοις ἠκούσατε λέγοντος, « Ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἰκειακοὶ αὐτοῦ, » etc. *Quinta* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσπιώτῃ, περὶ τοῦ ὁπόταν τῇ φύσει τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσονται, καὶ εἰ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐσθίειν ἐκείσε μέλλουσιν, ὥς τινες ἐπιφέρουσιν. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός, ὁ σάρκα φορέσας δι' ἄφατον ἔλεος, etc. *Sexta* : Τῷ αὐτῷ ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ ἄρσεν καὶ θῆλυ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγερθήσονται σώματα. Ἐφ' οἷς ἠπόρηκας, ὦ ὁσιώτατε ἄνερ, πῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστήσονται. *Septima* : Τῷ αὐτῷ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι οὐ γνωρίσουσιν ἀλλήλους οἱ ἀναστησόμενοι τότε ἄνθρωποι. Εἰ δὲ γνωρίσουσι, δικαίους μὲν ἁμαρτωλοὶ γνωρίσουσιν, οὐ μὴν καὶ ἁμαρτωλοὺς οἱ δίκαιοι. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τοῦ γενησομένου τότε κοινοῦ ἀναγνωρισμοῦ μαθεῖν βούλεται. *Octava* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ περὶ τοῦ εἴτε προκόπτειν οἱ δίκαιοι μέλλουσι κατά γε γνῶσιν καὶ δόξαν, εἴτε καὶ μή, μετὰ τὴν ἐκεῖσε ἀποκατάστασιν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἀναγκαῖον εἰπεῖν, etc. Hic Isaias partes Latinorum sectatus videtur, de quo agit Henricus Wharton in *Supplemento Historiæ litterariæ* Guilelmi Cavi ad annum 1430, pag. 105, ubi illum oppugnasse Nicolaum Sclengiam dicit. *Nona* : Τῷ αὐτῷ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι φθαρτός ἐστιν ὁ παράδεισος, καὶ ὅτι μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτίκα οὐκ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ λῃστής. Εἰ καὶ περὶ αὐτοῦ βούλει τοῦ παραδείσου μαθεῖν, etc. *Decima* : Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐσαρκώθη ὁ Κύριος, καὶ διὰ τί μὴ πολλῷ πρότερον εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθε. Καὶ γὰρ εἰ προλαβὼν ἐποίησε τοῦτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀγνοίας ὁ ἀπειρόκακος πλὴν ἐκεῖνος λαὸς ἐν ἀσεβείᾳ κατέλυσε τὴν ζωήν. Καὶ τοῦτο τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως ἐπαποροῦντος οὕτω καὶ λέγοντος etc. *Undecima* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Γρηγορίῳ τῷ Ἀκροπολίτῃ περὶ τοῦ εἴτε σφαιροειδὴς ἐστι καὶ ἀκίνητος ὁ οὐρανός, εἴτε καὶ μὴ κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον. Ὅτι μὲν οὖν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς καὶ θεῖος Ἰωάννης etc. *Duodecima* : Τῷ αὐτῷ. Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν παρεισήγαγε τὸ φῶς ὁ Θεός, τίνος ἕνεκεν κατὰ τὴν τετάρτην τοὺς φωστῆρας ἐδημιούργησεν. Ὁ μὲν οὖν χρυσορρήμων καὶ θεῖος Ἰωάννης etc. *Decima tertia* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. Εἰ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ὁ ἡμέτερος ἔκτισται νοῦς, πῶς ἐν τῷ μὲν συνετὸς ὁ τοιοῦτός ἐστιν, ἐν τῷ δὲ ἀσύνετος· καὶ τίνος ἕνεκεν εἶδει καὶ ἡλικίᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς πρὸς ἀλλήλους διεστηνόχασιν ἅπαντες; Ὅτι μὲν οὖν κατ' εἰκόνα Θεοῦ ὁ ἡμέτερος ἔκτισται νοῦς, etc. *Decima quarta* : Τῷ αὐτῷ περὶ τοῦ πῶς δεῖ πρὸς Ἰουδαίους ἁπάντων, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐκεῖ τὸ κατὰ Χριστὸν ἐπιχειροῦσι διαστρέφειν μυστήριον. Τοιοῦτόν τι πάσχειν ἔοικας, ὁσιώτατε ἄνερ, ὁποῖοι ἡ μέλισσα, etc. *Decima quinta* : Τῷ αὐτῷ. Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐπιστρέψει πρὸς Κύριον· ἔτι δὲ καὶ προσελεύσεται ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ τῷ Χριστῷ. *Decima sexta* : Τῷ αὐτῷ. Ἐπεξήγησις τῶν ἐν τῷ θείῳ λουτρῷ τελουμένων. Εἰ καὶ τὰ κατὰ τὸ θεῖον λουτρὸν ἀπεξεργάσασθαι βούλει etc. *Decima septima* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι τὸ μοναχικὸν ἀμφιεννύμενος καὶ ἅγιον σχῆμα, τρινυκτὰ τῶν πλημμελειῶν αὐτῷ τέλειον ἀπαλλάττεται, κἂν ἐν τῷ τέλει τῆς ζωῆς αὐτοῦ τοιοῦτον φθάσῃ λαβεῖν. Ὅτι μὲν οὖ, διορατικός τις καὶ θεῖος ἀνὴρ διεβεβαιοῦτο. *Decima octava* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ δομεστίχῳ κυρῷ Ἡσαΐᾳ περὶ τοῦ ὁποῖον ἅπαντα τέλος ταῖς ψυχαῖς χωριζομέναις τοῦ σώματος, καὶ ὅπουπερ αὖται ἀπέρχονται. Καὶ περὶ μὲν τῶν δικαίων τί χρὴ καὶ λέγειν, etc. *Decima nona* : Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι αἱ ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαὶ

κατά τινα τόπον ἀναπαυόμεναι, οὐ δέονται αὐτοπροσώπως ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Χριστῷ παριστάμεναι, οὔτε τοῖς ἐνταῦθα ὅλως ἐφίστανται, καὶ περὶ ψυχῆς. Οἱ ἀπελθόντες ἅγιοι, καθὼς ἐδιδάχθημεν (1) etc. *Vicesima* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ περὶ τοῦ πῶς ἡ μετάστασις τῆς Ἀειπαρθένου γέγονε, καὶ εἰ ἀληθῶς ἐκ τάφου ἐγήγερται κατὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἔγερσιν. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων τῇ Ἀειπαρθένῳ τοῦ Κυρίου Μητρὶ κατά γε τὴν αὐτῆς κοίμησιν etc. *Vicesima prima* : Τῷ μεγαλοξοτάτῳ μεγάλῳ ἑταιριάρχῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Δουκί. Εἰ ὁ Χριστὸς τὴν ἐπὶ δώδεκα θρόνων καθέδραν ὑπέσχετο δοῦναι τοῖς μαθηταῖς, συμπαρόντος αὐτοῖς καὶ τοῦ προδότου Ἰούδα; Μήποτε τὸ μέλλον ἤγνοησε; Κἂν τούτῳ διαπορουμένῃ τῇ εὐγενείᾳ σου etc. *Vicesima secunda* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ δομεστίχῳ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. Εἰ κατὰ τὸ ὡρισμένον, ὡς γέγραπται, πρὸς τὸ πάθος ἐκὼν ἐλήλυθεν ὁ Χριστὸς διὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, τίνος ἕνεκεν ἀγαναχτεῖ κατὰ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, καὶ διά τί τοῦ Πατρὸς δέεται, λέγων· « Ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. » Ὅτι μὲν οὖν δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος γέγονε etc. *Vicesima tertia* : Τῷ τιμιωτάτῳ κυρῷ μοναχῷ Ὀνουφρίῳ περὶ τοῦ τί χρὴ καὶ λέγειν ἐπὶ τῶν ἀπίστων μὲν ὄντων, πορευομένων δὲ ὅμως κατ' ἐντολήν. Ὁ Θεῖος Ἀθανάσιος περὶ τούτου καὶ τάδε φησὶν etc. *Vicesima quarta* : Τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνδρώπῳ τοῦ χρατιοῦ καὶ ἁγίου ὑμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως, κυρῷ Νικηφόρῳ τῷ Σιναΐτῃ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν ὅτι τὸ διδόναι τῶν λοιπῶν εὐποιιῶν καὶ προσφορῶν κρεῖττον, καὶ ὅτι τοὺς ἐλεημοσύνην ποιοῦντας οὐ χρὴ κατά τι παρατηρεῖσθαι, ὡς ἐκεῖνοί φασι. Εἰ δὲ καὶ, Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου etc. *Vicesima quinta* : Τῷ αὐτῷ. Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ τὰ μετὰ τὴν δωδεκαετίαν αὐτίκα παρ' ἡμῶν πλημμελούμενα εἰς κρίσιν ἀχθήσονται. Ὅτι μὲν οὖν ὁ ἡμέτερος νοῦς μετὰ τὴν δωδεκαετίαν etc. *Vicesima sexta* : Τῷ αὐτῷ. Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται περὶ τῶν γιγάντων ἐκείνων, εἴτε μόνον εὐσθενεῖς ὑπῆρχον, εἴτε ὑπερμεγέθη σώματα ἔφερον. Ὁ μὲν οὖν θειότατος Κύριλλος, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τῶν γιγάντων ἐκείνων ἀναγράφων γένεσιν, etc. *Vicesima septima* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Μαξίμῳ τῷ Σμενιώτῃ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι λαβὼν ὁ Χριστὸς ἄζυμον ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς μεγάλης Πέμπτης ἕως τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, τηνικαῦτα δεῖπνον τοῖς οἰκείοις Πάσχα ἐτέλεσεν. Ὁ περὶ τῶν ἀζύμων λόγος, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ etc. *Vicesima octava* : Τῷ αὐτῷ. Περὶ χρήσεών τινων, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὐ μὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι οὐ ταὐτὸν ἀποστολὴ καὶ ἐκπόρευσις. Εἰ δέ σοι καὶ περὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. *Vicesima nona* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ὀνουφρίῳ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἐπὶ πάσι, καὶ διὰ πάντων ὁ διάβολός ἐστι πρωταίτιος ἐν ἡμῖν τῶν κακῶν. Ὅτι μὲν οὖν, ἡγιασμένε μοι Πάτερ, σπορεὺς τῆς κακίας etc. *Tricesima* : Τῷ αὐτῷ, τίνος ἕνεκεν ὁ Χριστὸς, καὶ διὰ τί παρὰ τῇ Γραφῇ λίθος καλεῖται καὶ μάργαρος. Καὶ λίθος μὲν ἁπλῶς οὕτω καλεῖται etc. *Tricesima prima* : Τῷ αὐτῷ. Τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀδόμαντα, πῶς ἐκληπτέον. Ἔστι καὶ λίθος ἀδάμας οὕτω καλούμενος etc. *Tricesima secunda* : Τῷ αὐτῷ. Τί δ' ἂν τις εἴπῃ καὶ περὶ τῆς μαγνήτιδος; Ὅρα καὶ ἕτερόν τι παράδοξον etc. *Tricesima tertia* : Τῷ αὐτῷ. Τί χρὴ λέγειν τὴν τοῦ Κυρίου γενέσθαι σύλληψιν. Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων εἰδέναι σε χρὴ, θεοείκελε ἄνερ, etc. *Tricesima quarta* : Τῷ αὐτῷ. Πῶς δὲ ἐκληπτέον καὶ τὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τροπάριον, τὸ οὕτωσι λέγων· Βάθει τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ, πανσόφως προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον καὶ τὸν τρόπον· διὸ οὓς ἐκάλυψε τάφος ἐν πάσῃ χώρᾳ, ἐν τῇ κρίσει σῶσον, πανοικτίρμων. Πρὸς τὸ εὐσεβέστερον δῆθεν τινὲς ἀποκλίνοντες etc. *Tricesima quinta* : Τῷ πανσεβάστῳ σεβαστῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Παλαιολόγῳ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι προωρισμένα εἰσὶ τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα, αἱ ἀρεταὶ, αἱ εὐπραγίαι, οἱ πειρασμοὶ καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος. Εἰ δὲ καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ ἀμυήτους τινὰς etc.

Ex hac eadem Epistola 35 et sequenti 36 et 41 ad imperatorem Constantinum Palæologum, quarum ultimam refert Leo Allatius Græce et Latine lib. I *De consensu utriusque Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis*, cap. 4, § 4, col. 42, clarius luce meridiana constat, quo tempore floruerit Michael Glycas, anno nimirum 1450 et sequentibus, non anno 1120, ut ab omnibus hucusque scriptum est. Atque si Guillelmus Cavus qui sexcentis locis Leonem Allatium citat in libris *De consensu Ecclesiæ utriusque*, tantilla attentione legisset, nullo negotio suum errorem cognovisset. Illud quoque agnoscere potuit ex eodem Allatio in Diatriba *de Simeonum scriptis*, pag. 36, ubi citat Michaelem Glycam post Nicephorum Callistum, quem ejus continuator Warthon anno 1353 assignavit. Illum enim huic dubio procul Callisto citato prætulisset, si anno 1120 scribentem vel florentem credidisset. Idem colligitur in Epistola ejusdem ad Joannem cognomento Ducam, quæ 52 est in Epistolis; annis enim ille 1450 et 1460 floruit. *Tricesima sexta* : Τῷ αὐτῷ. Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι ἔρῳ ὑπόκειται ἡ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ζωή. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ εὐσεβὲς εἶναι δοκεῖ etc. *Tricesima septima* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Στεφάνῳ διαπορουμένῳ, πῶς ἐξ ἀντιφράξεως τοῦ οὐρανίου σώματος τὸν ἐναπολῃφθέντα ἐντὸς ἀέρα σκότος βαθὺ διεδέξατο. Ὅτι μὲν οὖν, ὁσιώτατε ἄνερ, ἀπορίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν ἐνῆκεν ὁ μέγας Βασίλειος etc. *Tricesima octava* : Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ. Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρό-

(1) Hanc edidit card. Mai ex schedis Allatianis

προ' αὐτουσῶν τριῶν ἡμερῶν φῶς, περὶ οὗ ἡ Γραφὴ λέγει, « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. » ὑφηπλωμένον ὂν ἐφ' ὅλον τὸ σύμπαν, τὸ τῆς ἀκτίστου Τριάδος παριστᾷ φῶς πανταχοῦ φθάνον ὡς ἀπερίγραπτον· ὅτε δὲ τῷ ζοφερῷ μὲν πρότερον, ὕστερον δὲ φωτεινῷ διὰ τὴν ἕνωσιν δίσκῳ ἐναπετίθετο, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν προέγραφε· σκοτεινοὺς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει ἐλάμπρυνε, καὶ πρὶν διὰ μοναδικοῦ φωτὸς τὸ σύμπαν ἐφώτιζε. Κατὰ δὲ τὴν τετάρτην ἡμέραν τριαδικῷ φωτὶ τὰ πάντα κατηύγασεν, ὅτε δηλαδὴ ὁ ἥλιος Χριστὸς ἀνέτειλε. Τὸ μὲν γὰρ μοναδικὸν ἐκεῖνο φῶς τύπος ἦν τῆς μοναρχικῆς θεότητος, τὸ δὲ τριαδικὸν τοῦτο φῶς τῶν τριῶν πάλιν ὑποστάσεων τύπος ἦν. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἥλιος περὶ οὗ Σολομῶν λέγει· « Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος (τοῦτ' ἔστι Χριστὸς) « ἐπὶ γῆς, καὶ δύνει ὁ ἥλιος (τουτέστι πρὸς τάφον χωρεῖ), καὶ πάλιν πρὸς τὸν τόπον αὐτοῦ ἄνεισιν. » Ἐκ τοῦ ἡλίου δὲ χορηγεῖται τῇ σελήνῃ τὸ φῶς, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Χριστοῦ τοῦ νοητοῦ ἡλίου καταλάμπεται ἡ Ἐκκλησία καὶ πάντες οἱ ἅγιοι· « Ἐκ τοῦ πληρώματος » γάρ φησιν « αὐτοῦ πάντες ἐλάβομεν. »

A his verbis loquuntur : « Dixit Deus, Exsistat lux, et exstitit lux [31], » hæc igitur per omnem rerum universitatem explicata Trinitatis illius increatæ lucem nobis repræsentat, nusquam non locorum penetrantem, uti quæ nullis sit finibus circumscripta. Postcaquam vero caliginoso quidem prius, at deinceps propter unionem lucido imponebatur disco, Christi administrationem in carne nobis quasi delineabat : nam ille nos ob peccatum caliginosos per unionem illam personalem collustravit. Ac prius quidem per unicam lucem universum hoc illuminabatur, verum die quarto trina luce cuncta perfundebantur, nimirum postquam sol ille noster Christus exortus est. Nam lumen illud unicum divinitatis uno cuncta comprehendentis imperio simulacrum erat, et hæc trina lux itidem trium personarum erat figura. Sol autem iste intelligitur, de quo Salomo dicit : « Exoritur sol (hoc est Christus) supra terram, et occidit sol (hoc est in sepulcrum sese confert), rursumque suum ad locum redit [32], » nimirum ad Patrem. **34** Ab eodem sole lux lunæ suppeditatur, quia per Christum, solem illum intellectilem, tam Ecclesia quam omnes homines sancti collustrantur : quippe de ipsius plenitudine, sicut ille ait [33], omnes sumpsimus.

Ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὰ τῆς τετάρτης ἡμέρας, εἰ καὶ μὴ κατὰ σὴν ἔφεσιν δι' ἡμετέραν πάντως ἀσθένειαν.

En habes et quarti diei opera, quanquam non pro voto desiderioque tuo propter imbecillitatem videlicet nostram.

ΗΜΕΡΑ ΠΕΜΠΤΗ.

Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης ἐξάγει καὶ αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τούτοις ἄξιον ζητῆσαι διά τί τοῦ ὕδατος οἱ ἰχθύες χωριζόμενοι διαφθείρονται. Διότι οὐκ ἔχουσιν ἀναπνοὴν ὥστε ἕλκειν τὸν ἀέρα τοῦτον, ἀλλ' ὅπερ τοῖς χερσαίοις ἐστὶν ὁ ἀὴρ, τοῦτο τῶν πλωτῶν γένει τὸ ὕδωρ. Καὶ ἡ αἰτία δῆλη, ὅτι ἡμῖν μὲν ὁ πνεύμων ἔγκειται ἀραιὸν καὶ πολύπορον σπλάγχνον, ὃ διὰ τῆς τοῦ θώρακος διαστολῆς τὸν ἀέρα δεχόμενον τὸ ἔνδον ἡμῶν θερμὸν ἀναῤῥιπίζει καὶ ἀναψύχει, ἐκείνοις δὲ ἡ τῶν βραγχίων διαστολὴ καὶ ἐπίπτυξις δεχομένων τὸ ὕδωρ καὶ διιέντων τὸν τῆς ἀναπνοῆς λόγον ἀποτελεῖ.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐδὲν παρὰ τοῖς ἰχθύσιν ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς βοῦς παρ' ἡμῖν καὶ πρόβατον· οὐδὲ γὰρ μηρυκίζει τι παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸν σκάρον ἱστοροῦσί τινες. Πάντα δὲ ὀξυτάταις ἀκμαῖς ὀδόντων καταπεπύκνωται, ἵνα μὴ τῇ χρονίᾳ μασήσει ἡ τροφὴ διαῤῥέῃ· ἔμελλε γὰρ, εἰ μὴ ὀξέως κατατεμνομένη τῇ γαστρὶ παρεπέμπετο, ἐν τῇ λεπτοποιήσει διαφορεῖσθαι παρὰ τοῦ ὕδατος.

Εἰ δὲ ζητεῖς καὶ τίνος ἕνεκεν οἱ ἰχθύες διὰ τῆς Προποντίδος ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ὥσπερ τι ῥεῦμα φέρονται, αὐτοὶ μονονουχὶ βοῶσιν ὅτι εἰς διαμονὴν τοῦ γένους τὴν μακρὰν ταύτην ἀποδημίαν στελλόμεθα. Οὐκ ἔχουσιν ἴδιον λόγον, ἔχουσι δὲ τὸν τῆς φύσεως νόμον ἰσχυρῶς ἐνιδρυμένον καὶ τὸ πρακτέον

DIES QUINTA.

Die quinta Deus pisces marinos et aerias aves in ortum producit. Hic primum operæ fuerit pretium inquiri quamobrem pisces ab aqua destituti pereant. Propterea quod respirationem nullam habent, qua hunc aera possint attrahere. Nimirum quod terrestribus est aer, hoc natatilibus est aqua. Causa ipsa perspicua est. In nobis exsistit pulmo, viscus rarum multisque meatibus pervium, quod per diductionem thoracis aera recipit, internumque calorem in nobis hoc modo tum excitat tum refrigerat. In ipsis branchiarum diductio complicatioque, tam recipientium quam emittentium aquam, vicem respirationis explet.

Hoc etiam discito, piscem nullum esse qui ex semisse dentibus sit munitus, instar bovis et ovium. Nihil enim apud ipsos reperitur quod ruminet, excepto scaro, sicuti quidam memoriæ prodiderunt. Nimirum omnes acutissimos dentes eosque densos admodum habent, ne propter masticationem diuturnam alimentum ipsis difflueret atque periret : nisi enim celeriter comminutum in ventrem demitteretur, in ipsa comminutione per aquam dilaberetur.

Quodsi etiam rogas quamobrem pisces per Propontidem in Euxinum fluxus cujusdam instar ferantur, tantum non ipsimet clamant magnum hoc iter se perpetuandi generis sui causa suscipere. A ratione quidem destituuntur, sed habent legem naturalem, firmiter insitam agendaque communia-

[31] Gen. I, 3. [32] Eccle. I, 5. [33] Joan. I, 16.

strantem. Abibimus, aiunt, ad mare illud aquilonare, cujus aqua reliquo mari dulcior est. Quippe sol exiguum ad tempus in eo commorans omnem aquam potabilem non exhaurit. Et delectantur etiam marina dulcibus, quo fit ut sæpenumero fluvios natando conscendant longoque a mari spatio provehantur. Ideoque Pontus ipsis est gratior quasi quidam sinus ad proferendos educandosque fetus in primis idoneus.

Hoc etiam inter alia magnus ille Basilius tradit. Ex quodam, inquit, homine maritimo cognovi echinum aquatilem, perexiguum ac nullius omnino momenti **35** animal, sæpenumero navigantes de tranquillitate vel tempestate secutura monere. Nam cum procellam a vento imminere prospicit, lapillum subit et cum eo tanquam ancora quadam firma fluctuat, subsixus ejus poudere, ne facile a fluctibus abripiatur. Hoc signo conspecto nautæ exspectandum sciunt vehementem ventorum impetum.

Hidem si loligo sive teuthis appareat, tempestatis est indicium. Etenim piscis est exiguus habens levem carnis superficiem, qua de causa malacium quoque a mollitie nuncupatur. Cumque nudus omnino sit et a re nulla tegatur, non testa nec cute, tempestatem eo citius præsentiscit, quo facilius afficitur. Itaque subsultat, eoque pacto frigus et maris in imo perturbationem vitat. Quapropter nautæ pisciculum hunc innatantem mari conspicientes tempestatem portendi animadvertunt. Itidem si polypum videant saxo adhærescere, de ventorum motu præsagium colligunt. Nam Deus facultates quasdam futura prospiciendi animalibus ad vitæ ipsorum conservationem insevit. Sunt etiam inter marinas bestias quædam metuendæ, præsertim pastinacæ marinæ stimulus, etiam mortuæ, sicut et lepus marinus celerem homini et inevitabilem interitum adfert.

Præterea piscibus salacitatem tribui scire debes; Nam cephalus femina littori alligata facit, ut mares æstuantes eo coeant feminæque velut adsultent. Canis autem marinus si strepitum quemdam sentiat, catellos suos in sinu occultat proprio, ac deinceps eos vicissim educit. Aspice autem mihi, quæso, pusilli ac debilis animalis sapientiam atque versutiam. Cancer ostrei carnem appetit, sed ipsa præda potiri propter indumentum testæ difficulter potest; nam teneram carnem quodam quasi septo natura non facile frangendo muniit; ideoque solemus hoc animal ostracodermum, quasi testacea cute præditum, appellare. Cumque duæ concavitates accurate sibi invicem junctæ ostreum ipsum complectantur, necessario chelæ cancri nihil efficere possunt. Quid ergo molitur? Cum ostreum in locis vento non expositis cum voluptate percalescere suasque plicas ad radios solis aperire videt, tum vero clanculum injecto calculo, quominus eas rursum claudat, impedit; quodque viribus nequit,

ὑποδεικνύντα. Βαδίσωμεν, φασίν, ἐπὶ τὸ βύρειον πέλαγος· γλυκύτερον γὰρ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, διότι ἐπ' ὀλίγον αὐτῇ προσδιατρίβων ὁ ἥλιος οὐκ ἐξάγει αὐτῆς ὅλον διὰ τῆς ἀκτίνος τὸ πότιμον. Χαίρει δὲ τοῖς γλυκέσι καὶ τὰ θαλάττια. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς ἀνανήχεται πολλάκις καὶ πόρρω θαλάσσης φέρεται. Ἐκ τούτου προτιμότερος αὐτοῖς ὁ Πόντος τῶν λοιπῶν ἐστι κόλπων, ὡς ἐπιτήδειος ἐναποκυῆσαι καὶ ἐκθρέψαι τὰ ἔκγονα.

Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Ἤκουσα ἐγώ τινος τῶν παραλίων ὅτι ὁ θαλάσσιος ἐχῖνος, τὸ μικρὸν παντελῶς καὶ εὐκαταφρόντητον ζῶον, διδάσκαλος πολλάκις γαλήνης καὶ κλύδωνος τοῖς πλέουσι γίνεται· ὃς ὅταν προΐδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων, ψηφίδά τινα ὑπελθὼν γενναίαν ἐπ' αὐτῆς ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας βεβαίως σαλεύει, κατεχόμενος τῷ βάρει πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ἀποσύρεσθαι. Τοῦτο οὖν ὅταν ἴδωσιν οἱ ναυτιλλόμενοι τὸ σημεῖον, ἴσασι τὴν προσδοκωμένην βιαίαν κίνησιν τῶν ἀνέμων.

Ἀλλὰ καὶ ἡ τευθὶς φαινομένη σημεῖον χειμῶνός ἐστιν. Ἡ γὰρ τευθὶς ἰχθύδιόν ἐστι λεῖον τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σαρκὸς, ὅθεν καὶ μαλάκιον ὀνομάζεται. Γυμνὸν οὖν πάντη καὶ ἀσκεπὲς ὂν (οὐδὲ γὰρ ὀστράκῳ ἢ δέρματι περιέχεται) προαισθάνεται δι' εὐπάθειαν τοῦ χειμῶνος, ὅθεν ἐξάλλεται φεύγουσα τὸ ψῦχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάσσης. Ὅταν οὖν ἴδωσι τὸ ἰχθύδιον τοῦτο ἐπινηχόμενον τῇ θαλάσσῃ, χειμῶνα τεκμαίρονται, ὥσπερ ὅταν ἴδωσι τὸν πολύποδα τῆς πέτρας περιεχόμενον, ἀνέμων σημειοῦνται φοράν. Ἐγκατέσπειρε γὰρ τοῖς ζώοις ὁ Θεὸς δυνάμεις προγνωστικὰς πρὸς τὴν τῆς ζωῆς αὐτῶν σύστασιν. Καὶ ἄλλα μὲν τὰ τῆς θαλάττης τινὰ τυγχάνει φοβερά. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ τρυγόνος κέντρον τῆς θαλαττίας, καὶ ταύτης νεκρᾶς, καὶ ὁ λαγωὸς ὁ θαλάσσιος ταχεῖαν καὶ ἀπαραίτητον τὴν φθορὰν ἐπιφέρονται.

Γίνωσκε δὲ ὅτι παρὰ τοῖς ἰχθύσιν λαγνείαν εἶναι. Κέφαλος γὰρ θῆλυς παρὰ τῷ αἰγιαλῷ προσδεθεὶς ποιεῖ τοὺς ἄρρενας πελαγίζοντας πλησιάζειν ἐκείσε καὶ οἷον τῇ θηλείᾳ περισκαίρειν. Ὁ κύων ἰχθὺς ἡνίκα ψόφου τινὸς αἴσθηται, τὰ σκυλάκια αὐτοῦ παρὰ τῷ οἰκείῳ κρύπτει κόλπῳ καὶ αὖθις ἐξάγει. Ὅρα δὲ σοφίαν καὶ πονηρίαν μικροῦ ζώου καὶ ἀσθενοῦς. Ὁ καρκίνος τῆς σαρκὸς ἐπιθυμεῖ τοῦ ὀστρέου. Ἀλλὰ καὶ δυσάλωτος ἡ ἄγρα αὐτῷ διὰ τὴν περιβολὴν τοῦ ὀστράκου γίνεται· ἀρράγεϊ γὰρ ἐρκίῳ τὸ ἁπαλὸν τῆς σαρκὸς ἡ φύσις κατησφάλισατο, διὸ καὶ ὀστρακόδερμον τὸ ζῶον προσαγορεύεται. Καὶ ἐπειδὴ δύο κοιλότητες ἀκριβῶς ἀλλήλαις προσηρμοσμέναι τὸ ὄστρεον περιπτύσσονται, ἀναγκαίως ἄπρακτοί εἰσιν αἱ χηλαὶ τοῦ καρκίνου. Τί οὖν ποιεῖ; Ὅταν ἴδῃ ἐν ἀπηνέμοις μεθ' ἡδονῆς διαθαλπόμενον καὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου τὰς πτύχας αὐτοῦ διαπλώσαντα, τότε δὴ λάθρα ψηφῖδας παρεμβαλὼν διακωλύει τὴν σύμπτυξιν, καὶ εὑρίσκεται τὸ ἐλλεῖπον μέρος τῆς ὀχυρώσεως διὰ τῆς ἰσχυρᾶς περιεχόμενον. Διὰ τῆς

ἡ κακία τῶν μήτε λόγου μήτε φωνῆς μετεχόντων.

A solertia qualam perficere deprehenditur. Ea versutia est animalium, quæ neque rationis neque vocis usum habent.

Οἶδε τὰ κήτη τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν. Τὴν ἔξω τῶν οἰκουμένων χωρίων κατείληφε θάλασσαν, τὴν ἔξω νήσων, ᾗ μηδεμία πρὸς τῇ ἀντίπερα κεῖται ἤπειρος. Διόπερ ἄπλους ἐστὶν, οὔτε ἱστορίας οὔτε τινὸς χρείας κατατολμᾷν αὐτῆς τοὺς πλωτῆρας ἀναπειθούσης. Ἐκεῖνα καταλαβόντα τὰ κήτη τοῖς μεγίστοις τῶν ὀρῶν κατὰ τὸ μέγεθος ἐοικότα, ὡς οἱ τεθεαμένοι φασὶ, μένει ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις, μήτε ταῖς νήσοις μήτε ταῖς παραλίαις πόλεσι λυμαινόμενα. Οὕτω μὲν οὖν ἕκαστον γένος ὥσπερ πόλεσιν ἢ πατρίσιν ἀρχαίαις τοῖς ἀποτεταγμένοις αὐτοῖς τῆς θαλάσσης μέρεσιν ἐναυλίζεται. Ἔστι μὲν οὖν καὶ κῆτος πρίων οὕτω καλούμενος· τοῦτο ἐὰν ἴδῃ πλοῖον ἁρμενίζον, συναρμενίζει καὶ αὐτὸ τῷ πλοίῳ. Καὶ κῆτος ἕτερον ἀσπιδοχελώνη· τοῦτο ἐὰν πεινάσῃ, ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, κἀκεῖθεν εὐωδίας ἐξερχομένης εἰσέρχονται τὰ μικρὰ ἰχθύδια, καὶ οὕτως κορέννυται. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου καὶ ἀνθρώπων ἔστιν ἰδεῖν· οὐδέποτε γὰρ διαλείπει τούτοις ἑπακολουθῶν καὶ παντοίως ἀποπλανῶν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς φρονήματι μικροτέρους· καταπίνει γὰρ αὐτοὺς ποῖς τοῦ βίου τερπνοῖς δελεάζων, εἰ καὶ μηδέποτε κορέννυται.

Noruat ceti præscriptum a natura sibi locum, in quo degant. Nam mare quod extra loca mortalibus inhabitata sese protendit extraque insulas situm est, occupant; ubi nulla restat ulterius terra continens, **36** quæ fluitationi eorum sit impedimento. Nec ulla vel historia vel usus navigantes impellit ut aliquid adversus ea moliantur. Hoc igitur mare consecuti ceti, magnitudine sua vel maximis montibus consimiles, ut aiunt, qui eos viderunt, suos intra limites manent, neque mariti mas ad urbes accedunt, sed in priscis illis attributi sibi maris partibus hærent. Inter cæteros autem B cetos est is qui prion appellatur: hic si navim cernat vela pandere, hoc ipsum imitatur. Alius item cetus est cui nomen Aspidochelone, qui si esuriat, os pandit, de quo cum fragrans quidam odor exeat, pisciculi minores ingrediuntur, eoque pacto bestia satiatur. Ejusmodi quiddam in hominibus etiam maloque genio videmus usuvenire. Nam hic nos nunquam non consectatur, variisque modis in errorem abductos circumscribit, illos præsertim qui animis nonnihil pusilli sunt: devorat enim hos per vitæ delicias atque voluptates inescatos, quanquam devorando nunquam satietur.

Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ ἕτερα γένη κητῶν, φῶκαι καὶ φάλαιναι, δελφῖνες (10) καὶ ζύγαιναι καὶ ὅσα τοιαῦτα· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα περὶ ὧν ἡ Γραφή φησι· C « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, » ἃ δὴ καὶ ἰδιάζουσαν ἔσχε δίαιταν ἐν ἀφωρισμένοις χωρίοις, ὥστε μὴ καταβλάπτεσθαι τοὺς αὐτοῖς ἐντυγχάνοντας.

Sunt et plura cetorum genera, phocæ, balænæ, delphines, zygænæ sive libellæ, aliaque talia, de quibus hoc a sacris Litteris dictum accipiendum est: « Creavit Deus ingentes cetos [a], » seorsum præscriptis in locis degentes, ut ne quis in eos incidens læderetur.

Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα. Οὐκ ἐπειδὴ χαρίδος καὶ μαινίδος μείζονα, διὰ τοῦτο μεγάλα εἴρηται, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος παρεικάζεται· ἃ δὴ καὶ νήσων πολλάκις φαντασίαν παρέχονται, ἐπειδήν ποτε ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήξηται. Ταῦτα μέντοι τηλικαῦτα ὄντα οὐ περὶ ἀκτὰς οὐδὲ περὶ αἰγιαλοὺς διατρίβει, ἀλλὰ τὸ Ἀτλαντικὸν λεγόμενον πέλαγος ἐνοικεῖ. Τοιαῦτά ἐστι τὰ πρὸς φόβον καὶ ἔκπληξιν ἡμετέραν δημιουργηθέντα ζῶα. Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πλοίων ἠπιωμένοις ἰστίοις ἐξ οὐρίας φερόμενα τὸ μικρότατον ἰχθύδιον ἡ ἐχενηΐς οὕτω ῥᾳδίως ἵστησιν ὥστε ἀκίνητον ἐπὶ πλεῖστον φυλάσσει τὴν ναῦν ὥσπερ καταῤῥιζωθὲν ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει, ἆρ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ τὴν τοῦ δημιουργοῦ καταλαμβάνεις ἰσχύν; Ἐκ πάντων οὖν μεγάλων τε καὶ μικρῶν τίς τοῦ κτίσαντος δυνάμεως ἀπόδειξιν λάμβανε.

Creavit, inquam, Deus ingentes cetos. Quibus in verbis non idcirco putabis ingentes dici, quia squilla et halecæ majores sint, sed quia propter molem corporum maximis montibus comparari possint. Quin etiam sæpenumero speciem insularum exhibent, quoties in aquæ summa superficie natant. Tales cum sint, non secundum littora hærent, sed in Atlantico mari degunt. Atque hæc animalia nobis ad metum terroremque condita sunt. Jam vero cum audis magna navigia, quæ velis expansis vento secundo ferantur, a minuto pisciculo echeneide tam facili momento sisti, magnum ad tempus spatium ut immotam detineant navim velut ipso in mari radicibus actis defixam, non etiam in animali exiguo potentiam opificis deprehendis? nimirum ex omnibus, tam magnis quam pusillis, argumenta de creatoris potestate tibi sumenda sunt.

Τί δήποτε οἱ θαλαττουργοῦντες τῷ χείρε πάντων

Quidnam, obsecro, manibus eorum accidit qui e

[a] Gen. I, 21.

(10) Pro δελφῖνες, quos reddit *delphines* Leunclavius, etsi vix reperias qui inter grandia cete delphinos numeret cum phocis, balænis et zygænis, F. codex habet οὐλφῖνες. Quæ dictio fortasse nihili, aut corrupta, certe mihi hactenus ignota atque a lexicographis prætermissa.

mari piscando victum quærunt, si quando funiculis vas piscatorium attrahunt quo torpedo contineatur? Eam sortitus est aer naturam peculiariter, uti quam facillime afficiatur. Nam et sonis pervius est et pellucidus, et odorato penetratur, nulla re intermedia quidquam impedimenti objiciente. Quo fit ut multarum tam affectionum quam effectionum causa sit. An non enim oculorum **37** morbo laborantes plerumque se intuentes morbi participes reddunt? Quapropter et torpedo per aera, quem intra se continet, afficere potest accedentes propius, licet eam non attrectent. Nec mirum hoc videri debet; nam Magnes, quem lapidem Herculeum vocant, etiamsi quodam intervallo absit a ferro, tamen videmus efficacitatem lapidis per ipsum intermedium aera sese porrigere. Quin etiam amatoria palmæ arboris affectio, quod nimirum femina spatio quodam loci disjuncta nihilominus ramos suos mari summittat, deindeque rursum rectam ad formam redeat quasi potita fructu conjunctionis, cujus aures admiratione non replet? Non igitur absurdum etiam torpedinem piscatores lædere.

Qui præterea fit ut alii quidem pisces in Ponto degere consueverint aliquandiu, polypus autem sinum illum aquilonalem refugiat? Quod pisces nonnulli refrigeratione indigeant, quotquot scilicet potabiles aquas petunt, nonnulli calorem expetant et ad mare confugiant. Hoc enim cæteris aquis est calidius. Itaque polypus mari Pontico infensus est. Quippe frigidius est mare istud aquilonare, reliquisque multo dulcius, uti quod a multis atque magnis amnibus irruentibus diluatur. Frigus autem ac dulcedo aquæ polypo sunt ingrata. Quod uti probem, argumento idoneo satis utar. Ubi saxum aliquod complexus est polypus, sic illi adhæret ut avelli nequeat. Idcirco piscatores periti dulcem aquam affundunt saxo, quo facto quod expetebant consequuntur, et polypus vel invitus naturam suam relinquit. Idem polypus esuriens capillos suos devorat, quorum loco alii nascuntur.

Hoc etiam scire debes, loligines atque polypos atramentum habere, verum, ut Aristoteles ait, in naso, cum ad ventrem sepia majorem ejus copiam habeat. Nec enim quidquam opis alterius habet, ut polypus mutationem coloris. Nam is una cum saxo, ad quod capillos applicat, colorem quoque mutat suum, excepto colore albo. Sunt enim hæc animalia sanguinis expertia, qua de causa sequitur esse frigida formidinisque plena. Nam uti nonnullis metu perculsis alvus turbari solet, nonnullis vesicæ excrementum effluit, sic et his accidit necessario propter metum ut atramentum emittant. Qua quidem in re natura excremento simul et ad salutem animalis et ad opem utitur. Sunt autem omnia sanguinis expertia perquam exiguo nutrimento contenta, non tam quia parva sunt quam quia frigida. Nam calor et concoquit facile nutri-

A σχουσιν, εἴ ποτε κύρτον ἐντὸς νάρκην ἔχουσαν τοῖς καλωδίοις ἐφέλκουσιν; Εὐπαθεστάτην ὁ ἀὴρ τὴν φύσιν κληρωτικῶς ἀπενείματο· διηχὴς γὰρ καὶ διαφανὴς ἔφυ καὶ δίοσμος, μεταιχμίου μηδέ τινος ἐπιπροσθοῦντος αὐτῷ. Πολλῶν τοίνυν παθῶν καὶ ἐνεργειῶν αἴτιος· πῶς γὰρ οἱ τὰς ὄψεις νοσοῦντες τοὺς ὁρῶντας σφᾶς πολλάκις τοῦ πάθους κοινωνοὺς ἐποιήσαντο; Οὐκοῦν διὰ τοῦ ἐνόντος ἀέρος καὶ νάρκη ποιεῖν τι πάθος ἐπίσταται τοῖς αὐτῇ πλησιάζουσιν, εἰ καὶ μὴ ταύτης ἐφάψοιντο. Καὶ θαυμάζειν οὐ χρή· ἡ Μαγνῆτις γὰρ, ἣν καὶ Ἡρακλείαν λίθον φασὶ, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως ὁρῶμεν διὰ μέσου τοῦ ἀέρος τὴν ἐνέργειαν προσβαλλομένην τῇ λίθῳ. Τὸ δὲ καὶ περὶ τὸν φοίνικα τὸ φυτὸν ἐρωτικὸν γενόμενον πάθος, καὶ ὅπως ἡ θήλεια, κἂν B καὶ διίσταται, τοὺς κλάδους αὐτῆς ὑποκλίνει τῷ ἄρρενι, καὶ ὅπως πάλιν πρὸς ὄρθιον ἔρχεται σχῆμα τῆς συναφείας οἷον ἐναπολαύσασα, ποίαν ἀκοὴν οὐκ ἐμπίπλησι θαύματος; Ἄτοπον τοίνυν οὐδὲν καὶ τὸ τὴν νάρκην ποιεῖν τοῖς θηρεύουσι πάθος.

Καὶ διὰ τί οἱ μὲν ἄλλοι ἰχθύες περὶ τὸν Πόντον ἐνδημοῦσιν, ὁ δὲ πολύπους τὸν βόρειον ἀποστρέφεται κόλπον; Διότι τὰ μὲν τῶν ἰχθύων ψύξεως δεῖται, ὅσα που καὶ τὰ πότιμα ἐπιδιώκουσι νάματα, τὰ δὲ θερμότητος· ἐρᾷ καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν ἀναστρέφεται· θερμοτέρα γὰρ αὕτη τῶν ἄλλων ὑδάτων καθέστηκεν. Ὁ γοῦν πολύπους τῇ Ποντικῇ θαλάσσῃ ἀπεχθάνεται· ψυχρότερον γὰρ τὸ βόρειον πέφυκε πέλαγος. Ἀλλὰ καὶ τῆς λοιπῆς θαλάσσης γλυκύτερον· ὑπὸ πολλῶν γὰρ καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐπιῤῥεῖται. Ἐναντίᾳ δὲ τῷ πολύποδι τό τε ψυχρὸν καὶ τὸ γλυκύ. Ἱκανὸν δὲ ἐρῶ σοι τί πρὸς ἀπόδειξιν. Πέτρᾳ συμπλακεὶς ὁ πολύπους δυσαποσπάστως ἔχεται· διὸ γλυκὺ ὕδωρ ἐπιχέουσι τῇ πέτρᾳ οἱ πρὸς ἄγραν δεινοί, καὶ οἱ μὲν ἔχουσι τὸ ζητούμενον θήραμα, ὁ δὲ τῆς ἑαυτοῦ καὶ ἄκων ἐξανίσταται φύσεως. Ὁ πολύπους οὗτος λέγεται μὲν, ἡνίκα πεινάσει, πλόκαμον ἑαυτοῦ ἐσθίειν, ἕτερον δὲ ἀναφύειν.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τευθίδες μὲν καὶ πολύποδες ἔχουσι θόλωσιν, ἀλλὰ καθ' ἃ φησιν Ἀριστοτέλης ἐπὶ τῇ μύτιδι, σηπία δὲ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἀλλὰ καὶ πλείονα. Οὐδὲ γὰρ ἄλλην τινὰ βοήθειαν ἔχει, καθάπερ ὁ πολύπους τὴν τοῦ χρώματος μεταβολήν· πρὸς γὰρ τὴν πέτραν ᾗ προσαράττει τοὺς ἑαυτοῦ πλοκάμους ἀμείβει καὶ τὴν χροιὰν, ἄνευ μέντοι τοῦ λευκοῦ χρώματος. Ἄναιμα γὰρ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο κατεψυγμένα καὶ φοβητικά. Ὥσπερ ἐνίοις φοβηθεῖσιν ἡ κοιλία ταράττεται, ἑτέροις δὲ περίττωσις ἡ ἀπὸ τῆς κύστεως ῥεῖ, οὕτω καὶ τούτοις συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης ἀφιέναι τὸν ὑόλον διὰ δειλίας. Ἡ δὲ φύσις ἅμα τῷ περιττώματι παρακαταχρῆται καὶ πρὸς σωτηρίαν καὶ βοήθειαν αὐτῷ. Πάντα δὲ τὰ ἄναιμα τῶν ζώων ὀλιγότροφά εἰσιν, οὐχ οὕτω διὰ μικρότητα ὡς διὰ ψυχρότητα· τὸ γὰρ θερμὸν καταπέπτει ῥᾳδίως

C

D

τὴν τροφὴν καὶ δεῖται καὶ τροφῆς ταχέως, τὸ δὲ ψυχρὸν ἄτροφον. Μᾶλλον δὲ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἄτροφόν ἐστι, διότι καὶ τῶν ἄλλων ζώων ψυχρότερον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ θέρους ὥρᾳ ζωογονούμενον ὥσπερ τῆς ᾠδῆς ἀπάρχεται. Ἱκανὴ δὲ τροφὴ τῷ τέττιγι ἡ ἐκ τοῦ σώματος ὑπομένουσα ὑγρότης, ἣν ἐκ τῆς γενέσεως ἔχει, καθὰ δὴ καὶ τὰ ἐφήμερα ζῷα τὰ περὶ τὸν Πόντον γινόμενα· πλὴν ἐκεῖνα μὲν ἡμέρας μιᾶς χρόνον ζῇ. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐφήμερα λέγονται, ταῦτα δὲ ζῶσι καὶ πλέον.

A mentum et cito alterius eget, cum frigiditas parum alimenti requirat. Ideireo cicadæ parum pastus expetunt, uti quæ cæteris animalibus natura sint frigidiores; eaque de causa æstivo tempore quasi vivificatæ cantum suum occipiunt. Et satis eis alimenti suppetit ipsa corporis humiditas, quam a natura habent; sicut et animalculis illis ephemeris accidit, quæ in Ponto nascuntur, uno excepto, quod hæc unius diei tempus vivendo expleant ideoque nomen istud consecuta sint, illæ diuturniori vita fruantur.

Μαλακόστρακα λέγονται καρκῖνοι, κάραβοι, ἀστακοὶ καὶ καρίδες. Ταῦτα δὲ ἄνευ τῶν καρίδων χηλὰς ἔχουσιν, οὐ χάριν τοῦ περιπατεῖν, τοῦ συλλαμβάνειν δέ τι. Ὅθεν καὶ μείζονες αἱ δεξιαί· τοῖς γὰρ δεξιοῖς πέφυκε τὰ ζῷα δρᾶν μᾶλλον. Περὶ τούτων ὁ προφήτης Δαυῒδ, « τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν. » Σηπίαι δὲ, τευθίδες καὶ πολύποδες ἀνὰ πόδας ὀκτὼ ἔχουσιν, μείζονας δὲ μόνος ὁ πολύπους. B

Testa molli munita dicuntur, cancri, carabi, astaci sive gammari, carides sive squillæ. Eadem, si squillam excipias, chelis prædita sunt, non ambulationis causa, sed prehensionis. Qua de causa chelas dextras majores habent; nam dextris partibus uti animalia magis consueverunt. De his vates ille Davides ait: « Semitas marium permeant [38]. » Sepiæ, loligines, polypi pedes singuli octonos habent, et maximos horum polypus.

Διαφορὰν οἱ ἰχθύες καὶ περὶ τὸ στόμα ἔχουσι· τὰ μὲν γὰρ καταντικρὺ ἔχει τὸ στόμα καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν, τὰ δ' ἐν ὑπτίοις, οἷον οἱ δελφῖνες καὶ τὰ σελάχη, διὸ καὶ ὕπτια στρεφόμενα λαμβάνει τὴν τροφήν. Ὄρχεις δὲ οὐδεὶς ἔχει ἰχθύς, οὔτε ἐντὸς οὔτε ἐκτὸς, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀπόδων, διὸ οὐδὲ οἱ ὄφεις. Οἱ δὲ δελφῖνες καὶ αἱ φάλαιναι καὶ πάντα τὰ κητώδη βράγχια μὲν οὐκ ἔχουσιν, αὐλὸν δὲ διὰ τὸ ἔχειν πνεῦμονα. Τὰ μὲν γὰρ βράγχια χρήσιμα ἐπὶ τοῖς μὴ ἀναπνέουσιν, ἀδύνατον δὲ τὸ αὐτὰ ἔχειν καὶ ἀναπνεῖν. Ἔστι δὲ ταῦτα τρόπον τινὰ πεζὰ καὶ ἔνυδρα, καὶ πεζὰ μὲν ὡς ἀέρα δεχόμενα, ἔνυδρα δὲ ὡς ἄποδα καὶ τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ ὑγροῦ δεχόμενα. Τὰ μέντοι μαλάκια, οἷον τευθίδες, σηπίαι καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅλα σαρκώδη καὶ μαλακά· οὐδὲ γὰρ ὀστῶδες ἔχειν ἔτυχεν οὐδὲ γεηρὸν ἀποκεκρυμμένον. Πρὸς δὲ τὸ μὴ εὔφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα αὐτῶν, καθὰ δὴ καὶ τὰ σαρκώδη, μεταξὺ σαρκὸς καὶ νεύρου τὴν φύσιν ἔχει· μαλακὸν μὲν γάρ ἐστιν ὥσπερ σὰρξ, ἔχει δὲ τάσιν ὥσπερ νεῦρον. C

Etiam ora diversa pisces habent. Nam aliis os adversum est et anteriori a parte, cum aliis sit supinum, cujus generis delphini sunt et cartilaginææ. Propterea supini nutrimentum capiunt. Testes piscium nullus habet, nec intus nec foris, ut eisdem animalia cætera quoque careant, quæcumque a pedibus destituuntur, et inter alia serpentes. Delphini, balænæ, et omnia quæ cetacei sunt generis, branchias nullas habent, sed ejus loco tibiam quasi quamdam, uti pulmone prædita. Quippe non respirantibus utiles sunt branchiæ, quas ut piscis aliquis habeat simulque respiratione utatur, fieri nullo modo potest. Et sunt sane cetacei pisces modo quodam et terrestres et aquatiles bestiæ terrestres, quod aera recipiant, aquatiles, quod pedibus careant et alimentum suum ex humido sumant. Quicute molles sunt, verbi gratia loligines, sepiæ et alii tales, toti sunt carnei atque molles: nihil enim osseum ac terreum alicubi abditum habent. Ut autem corpus eorum non facile sit obnoxium intercidi, quod carneis usuvenire solet, enim molles instar carnis, et tendi nihilominus

mistam cum carne naturam nerveam habent. Sunt instar nervi possunt.

Χρὴ δέ σε καὶ τοῦτο περὶ τῶν ἰχθύων εἰδέναι. Τὸ μὲν γὰρ ἄρρεν καὶ θῆλυ ἰδίως νήχονται, οὐ συγγίνονται δὲ, ἀλλ' ἀσπόρως ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος τοῦ ἀνέμου τίκτονται, τὴν πνευματικὴν ἡμῶν ἐντεῦθεν καὶ ἄσπορον ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος προσημαίνοντα γέννησιν, ὡς ὁ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος. D

Hoc etiam de piscibus tibi cognoscendum est, quod mas et femina seorsum natent, nec inter se consuescunt, sed absque coitu de aqua flatuque venti gignuntur. Qua quidem re spiritualis illa nostra et coitus expers generatio de aqua et spiritu exprimitur, quemadmodum Anastasius inquit.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν ἄξιον. Ὁ χερσαῖος ὄφις τῷ αἰγιαλῷ προσιὼν συρίττει, καὶ συρίττων προσκαλεῖται τὴν μύραιναν εἰς συνάφειαν. Ὁ γοῦν θαλάσσιος ὄφις εἶτ' οὖν ἡ μύραινα τῷ συριγμῷ ἀκούσασα εὐθὺς ἐπανάγεται. Καὶ συμπλακέντες ἀλλήλοις, πρότερον τοῦ χερσαίου τὸν ἰὸν ἐξεμέσαντος, πρὸς τὰ ἴδια ὁ καθ' ἕνα χωρεῖ.

Ne hoc quidem obiter prætereire debes. Serpens terrestris ad litus accedens sibilum edit, quo murænam invitat. Hoc audito murena mox accedit, ac serpente terrestri [39] venenum prius exspuente mutuos in complexus veniunt, secundum quos uterque ad sua se conferunt. De quo exemplo perspicue potest intelligi etiam serpentem illum

[38] Psal. VIII, 9.

intellectilem sibilo quodam et inescatione, probæque indolis et boni consilii simulatione mortales allicere, proque arbitratu et libidine sua cum eis consuescere, prius opera data ut aquam et spiritum relinquant; nam aliter semen suum in eos transfundere nequit, nisi omni lunc moto ab his duobus ipsos avellat. Quid autem multis verbis opus est? Cur singula commemorare velimus? Sunt in aquis reptilia, quod ita nimirum progrediantur, nec tamen sub numerum cadunt, ne scilicet paulatim absumpta deficerent. Nam nisi numero pisces infiniti essent, non possent ad usum ullo modo sufficere, cum pariter et a se invicem et ab hominibus absumantur. Quippe tametsi viribus superiores devorandis imbecillioribus sese pascant, non tamen omnino consumuntur, quando majus eorum est incrementum quam ut absumi possint.

Et considera hoc mihi loco Dei vocem, vel potius non vocem Dei, sed voluntatem solam, quæ omnis generis piscium species ex aquis produxit. Nam hoc ipsum Dei velle naturam suam aquis tribuit, quæ ipso a principio vitalem quamdam vim sunt consecutæ. Absque quo foret, non in eis Dei spiritus latus fuisset, qua motatione vim illam vitalem aquis impertiebatur, quemadmodum Chrysostomus loquitur, ut non multo post ex eis animalia provenirent. Tradit enim Chrysostomus hisce verbis vitalem quamdam efficacitatem significari. Basilius autem latius de eis in hæc verba disserit. Sive de aeris diffusione Moses loquitur, intelligito nostrum hunc scriptorem historiæ mundi partes enumerare, condidisse videlicet Deum cœlum, terram, aquam, aera, qui quidem jam tum diffunderetur atque flueret. Sive quod verius est et ab iis qui ante nos fuere traditum, de Spiritu Dei sancto hæc dici putato. Nam sacris in Litteris nullus alius Dei spiritus appellatur extra Spiritum illum sanctum, qui divinam beatamque Trinitatem absolvit et complet. Quam sententiam si amplecti volueris, majorem ex ea fructum percipies. Nam ferebatur in eis spiritus hic, uti Syrus quidam, admirabilis doctrinæ vir, dicere solebat, hoc est fovebat ac fetificandi vim largiebatur aquarum naturæ, instar gallinæ cujusdam ovis incubantis ac fotis ab se vim quamdam vitalem indentis. Quo ipso etiam perspicue commonstratur Spiritum sanctum ne a rerum quidem condendarum facultate destitui.

Et tantum quidem de piscibus. Nunc rerum **40** ordo poscit ut de volucribus etiam pauca commemoremus, quæ et ipse suum ortum ex aquis habuerunt. Quamobrem et cognatione quadam natalium tenentur. Quippe quemadmodum pisces in aquis degentes pennarum agitatione progrediuntur, et diversis caudæ motibus tum inflexiones tum directos cursus moderantur, sic et volucres videre est consimili quodam modo suis alis aera pervolare. Et gaudent aquis volucres propterea quod ex aquis ortæ sint. Hoc solo differunt a pis-

A Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ ὁ νοητὸς ὄφις συριγμῷ καὶ δελεάσματι καὶ ὑποκρίσει ἤθους χρηστοῦ καὶ συμβουλῆς ἀγαθῆς τοὺς ἀνθρώπους ἐφέλκεται καὶ κατὰ τὸ βουλητὸν αὐτῷ τούτοις συγγίνεται, τοῦ ὕδατος καὶ πνεύματος πρότερον αὐτοὺς ἐξιστῶν· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως μεταδοῦναι τούτοις τοῦ οἰκείου δύνατται σπόρου, εἰ μὴ πάντα κάλων κινήσας ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀποσπάσειε. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκαστον, ἐπεὶ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός; Καὶ ἑρπετὰ μέν, ὅτι ἕρπει τῷ ὕδατι καὶ οὕτω τὴν ἑαυτῶν πορείαν ποιοῦνται, ἀριθμῷ δὲ οὐχ ὑποπίπτουσιν ὥστε μὴ ἐκλείπειν κατὰ μικρὸν δαπανώμενα. Βόσκονται γὰρ οἱ δυνατώτεροι τοὺς καταδεεστέρους, καὶ οὐκ ἠναλώκασιν· νικᾷ γὰρ τὴν δαπάνην ἡ πρόσοδος.

B

Ἀλλ' ὅρα φωνὴν Θεοῦ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ φωνὴν Θεοῦ, ἀλλὰ θέλησιν μόνον, ἥτις τὰ παντοδαπὰ γέ η τῶν ἰχθύων ἐκ τῶν ὑδάτων παρήγαγεν. Ἡ γὰρ θέλησις αὕτη φύσις ἐγεγόνει τοῖς ὕδασι. Ταῦτα μὲν τὰ ὕδατα καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ζωτικὴν ἐδέχοντο δύναμιν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτοῖς πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο. Φερόμενον δὲ ζωτικὴν εἰδίδου τοῖς ὕδασι τὴν δύναμιν, ὡς ὁ χρυσόστομος Ἰωάννης φησὶ, καὶ ὅτι μετὰ μικρὸν ζῶα ἐξ αὐτῶν παραχθήσονται. Καὶ ὁ μὲν χρυσορρήμων, καθάπερ εἴρηται, ζωτικὴν ἐντεῦθεν ἐνέργειαν κατασημαίνεσθαι λέγει· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος καὶ πλατύτερον τὰ περὶ τούτων διέξεισι, καὶ οὕτω φησίν. « Εἴτε τοῦτο λέγει τὸ πνεῦμα τὴν τοῦ ἀέρος χύσιν, δέξαι τὸν συγγραφέα τὰ μέρη τοῦ κόσμου καταριθμοῦντά σοι, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, καὶ τοῦτον χεόμενον ἤδη καὶ ῥέοντα. Εἴτε, ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθέστερόν ἐστι καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐκριβέν, πνεῦμα Θεοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται, (οὐδὲ γὰρ ἄλλο παρὰ τῇ Γραφῇ Πνεῦμα Θεοῦ ὀνομάζεται ἢ τὸ ἅγιον τὸ τῆς θείας καὶ μακαρίας Τριάδος συμπληρωτικὸν), καὶ ταύτην προσδεξάμενος τὴν διάνοιαν μείζονα τὴν ἀπ' αὐτῆς ὠφέλειαν εὑρήσεις. Ἐπεφέρετο γὰρ τὸ πνεῦμα, καθάπερ Σύρος τις ἔλεγε, θαυμαστὸς ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ, ἐπέθαλπε καὶ ἐζωογόνει τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρνιθος καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἐνιούσης τοῖς ὑποθαλπομένοις, ὡς ἐντεῦθεν σαφῶς ἀποδείκνυσθαι ὅτι οὐδὲ τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπεται. »

C

D

Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν ἰχθύων. Ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη καὶ περὶ τῶν πετεινῶν ὀλίγα διεξελθεῖν, ὅτι καὶ ταῦτα ἐξ ὑδάτων τὴν γένεσιν ἔσχηκε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ συγγένειά τις πρόσεστι τούτοις πρὸς τὰ νηκτά. Καὶ γὰρ ὥσπερ οἱ ἰχθύες τὸ ὕδωρ τέμνουσι, τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερύγων εἰς τὸ πρόσω χωροῦντες, τῇ δὲ τοῦ οὐραίου μεταβολῇ τά τε περιστροφὰς καὶ τὰς εὐθείας ὁρμὰς ἑαυτοῖς διαιτῶντες, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πτηνῶν ἔστιν ἰδεῖν διανηχομένων τὸν ἀέρα τοῖς πτεροῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον. Ὅτι δὲ ἐξ ὑδάτων τοῖς πετεινοῖς ἡ γένεσις, διὰ

τοῦτο καὶ ταῦτα πάντα τοῖς ὕδασι χαίρουσι· πλὴν γε ὅτι οὐδὲν τῶν πτηνῶν ἄπουν διὰ τὸ πᾶσι τὴν δίαιταν ἀπὸ τῆς γῆς ὑπάρχειν. Καὶ πάντα ἀναγκαίως· τοῖς μὲν γὰρ ἁρπακτικοῖς πρὸς τὴν ἄγραν αἱ τῶν ὀνύχων ἀκμαὶ, τοῖς δὲ λοιποῖς [ἀναγκαίως] πρὸς τὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν ἡ τῶν ποδῶν ὑπηρεσία δεδώρηται. Ὀλίγοι δὲ τῶν ὀρνίθων κακόποδές εἰσιν, οὔτε βαδίζειν οὔτε ἀγρεύειν τοῖς ποσὶν ἐπιτήδειοι, ὡς αἱ χελιδόνες καὶ αἱ δρεπανίδες λεγόμεναι, οἷς ἡ τροφὴ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀέρι ἐμφερομένων ἐπινενόηται.

Πρόσεχε λοιπόν. Ἄλλη καὶ γὰρ κατασκευὴ τοῖς σπερμολόγοις ὄρνεσι, καὶ ἄλλη τοῖς σαρκοβόροις, τῷ τρόπῳ τῆς διαίτης αὐτῶν πρέπουσα, ὀνύχων ἀκμαὶ καὶ χεῖλος ἀγκύλον καὶ πτερὸν ὀξύ, ὥστε καὶ συλλῃφθῆναι ῥᾳδίως τὸ θήραμα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σκληρότεροι τῶν ζώων οἱ ὄνυχες ἢ τοῦ ἀνθρώπου· μαλθακώτεροι καὶ γὰρ οὗτοι τῷ ἀνθρώπῳ κατεσκευάσθησαν, ὅτι τε καὶ τὸ δέρμα τούτου μαλθακώτερον, ἀφ' οὗ καὶ οἱ ὄνυχες τὴν γένεσιν ἔχουσι, καὶ ὅτι πρὸς τὴν χρῆσιν ἑκάστῳ τῶν ζώων ἥ τε σκληρότης τῶν ὀνύχων καὶ ἡ μαλθακότης δεδώρηται. Ἀλλὰ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ μὲν ἀναρχά εἰσι καὶ οἷον αὐτόνομα, τὰ δὲ ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι καταδεχόμενα, ὡς οἱ γέρανοι. Ἀλλὰ καὶ αἱ μέλισσαι ὑπὸ βασιλεῖ καὶ ταξιάρχῳ τινὶ τῶν ἔργων ἅπτονται, οὐ πρότερον ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν καταδεχόμεναι, πρὶν ἂν ἴδωσι τὸν βασιλέα κατάρξαντα τῆς πτήσεως. Οὐ χειροτονητὸς δὲ οὗτος, ἀλλ' ἐκ φύσεως ἔχων τὸ κατὰ πάντων πρωτεῖον, καὶ μεγέθει διαφέρων καὶ σχήματι καὶ τῇ τοῦ ἤθους πραότητι. Ἔστι μὲν γὰρ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Νόμοι τινές εἰσιν οὗτοι τῆς φύσεως ἄγραφοι, ἀργοὺς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τοὺς τῶν μεγίστων δυναστειῶν ἐπιβαίνοντας. Οὕτω μὲν αἱ τῷ τοῦ βασιλέως ὑποδείγματι μὴ ἀκολουθοῦσαι τῇ τοῦ κέντρου πληγῇ ἐναποθνήσκουσιν, ἄξια τῆς ἑαυτῶν ὠμότητος εὑρίσκουσαι τὰ ἐπίχειρα.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο θαυμάζειν ἄξιον, πῶς αἱ γέρανοι τὰς ἐν τῇ νυκτὶ προφυλακὰς ἐκ περιτομῆς ὑποδέχονται, καὶ αἱ μὲν καθεύδουσιν, αἱ δὲ κύκλῳ περιοῦσαι πᾶσαν αὐταῖς ἐν τῷ ὕπνῳ παρέχουσι τὴν ἀσφάλειαν. Εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς φυλακῆς πληρουμένου, ἡ μὲν βοήσασα πρὸς ὕπνον ἐτράπη, ἡ δὲ τὴν διαδοχὴν δεξαμένη, ἧς ἔτυχεν ἀσφαλείας, καὶ ἀντέδωκε ταῖς λοιπαῖς. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὸ τῶν πελαργῶν εἰς ἔκπληξιν ἄγει πάντας τῶν διαληφθέντων οὐκ ἔλαττον. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πατέρα ὑπὸ τοῦ γήρους πτεροῤῥυήσαντα περιστάντες ἐν κύκλῳ τοῖς οἰκείοις πτεροῖς διαθάλπουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, βοήθειαν αὐτῷ κατά γε τὴν πτῆσιν παρέχουσιν, ῥέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν. Καὶ οὕτως πᾶσι τοῦτο διαβεβόηται, ὡς ἐντεῦθεν καί τινας τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν ὀνομάζειν ἀντιπελάργωσιν. Μηδεὶς οὖν διὰ πενίαν τὴν αὑτοῦ ἀπογινωσκέτω ζωήν.

Τὸ δὲ τῆς χελιδόνος εὐμήχανον πῶς οὐκ ἄν τις

A scibus, quod nulla pedibus careat, quando de terra victum petere coguntur, et omnes necessario pedum adminiculis indigent. Nam rapacibus ad capiendam prædam ungues accommodati sunt, cæteris ad sustinendam cæteroqui vitam pedum usus est concessus. Perpaucis pedes male sunt affecti atque debiles, ita ut nec incedere nec venari quidquam pedibus possint, in quo genere sunt hirundines et quæ falculæ sive ripariæ dicuntur, quæ pro alimento vescuntur insectis per aera volantibus.

Animadverte porro structuram aliam illarum avium esse, quæ semina legunt, aliam carnivorarum, victui scilicet earum accommodatam. Habent enim peracutos ungues, rostrum aduncum, celeres B alas, ut prædam corripere celeriter possint. Qua quidem ipsa de causa duriores animalibus ungues sunt quam homini, cui sunt omnino molliores. Et constat certe cutem ejusdem consimiliter esse molliorem, de qua ungues oriuntur, itemque tam duritiem quam mollitiem unguium animalibus ex ipsorum usu datam. Præterea volucrum aliæ nulla teneantur imperio, libertateque veluti quadam fruuntur; aliæ ducis imperio subjectæ sunt, ut grues. Apes etiam sub rege, ac præfecto quodam, operas suas absolvunt, nec prius ad prata convolare solent quam regem initium avolandi fecisse conspexerint. Neque regem hunc suffragiis quasi delectum habent, sed a natura in omnibus principem, excellentem cæteres magnitudine, forma, et indolis C atque morum mansuetudine. Nam stimulo quidem rex præditus est, verum ad vindictam eo non utitur. Sunt hæ leges quædam non scriptæ, sed ab ipsa profectæ natura, ut qui maximis imperiis potiuntur, ad puniendum tardi sint. Et quidem si quæ apes exemplum regis sui non imitantur, dehinc stimulo simul emoriuntur dignaque crudelitate sua præmia consequuntur.

Hoc etiam nos admirari par est, quo pacto grues nocturnas excubias per vices obeant, dum aliæ quidem dormiunt, aliæ circumeundo præstant, ut omnes ab omni periculo per quietem tutæ sint. 41 Ubi deinde tempus excubiis unius destinatum præteriit, clamore illa sublato se quieti dat: ibi D tum altera succedens in ejus locum, quam illius beneficio consecuta est, quietem vicissim reliquis tutam præstat. Consimili modo ciconiarum quoque natio cunctos in admirationem rapit, jam indicatis haud cedens. Nam patrem, qui præ senio pennas amisit, undique circumstantes alis propriis fovent, alimentum illi abunde suppeditant, atque etiam in volatu juvant, leniter eum ab utraque parte sublevantes. Quod quidem usque adeo passim apud omnes pervulgatum est, ut hac de causa nonnulli compensationem beneficiorum appellare mutuam ciconiarum pietatem consueverint. Quo exemplo moneri nos convenit ne quis ob paupertatem de vita desperet.

Et quis non hirundinis solertiam maximopere

admiretur? Ea cum nidum conficit, festucas quidem collectas ore profert : sed cum tollere lutum pedibus nequeat, quos ad quasvis operas prorsus ineptos habet, extremis alarum partibus in aquam tinctis, ac deinde minutissimum in pulverem provoluta, rationem usurpandi luti excogitat. Nam paulatim festucis luto tanquam glutino quodam colligatis nidum exstruit, et pullos in eo suos educat. Quorum si quis oculos amittat, opem a natura medicam habet, qua eos fetui suo restituit.

Marina quaedam avicula est halcedo. Ea brumæ tempore propter littora fetificare consuevit, ovis in arena collocatis, cum multis ac vehementibus a ventis mare ad terram alliditur. Verum mox omnes venti sopiuntur et fluctus marini conquiescunt. Tum halcedo totos septem dies ovis suis incubat, cumque temporis aliquid ad educationem quoque sit necessarium, dies alios septem, quibus pulli nonnihil crescant, divina largitas ei concedit. Quæ res nauticæ rei peritis nota est, qui dies illos Halcedonia vo...

Tradunt et turturem a compari sejunctam ob conjugis prioris memoriam nullius alterius societatem admittere. Dictum hoc mulieribus esto, vitæ nimirum viduæ puritatem ab ipsis etiam brutis animantibus indecoræ plurium nuptiarum appetitioni præferri.

Longe injustissima est in educatione suæ sobolis aquila. Nam cum pullos duos produxit, alterum in terram dejicit alarum verberibus protrusum, ob educationis scilicet ærumnas atque molestias fetum ab se procreatum removens. Sed abjectum plane, quam ossifragam dicunt, perire non sinit : nam sublatum suis cum pullis educat. Quem autem pullum ipsa **42** alit aquila, secum deinde sumit, et inter volandum cum eo, si quidem audacter aera secantem videat ac solis splendorem acutis contuentem oculis, ut suum retinet atque servat, sin autem, ceu spurium abjicit.

E contrario cornicis amor in sobolem prædicari meretur, quæ pullos jam volantes nihilominus eos consectatur, pascit, et longum satis ad tempus educat. De his magnus ille Basilius hæc etiam in oratione sua De providentia tradit. «Res, inquit, est mira, cum ciconiis cornices discedere, quasique satellites earum et itineris comites esse. Quin etiam, mea quidem sententia, ferunt eis adversus aves quasdam hostiles auxilium. Quod esse verum primum eo signo colligitur, quod eo tempore nusquam ulla cornix conspiciatur, deinde quod cum vulneribus revertentes præstitæ societatis evidentes notas secum ferant.»

Jam quod rebus cæteris magis etiam ab opinione nominum abhorret, vultures aiunt absque maris et feminæ conjunctione gignere, senecta etiam in extrema : nam ad centesimum annum vivendo perveniunt. Quamobrem istuc? nimirum ne qui mysterium

ὑπεραγάσαιτο ; Ἐκείνη γὰρ τὴν καλιὰν πηγνυμένη τὰ μὲν κάρφη τῷ στόματι διακομίζει, πηλὸν δὲ τοῖς ποσὶν ἆραι μὴ δυναμένη (ἀνεπιτήδειοι γὰρ οὗτοι πρὸς πᾶσαν ὑπηρεσίαν), τὰ ἄκρα τῶν πτερῶν ὕδατι καταβρέξασα, εἶτα τῇ λεπτοτάτῃ κόνει ἐνειληθεῖσα, οὕτως ἐπινοεῖ τοῦ πηλοῦ τὴν χρείαν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις τὰ κάρφη οἷον κόλλῃ τινὶ τῷ πηλῷ συνδήσασα ἐν αὐτῇ τοὺς νεοττοὺς ἐκτρέφει. Ὧν ἐάν τις ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα, ἔχει τινὰ παρὰ τῆς φύσεως βοήθειαν ἰατρικήν, δι' ἧς πρὸς ὑγείαν ἐπανάγει τῶν ἐγγόνων τὰς ὄψεις.

Ἡ δὲ ἀλκυὼν θαλάττιόν ἐστιν ὄρνεον. Αὕτη παρ' αὐτοὺς τοὺς αἰγιαλοὺς νοσσεύειν πέφυκεν ἐν καιρῷ χειμῶνος, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὠὰ θεμένη τῆς ψάμμου, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῇ προσαράσσεται. Ἀλλ' ὅμως κοιμίζονται πάντες οἱ ἄνεμοι, ἡσυχάζει δὲ κῦμα θαλάσσιον, ὅτε ἀλκυὼν ἐπωάζει, τὰς ἑπτὰ δηλονότι ἡμέρας. Ἐπεὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεία, ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν νεοττῶν αὔξησιν ὁ μεγαλόδωρος αὐτῇ παρέσχε Θεός. Ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασι τοῦτο, καὶ ἀλκυονίτιδας τὰς ἡμέρας ἐκείνας προσαγορεύουσιν.

Ἀλλὰ καὶ τὴν τρυγόνα φασὶ διαζευχθεῖσάν ποτε τοῦ ὁμόζυγος μηκέτι πρὸς ἕτερον καταδέχεσθαι κοινωνίαν, μνήμῃ τοῦ ποτὲ συζευχθέντος. Ἀκουέτωσαν αἱ γυναῖκες ὅπως τὸ σεμνὸν τῆς χηρείας καὶ παρὰ τοῖς ἀλόγοις τοῦ ἐν ταῖς πολυγαμίαις ἀπρεποῦς προτιμότερον.

Ἀδικώτατος περὶ τὴν τῶν ἐγγόνων τροφὴν ὁ ἀετός. Δύο γὰρ ἐξαγαγὼν νεοσσοὺς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς γῆν καταῤῥήγνυσι ταῖς πληγαῖς τῶν πτερῶν ἀπωθούμενος, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπίπονον ὃν ἐγέννησεν ἀποποιούμενος. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοῦτον ἡ φήνη διαφθαρῆναι, ἀλλ' ὑπολαβοῦσα αὐτὸν τοῖς οἰκείοις αὐτὴ νεοσσοῖς συνεκτρέφει. Ὃν δὲ κρατήσας ἐκθρέψειν νεοττὸν ὁ ἀετὸς, λαμβάνει καὶ συνίπταται αὐτῷ, καὶ ἐὰν ἴδῃ αὐτὸν εὐτόλμως μὲν τὸν ἀέρα νηχόμενον, ὀξυωποῦντα δὲ πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου λαμπρότητα, ὡς οἰκεῖον περιποιεῖται, εἰ δὲ μή γε, ὡς νόθον ἀποβάλλει.

Ἀλλ' ἐπαινετὸν τὸ τῆς κορώνης φιλότεκνον, ἣ καὶ πετομένοις ἤδη τοῖς νεοττοῖς παρέπεται σιτίζουσα αὐτοὺς καὶ ἐκτρέφουσα μέχρι πολλοῦ. Περὶ μέντοι τῶν κορωνῶν καὶ τάδε φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ Περὶ προνοίας λόγῳ αὐτοῦ· « Θαῦμα μέγα πῶς αἱ κορῶναι τοῖς πελάργοις συναπαίρουσαι δορυφοροῦσιν αὐτοῖς καὶ παραπέμπουσιν, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ συμμαχίαν αὐτοῖς τινα παρέχουσι πρὸς ὄρνιθας πολεμίους. Σημεῖον δὲ πρῶτον μὲν μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον κορώνην παντάπασιν· ἔπειτα μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι τῆς συμμαχίας ἐναργῆ σημεῖα κομίζουσι. »

Τὸ δέ γε πλέον τῶν ἄλλων παραδοξότερον, τοὺς γῦπάς φασιν ἀσυνδυάστως τίκτειν, καὶ ταῦτα μακροβιωτάτους ὄντας, καὶ μέχρις ἑκατὸν ἐτῶν τὴν ζωὴν αὐτῶν παρεκτείνεσθαι. Διὰ τί δὲ τοῦτο, καὶ τίνος ἕνεκεν; ἵνα γὰρ μή τινες ἐπιγελῶσι τῷ μυστηρίῳ

ἡμῶν, ὡς ἀδύνατον παρθένον τεκεῖν καὶ αὖθις μεῖ- A
ναι παρθένον, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ὀφορμὰς
πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβά-
λετο. Καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων ὁ μέγας Βασί-
λειος· οἱ δέ γε τὰς φύσεις τῶν ζώων διασκεψάμενοι
τριετῆ χρόνον τοὺς γῦπας ἐγκυμονεῖν τερατεύονται.
Καὶ πῶς ἄκουε. Οὐκ ἔστιν ἄῤῥενα γῦπα θεάσασθαι·
ἀσυνδυάστως γὰρ αὐτοὺς τίκτειν νόμοι φύσεως
παραχελεύονται, ὅθεν καὶ πᾶν τὸ γένος αὐτῶν ἡ
τοῦ θήλεος φύσις ἠνέγκατο. Ὅπερ ἐπιστάμενοι
γῦπες καὶ τὴν ἐρημίαν δεδιότες τῶν τέκνων, εἰς
ἐπιγονὴν ἅπαν τὸ γένος στρατεύεται, καὶ ὁρῶσί τι
σόφισμα ἄριστον. Τῷ νότῳ καὶ γὰρ ἀντίπρῳροι
πέτανται. Εἰ δὲ μὴ νότος εἴη, τῷ συγγενεῖ εὔρῳ
ἁπλοῦσι τὰς πτέρυγας, εἶτα κεχήνασι καὶ τοῦ
πνεύματος ἐμφορεῦνται εἰσρέοντος, καὶ τίκτουσι B
ζῶα, μὴ μέντοι γε ὠὰ ὑπηνέμια. Διὸ πλείστου χρό-
νου δεῖται ἡ φύσις πρὸς ζώου τελεσιουργίαν· χαλε-
πὸν γὰρ καὶ λίαν ἐργῶδες τῇ φύσει οὐσιῶσαι τὸ
πνεῦμα καὶ πρὸς ζῶον πλαστουργεῖν τὸ λεπτότα-
τον. Ἐπειδὰν τοίνυν ἀκούεις καὶ σὺ συναφείας
ἄνευ ἐγκυμονῆσαι τὴν Πάναγνον, πρότερον αὐτῇ
Πνεύματος ἁγίου ἐπισκιάσαντος καὶ τοῦ Κυρίου
κατὰ τὸν προφήτην ἀπὸ Θαιμὰν ἥξαντος, μηδ'
ὅλως ἀπίστει τῷ πράγματι, κἂν μέγα τῷ ὄντι δοκεῖ
καὶ παράδοξον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ἡ παρὰ φύσιν
τῶν γυπῶν κυοφορία θαυμασίως οὕτω τῷ Θεῷ προη-
τοίμασται. Λέγεται γὰρ ὅτι γενόμενος ἔγκυος ὁ
γὺψ πορεύεται εἰς τὴν Ἰνδικήν, καὶ λαβὼν λίθον τὸ
καλούμενον εὐτόκιον ἐπάνω αὐτοῦ κάθηται συνεχό-
μενος ὠδῖσι, καὶ οὕτως ἀποτίκτει. Ὁ μέντοι λίθος C
περιφερὴς ὡς κάρυον, καὶ κινούμενος ἦχον ἐκπέμ-
πει ὡς κώδων, ἔνδοθεν ἑτέρου λίθου κινουμένου.
Φασὶ δὲ καὶ τοῦτο περὶ γυπὸς, ὅτι μύρῳ ῥοδίνῳ
χρισθεὶς ἀποθνήσκει.

nostrum irriderent, quasi fieri nequeat ut parial virgo et nihilominus virgo maneat, ex ipsa natura Deus nobis tantum non infinitas suppeditavit occasiones faciundi fidem rebus cæteroquin absurdis et nostræ opinioni non respondentibus. Hoc modo de his Basilius disserit. Cæteri vero, qui naturas animalium perspectas habent, vultures toto triennio gestare uterum prodigiose tradunt. Quinam istuc? Audi. Vultur mas nullus conspicitur. Nam absque duum conjunctione gignere de præscripto naturæ solent. Quo fit ut eorum universa natio consistat in feminis. Hoc cum non ignorent vultures, orbitatis metu simul universi ad fetificandum quamdam velut expeditionem suscipiunt. Hic si nullus eis sese Auster offerat, ad cognatum Eurum alas expandunt. Inde per oris hiatum vento influente replentur, et animalia, non ova subventanea gignunt. Quæ causa est quamobrem maximo temporis spatio natura hujus ad animalis absolutionem indigeat. Nam difficile et operosum est naturæ de vento quamdam essentiam efficere deque re longe subtilissima et exili prorsus animal fingere. Cum igitur audies Virginem illam purissimam absque ullo viri commercio gravidam fuisse factam, cum prius eam sanctus ille Spiritus inumbrasset ac Dominus, uti vates loquitur, de Thæmane venisset, nequaquam huic rei fidem derogato, tametsi reapse magna videatur et **43** ab opinione hominum abhorrens. Nam ea de causa vulturum quoque conceptio tam admirabiliter a Deo est instituta. Traditur autem monumentis litterarum vulturem, posteaquam conceperit, in Indiam sese conferre, nactumque lapidem, quem a facilitate partus quem adjuvat Eutocium vocant, in eo se parturigine vexatum collocare, atque illo modo parere. Lapis ipse rotundus est, avellanæ nucis instar, et succussus in morem tintinnabuli sonum edit, moto intus alio lapide. Perhibetur hoc etiam de vulture, quod unguento rosaceo perunctus moriatur.

Θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τὸ τῶν κοράκων τῶν
διαληφθέντων οὐκ ἔλασσον. Πεπόνθασί τι πάθος
ὥρᾳ θέρους οἱ κόρακες, τὸ δὲ πάθος ἐστὶ ῥύσις γα-
στρός. Ἐντεῦθεν ποταμοὶ καὶ πηγαὶ καὶ λίμναι
οὐδέν τι χρῆμα κατά γε τὸ θέρος τοῖς κόραξιν, ἵνα
μὴ τῷ ὑγρῷ ἡ τῆς γαστρὸς ῥύσις σχοίη ἐπίτασιν.
Ἴσασι τοίνυν καὶ διαίτης τέχνην οἱ κόρακες, οὐ τὰ D
Ἱπποκράτους παιδευθέντες, οὐ τὰ Χείρωνος, οὐ τὰ
Μαχάονος φάρμακα, κἀντεῦθεν μὲν ὁρῶσι ποτα-
μοὺς, ἀλλ' ὅμως πίνειν ἐκείνοις οὐκ ἔνεστιν, ἀλλ'
οἷα Τάνταλοι κολαζόμενοι δριμυτέραν δίκην ταῦτα
εἰσπράττονται.

De corvis quoque non abs re quis miretur, quod hactenus indicatis non est inferius. Æstivo tempore corvi quodam morbo laborant. Is morbus ventris est profluvium. Quamobrem fluvii, fontes, stagna per æstatem nulli sunt corvis usui, ne per humorem ventris illa fluxio magis etiam adaugeatur. De quo scilicet intelligitur etiam diætæ rationem sibi convenientem corvos non ignorare, quamquam nec Hippocratis nec Chironis nec Machaonis remedia discendo percepta teneant. Ideirco fluvios quidem intuentur, sed haurire de iis nequeunt, gravemque hanc adeo pœnam luunt, quasi Tantali quidam multati.

Θαυμάζειν σε ἄξιον καὶ διὰ τί τῆς ᾠδῆς οἱ τέττι-
γες ἐν μέσῳ θέρει ἀπάρχονται. Ψυχροί τινες τὴν
φύσιν οἱ τέττιγες, διὸ καὶ μετὰ θερινὰς τροπὰς
ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς, καὶ ἡλίου ἀπαρχομένου τὸν
ἑαυτῶν μετίασι κέλαδον. Ἐφ' ᾧ καὶ μεσημβρίας
εἰσὶν ᾠδικώτεροι. Ἡ μέντοι θήλεια τέττιξ πολὺ
ψυχροτέρα τοῦ ἄῤῥενος οὖσα σιωπῶσα ἐφιζάνει τοῖς
ἐνδρεσι, τὰ Πυθαγόρου ὥσπερ διδαχθεῖσα διδάγ-

Meretur et hoc admirationem, quamobrem cicadæ cantum suum æstate media primum incipiant. Nimirum natura frigidæ sunt, qua de causa post æstivum solstitium canendi faciunt initium; nec nisi exorto sole strepunt, ipsoque meridie maxime sunt canoræ. Et quidem femella cum longe sit mare frigidior, arboribus taciturna insidet, quasi si Pythagoræ disciplinis esset imbuta. Qui fit ut

aquilarum pennæ cum aliarum avium pennis commistæ illas ipsas absumant? nam celeriter admodum pereunt. Quamobrem charadrius, si quando quem morbo regio laborantem conspicit, oculos claudit? Non id profecto propterea, quemadmodum aliqui volunt, quod ægroto invideat, livoreque præpediatur quominus eum rectæ valetudini restituat. Non enim bruta laborant invidia, nec Prometheus apud ipsa punitur, quod ignem bonum cum mortalibus communicaverit. Sed oculos idcirco claudit, quod morbus hic de uno ad alterum transeat; adeoque mox aviculam hanc morbus occupat.

Nec illud admiratione caret, quod luscinia vigilans, cum ovis incubat, noctem integram canere non desinat. Qui vespertilio pariter et quadrupes est et volucris? qui avium hæc sola dentes habet? **44** Ac fetificat quidem instar quadrupedum, aera vero leviter permeat, non alis sed pellicula quadam sublata. Qui fit ut anseres pervigiles sint et ad sentiendum obscura latentiaque longe acerrimi? qui quidem olim etiam urbem orbis principem conservarunt, cum hostes quosdam occultos, qui per ignotos abditosque cuniculos arcem Romanam occupaturi erant, indicio suo prodidissent.

Quis hominum cædem vulturibus denuntiat, cum expeditiones adversus se invicem suscipiunt? Videas enim tantum non infinita vulturum agmina castra sequi, de armorum apparatu eventus indicia colligentium, quod ipsum a ratiocinationibus humanis parum abest.

Iis etiam de causis in admirationem quædam veniunt, si quis animum advertat. Quædam enim volucres de prius exsistentium propagatione veniunt, quædam hodieque de terra oriuntur. Non enim cicadæ tantum e pluviis proveniunt, aliaque plurima quæ in aere volant, pleraque nominibus propriis ob eorum exiguitatem carentia: sed etiam mures atque ranæ de eadem prodeunt, quando apud Thebas Ægyptias, si vehementes in æstu pluviæ cadant, mox terrenis muribus universa regio completur. Nec anguillas aliunde cernimus oriri quam de limo. Quippe nec ovis nec alio quopiam modo propagantur, sed ortum e terra tantum habent.

Erodium mihi, quæso, considera. Species avis est supra quosvis passeres nidificantis, altissimis nimirum in arboribus, præsertim abietibus. Unde Aquila Psalmi dictum vertens: «Erodio, inquit, domicilium sunt abietes[10].» Supra omnes alias certe volucres nidificat. Idcirco Davides ait «Erodii domicilium superat eos.» Hunc erodium tanta præditum esse castimonia tradunt, ut cum ad Venerem accessurus est, dies quadraginta continuos fugeat, et post conjunctionem alios totidem dies. Ægre enim fert, si quando necessitate sic exigente

Γίνωσκε δὲ ὅτι ἑκάστῳ τῶν ζώων, καθὰ δὴ καὶ ὁ Α Νεμέσιός φησι, φυσικὴν οὐ λογικὴν ἐνέθηκε σύνεσιν ὁ Θεός. Τισὶ δὲ καὶ πανουργίας ἐνέβαλεν ὑπὲρ τοῦ καὶ τὰς ἐνεστώσας ἐπιβουλὰς ἐκκλίνειν καὶ τὰς μελλούσας προφυλάττεσθαι. Ὅτι δὲ φυσικῶς τὰ τοιαῦτα καὶ οὐ λογικῶς ἐνεργοῦσι τὰ ζῷα, δῆλον ἐκ τοῦ κατ' εἶδος ἕκαστον ζῶον ὁμοίως ταῦτα ποιεῖν, καὶ μὴ διαλλάττειν αὐτῶν ἐν τῷ πλήθει τὰς ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ κατὰ μίαν ὁρμὴν ὅλον τὸ εἶδος κινεῖσθαι· πᾶς γὰρ λαγωὸς ὁμοίως τεχνάζεται, καὶ πᾶς λύκος ὁμοίως πανουργεῖ, καὶ πᾶς πίθηκος ὁμοίως μιμεῖται. Ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπ' ἀνθρώπων· μυρίαι γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων αἱ ὁδοί. Ἐλεύθερον γάρ τι καὶ αὐτεξούσιον τὸ λογικὸν, ὅθεν οὐχ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ἔργον ἀνθρώποις, ὡς ἑκάστῳ εἴδει τῶν ἀλόγων ζώων. Φύσει γὰρ μόνῃ ταῦτα κινεῖται, τὰ δὲ φύσει κινούμενα ὁμοίως παρὰ πᾶσιν ἐστίν· αἱ δὲ λογικαὶ πράξεις ἄλλαι παρ' ἄλλοις, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης αἱ αὐταὶ παρὰ πᾶσι. Τὸ μέντοι πρόβατον διὰ τοῦτο λέγεται καὶ παρὰ τῇ Γραφῇ ἄκακον, ὅτι σύνεσιν ἰδίαν οὐκ ἔχει ὥστε νομὰς εὑρίσκειν καὶ ποτὸν, ἂν μή τις ὁ ποιμαίνων αὐτά. Πολλὰ δὲ τῶν ζώων καὶ συνέσεως ἀνθρωπίνης ἐγγύς ἐστι. Καὶ ὅρα τὸν χερσαῖον ἐχῖνον δύο κατασκευάζοντα ἐπὶ τοῦ φωλεοῦ ἀναπνοάς, πρός τε τὸν νότον ἀντιφραττούσας καὶ τὸν βορρᾶν, εἰ καὶ φυσικῷ λόγῳ πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλόγων γένη κεκίνηται. Οὐδὲ γὰρ αὐτεξούσια τὰ ζῷα, καθὰ δὴ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν, ὅτι μηδὲ λογικά. Λογικῇ γὰρ πάσῃ φύσει καὶ τὸ αὐτεξούσιον πάντως ἐμπέφυκε θέλημα· εἰς τί γὰρ ἕξει τὸ λογικὸν, μὴ αὐτεξουσίως λογιζομένη; Τὴν μὲν γὰρ φυσικὴν ὄρεξιν καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁ Δημιουργὸς ἐνέσπειρε, πρὸς σύστασιν τῆς οἰκείας φύσεως ἄγουσαν ἠναγκασμένως αὐτά. Λόγου γὰρ ἀμοιροῦντα οὐ δύνανται ἄγειν, ἀλλ' ἄγονται ὑπὸ τῆς φυσικῆς ὀρέξεως, ὅτε ἅμα ἡ ὄρεξις γένηται, εὐθέως καὶ ἡ πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁρμή. Οὐ γὰρ λόγῳ ἢ βουλῇ ἢ σκέψει ἢ κρίσει κέχρηνται. Ὅθεν οὔτε ὡς ἀρετὴν μετιόντα ἐπαινοῦνται καὶ μακαρίζονται, οὔτε ὡς κακίαν πράττοντα κολάζονται. Ἡ δὲ λογικὴ φύσις ἔχει μὲν τὴν φυσικὴν ὄρεξιν κινουμένην, ὑπὸ δὲ τοῦ λόγου ἀγομένην τε καὶ ῥυθμιζομένην. Τοῦ γὰρ λόγου τὸ προτέρημα ἡ αὐτεξούσιός ἐστι θέλησις, ἣν δὴ φυσικὴν ἐν τῷ λογικῷ φαμὲν κίνησιν. Διὸ καὶ ὡς ἀρετὴν μετιοῦσα ἐπαινεῖται καὶ μακαρίζεται, καὶ ὡς κακίαν μετιοῦσα κολάζεται.

Scias autem singulis animalibus, quemadmodum et Nemesius scripsit, indidisse Deum prudentiam quamdam naturalem, non discendo parabilem. Nonnullis versutias etiam dedit, quibus et præsentes insidias declinare et præcavere futuras possint. Quarum rerum effectiones in brutis a natura, non ratione proficisci, vel inde patet, quod specierum quarumvis animalia consimiliter hæc faciant, nec in tanta eorum **65** multitudine operationum sit diversitas. Eodem modo nimirum et instituto species universa movetur. Solertia lepores omnes consimili utuntur, itemque lupi consimili vafritie, consimili denique modo quilibet simius imitari solet; id quod in hominibus locum non habet. Sunt enim humanarum actionum rationes atque viæ propemodum infinitæ. Quippe rationis particeps natura libera suique juris et sponte est. Quo fit ut homines universi eodem opere non occupentur nec idem agant, quemadmodum in singulis brutorum speciebus usuvenire videmus. Nimirum hæc a sola natura moventur: quæ autem a natura moventur, consimilia sunt apud omnes. E diverso quæ a ratione proficiscuntur actiones, aliæ sunt apud alios, neque necessario apud omnes eædem. Ovis idcirco sacris etiam in Litteris pecus simplex minimeque subdolum dicitur, quod prudentiam quamdam peculiarem non habeat, cujus adminiculo reperire pastum potumque possit, si nullum habeat qui eam sagiret. Rursus alia quædam animalia non pauca prope etiam humana absunt a prudentia. Quo in genere mihi terrestrem echinum, quem erinaceum dicimus, fenestras hauriendi aeris causa suis in latebris geminas molientem aspice, quarum altera boreæ, austri altera flatus obstruat, tametsi ad ejusmodi machinationes, ut cætera quoque animalia bruta, solo naturæ ductu feratur. Nec enim bruta suo quodam arbitratu agunt, sicut et Joannes Damascenus tradit, cum a ratione destituantur, cujus participes naturæ voluntatem habent liberam naturaliter. Nam cur, obsecro, vi rationis præditæ forent, si pro voluntatis arbitrio ratione non uterentur? Quippe naturalem appetitum Opifex rerum etiam brutis animalibus indidit, qui ad naturæ suæ conservationem ea necessario ducat. Quæ enim expertia sunt rationis ducere non possunt, sed ab naturali appetitione ducuntur. Quo fit ut cum appetitus exsistit, mox et impetus ad agendum cum eo conjunctus sit. Nec enim vel ratione vel consilio vel consideratione vel judicio utuntur. Qua ipsa de causa nec ut virtutem colentia laudantur et felicia prædicantur, nec ut obnoxia vitiis puniuntur. At natura particeps rationis, habet illa quidem appetitum naturalem, quo impellitur, sed qui a ratione ducitur apteque dirigitur. Nihil enim ratio præstantius habet quam quod voluntate libera sit prædita, quam in natura rationis participe motionem naturalem dicimus. Idcirco virtutem colens laudatur ac pro beata ducitur, et consimiliter obnoxia vitiis punitur.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς, τίνος ἕνεκεν αὐτά τε τὰ ζῷα καὶ ὁ ἄνθρωπος πόδας ἀρτίους ἔχουσι, γίνωσκε ὅτι διὰ τὸ μὴ ἀτάκτως ἄλλεσθαι. Οὕτω καὶ γὰρ διὰ μὲν τοῦ ἑνὸς ἱστάμενος ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ πάλιν

66 Quodsi etiam scire cupis quamobrem tam animalia quam homo pari numero pedes habeant, id propterea factum cognoscito, ne inordinate confuseque exsilirent. Nam hoc modo fit, ut cum

homo uni, animalia reliqua duobus pedibus insistunt, interim per alios paulatim progressio fiat. In nonnullis animalibus, dilecte fili, consuetudo fit reapse natura.

Nam animalia mihi, quæso, Libyca intuere, quæ per æstatem, cum maxime sitiunt, a potu abstinent, per hiemem, cum sitiunt minus, bibunt. In eam ob causam omnino accidit, quod Libya per æstatem aquæ laboret inopia. Quapropter hiberno tempore aquam hauriunt, cum ejus copiam habent. Cumque sic iis in locis assueverint, etiam ad alias regiones delata morem suum retinent. Ac de his quidem hactenus.

Cæterum post animalium terrestrium creationem Deus hominem fingit ac in paradiso collocat. Quo jam in loco velim animum mihi, dilecte fili, advertas. Quamvis enim volunt aliqui Deum post septimum diem paradisum condidisse, profitentes se Mosaicæ historiæ vestigiis inhærere, manifesto tamen errant, ut qui transitorie, non adhibita pervestigatione conveniente Litteras sacras perlegant. Ac vide mihi quid spectator ille Dei Moses dicat : « Absolvit Deus, inquit, die sexto cuncta quæ fecerat; ac die septimo ab omnibus operibus, quæ efficere cœperat, quievit [61]. » Itaque si post diem septimum nihil omnino, quod antea non exstitisset, in ortum produxit, qui post diem septimum paradisum condidit? Videntur quidem Litteræ sacræ hoc modo loqui, ac si post diem septimum paradisus conditus fuerit : verum alius scopus est earum, de pluribus quidem sententia. Joannes Chrysostomus audiendus est tibi, qui in oratione de sex dierum operibus XII dicit Mosem eorum quæ antea commemorasset, summam brevibus deinde complectentem, simplicioribus occasionem præbuisse ut hujusmodi opinionem arriperent atque proferrent. Nam cæteroqui, si post diem septimum, ut ipsi volunt, paradisus est conditus, omnino dicamus necesse est etiam Adami de pulvere formationem, itemque structuram Evæ de Adami costa, post eumdem septimum diem primum factam. Quamobrem istuc? Quia Moses hanc quemque posterius, id est post diem septimum, narrat. Proinde reliquum est paradisum ante Adamum esse conditum. Et audi obsecro, quid Joannes Damascenus in capite quod De paradiso inscripsit dicat. « Quia Deus, inquit, hominem ex 67 natura partim inaspectabili partim aspectabili creaturam ad imaginem similitudinemque suam erat, quasi quemdam regem atque principem totius terræ ac eorum quæ terra continentur, paradisum ei veluti regiam quamdam præstruit, ut in eo beatam ac felicissimam vitam ageret. » Itaque licet animadvertere, quod cum ante formationem Adami paradisum exstruxerit, manifesto sequatur eum die sexto consitum a Deo fuisse, præsertim cum multo magis a septimo die, quemadmodum idem orator aureus tradit, creare desierit.

[61] Gen. II. 2.

τὰ ζῶα διὰ δύο ποδῶν, ἑρπετὰ διὰ τῶν ἑτέρων ποιοῦνται τὴν βάδισιν.

Οὕτως, ἀγαπητὲ, τὸ ἔθος φύσις ἐπί τισι γίνεται. Ὅρα γὰρ ὅτι τὰ Λιβυκὰ θηρία τοῦ μὲν θέρους οὐ πίνει, ὅτε μάλιστα δίψα γίνεται, χειμῶνος δὲ πίνουσιν, ὅταν ἧττον διψῶσι. Τοῦτο δὲ γίνεται πάντως διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι ὕδατα θέρους ἐν τῇ Λιβύῃ. Τοῦ δὲ χειμῶνος διὰ τὸ γίνεσθαι πίνει. Ὃ γοῦν ἐκεῖσε εἰθίσται, τοῦτο καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τὰ ζῶα ταῦτα παραγενόμενα σώζει τὸ ἔθος. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἦγουν μετὰ τὴν τῶν χερσαίων παραγωγὴν, πλάττει τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, καὶ τίθησιν αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἀλλὰ κἀνταῦθα πρόσσχες, ἀγαπητέ. Εἰ γὰρ καὶ λέγουσί τινες ὅτι μετὰ τὴν ἑβδόμην ἔκτισε τὸν παράδεισον ὁ Θεὸς, τῇ Μωσαϊκῇ δῆθεν ἱστορίᾳ ἑπόμενοι, ἀλλὰ πεπλάνηνται προφανῶς ἅτε δὴ παροδευτικῶς ἐπερχόμενοι καὶ οὐκ ἐρευνητικῶς τὴν Γραφήν. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ Θεόπτης Μωσῆς. « Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ· ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἤρξατο ποιεῖν. » Οὐκοῦν εἰ μετὰ τὴν ἑβδόμην οὐδὲν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, πῶς λοιπὸν ἔκτισε μετὰ τὴν ἑβδόμην τὸν παράδεισον; Ἔοικε μὲν ἡ Γραφὴ λέγειν ὅτι μετὰ τὴν ἑβδόμην ἔκτισται ὁ παράδεισος· ἀλλ' οὐκ ἔχει καὶ τὰ τοῦ σκοποῦ, καθὼς ὑποπτεύουσι πολλοί. Καὶ πείθου τῷ χρυσορρήμονι Ἰωάννῃ ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον δωδεκάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ λέγοντι, « ὅτι τῶν κατὰ συντομίαν ἱστορηθέντων ἔμπροσθεν ἀνακεφαλαίωσιν ποιεῖ ὁ Μωσῆς ὕστερον, τοιαῦτα καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν τοὺς ἁπλουστέρους ἐποίησεν. » Ἄλλως τε εἰ μετὰ τὴν ἑβδόμην, ὥς φασιν, ἔκτισται ὁ παράδεισος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χοὸς πλάσιν τοῦ Ἀδὰμ, ὥσπερ δὴ καὶ τὴν ἀπὸ πλευρᾶς τῆς Εὔας οἰκοδομὴν, μετὰ τὴν ἑβδόμην εἰπεῖν γεγενῆσθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι καὶ ταύτην ὕστερον ὁ Μωσῆς, ἤγουν μετὰ τὴν ἑβδόμην, διηγούμενος εὕρηται. Πρὸ τοῦ Ἀδὰμ λοιπὸν ὁ παράδεισος. Καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ περὶ παραδείσου κεφαλαίῳ αὐτοῦ. « Ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὁ Θεὸς ἐξ ὁρατοῦ τε καὶ ὁρατῆς φύσεως πλαστουργεῖν τὸν ἄνθρωπον κατ' οἰκείαν εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν, ὥσπερ τινὰ βασιλέα ἄρχοντα πάσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, προκαθίστησιν αὐτῷ οἷόν τι βασίλειον τὸν παράδεισον, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν μακαρίαν καὶ πανολβίαν ἔχειν ζωήν. » Πρόσεχε οὖν· ἐπειδὴ γὰρ, ὡς εἴρηται, πρὸ τοῦ πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ καθίστησιν αὐτῷ τὸν παράδεισον, εὔδηλον πάντως ὅτι ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ τοῦτον ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς, εἴγε καὶ μᾶλλον ἕστη μετὰ τὴν ἑβδόμην τοῦ δημιουργεῖν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί.

Φυτεύει τοίνυν ἔν τε τῇ ἕκτῃ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ τὸν A
θεῖον παράδεισον κατὰ ἀνατολάς ἐν Ἐδέμ. Ἐξ
ἁπάσης γὰρ τῆς γῆς, ὥσπερ φησὶ Θεοδώρητος ὁ
μέγας τε Βασίλειος καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης,
τόπον τινὰ κατὰ ἀνατολὰς ἐκλεξάμενος, ὀνομαζό-
μενον μὲν Ἐδὲμ, ἐν περιώπτῳ δὲ κείμενον καὶ πά-
σης τῆς γῆς ὑψηλότερον, φυτεύει ἐν αὐτῷ τὸν πα-
ράδεισον, ὡς ἐντεῦθεν τρυφερὸν οἷον αὐτὸν εἶναι καὶ
θαλερὸν εἰσαεὶ, καθά φησι Σεβηριανός· τρυφὴ γὰρ
ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται. Ἐν ᾧ δὴ τιμῆσαι βουληθεὶς
γεγονότα τὸν ἄνθρωπον ἔταξεν οἰκεῖν ὁ Θεός· « καὶ
ἔθετο » γάρ, φησιν, « αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. »
Ἀλλ' ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι
ἐξ ἑτέρας μὲν ἔπλασε γῆς τὸν Ἀδὰμ, μετὰ δὲ ταῦ-
τα ἐν τῷ παραδείσῳ ἔθετο. Καὶ ἄκουε τί φησιν ἡ B
Γραφή· « Καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ
παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς
ἐλήφθη. Διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ παρα-
δείσου πλάττει τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, εἶθ' οὕτως
εἰσάγει αὐτὸν ἐν αὐτῷ; Ὥστε μαθεῖν ἐντεῦθεν αὐτὸν,
ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν, ὅσης ἠξίωτο
παρὰ Θεοῦ τῆς τιμῆς, καὶ ὅση παρ' αὐτοῦ ἡ ἀπό-
λαυσις αὐτῷ ἐχαρίζετο. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ οἱ ἐξ
ἐλαχίστης τάξεως ἐπὶ τὴν ἄνω τε καὶ πρώτην ἀνα-
βιβαζόμενοι οἴδασιν ἐξ ἀνάγκης τίνες πρότερον
ἦσαν καὶ ὅπου κατήντησαν ὕστερον, ἃ δὴ καὶ οὐ
μικρᾶς ἀγαλλιάσεως γίνεται πρόξενον.

Πλάττει μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ταῖς ἰδίαις χερσὶ
τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός. « Καὶ ἔλαβε, » γὰρ, φησὶ, « χοῦν C
ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ
ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς·
καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Εὐλό-
γως οὖν τὰ μὲν χερσαῖα πάντα θνητὰ τυγχάνει·
ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῆς γῆς σὺν αὐτῇ τῇ ψυχῇ·
« Ἐξαγαγέτω, » γάρ φησιν, « ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν. »
Ὁ δὲ ἄνθρωπος μόνος ἀθανασίας μετέσχηκεν, ὅτι
διὰ τοῦ θείου ἐμφυσήματος καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς ἔλαβε
τὴν ψυχήν· « Ἐνεφύσησε, » γάρ φησιν, « εἰς τὸ
πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, » αὐτὴν τὴν νοερὰν
δηλονότι ψυχήν. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ γῆς αὕτη. Καὶ πεί-
θου τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου
πλάσεως οὕτως κατὰ ῥῆμα διεξιόντι. « Καὶ παρὰ μὲν
τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα ἤδη προϋποστάσης, παρ'
ἑαυτοῦ δὲ πνοὴν ἐνθεὶς, ὃ δὴ νοερὰν ψυχὴν Θεοῦ D
οἶδεν ὁ λόγος, παράγει τὸν ἄνθρωπον. » Πρόσεχε
οὖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ νοερὰ ψυχὴ δι' ἐμφυσήματος τῷ
ἀνθρώπῳ ἐντέθειται παρὰ Θεοῦ, διὰ τοῦτο καὶ
ἀθάνατός ἐστιν. Ἡ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων ψυχὴ ἀπὸ
γῆς ἐξελθοῦσα κατὰ τὴν θείαν φωνὴν γεώδης ἐστὶ,
διὰ τοῦτο καὶ θνητή. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕ-
τως.

Ἀναγκαῖον δὲ εἰδέναι σε, ἀγαπητὲ, καὶ τί φησιν
ἐπὶ τούτοις ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. « Καὶ τὰ μὲν
τετράποδα ποιῶν ὁ Θεὸς ὁμοῦ μετὰ τῶν σωμάτων

Conserit ergo Deus tempore formationem Adami
precedente divinum illum paradisum in Edem,
versus orientem solem. Nam de universa terra,
quemadmodum et Theodoritus et Basilius ille
magnus et Joannes Damascenus aiunt, selecto
quodam versus orientem loco, qui Edem appella-
batur et conspicuus erat universaque reliqua terra
sublimior, in eo ipso paradisum conserit, uti ni-
mirum delicatus esset ac perpetuo floridus, quem-
admodum Severianus scripsit : nam vocabulum
Edem si velis interpretari, delicias significat. Hic
hominem conditum Deus habitare voluit. Etenim
in paradiso, quemadmodum perscriptum sacris est
in Litteris, eum collocavit. Hinc autem, dilecte
fili, hoc etiam discimus, Deum ex alia terra con-
ditum Adamum in paradisum collocasse. Qua de
re quid sacris exstet in Litteris, audi : « Abegit,
inquiunt, Deus Adamum ex paradiso delicia-
rum, ut terram, unde sumptus erat, coleret. » Quamobrem vero extra paradisum format hominem, eumque deinceps in illum introducit? Ut hinc disceret, de Chrysostomi sententia, quanto ipsum honore Deus dignatus esset, quantæ voluptatis fruitionem concessisset. Nam qui de ordine, locoque infimo ad superiorem principemque transferuntur, norunt necessario qui prius fuerint et quo deinceps pervenerint. Quæ res non exiguam nobis lætitiam parere consuevit.

Fingit ergo Deus hominem propriis manibus, ut
sacræ Litteræ loquuntur : « Sumpto de terra pul-
vere Deus hominem formavit, et in ejus faciem
spiritum vitalem inspiravit, ex quo animans effe-
ctus est [53]. » Ideoque non abs re animalia cuncta
terrestria morti sunt obnoxia. Quippe de terra
orta sunt ipsa cum anima, quemadmodum sacris
in Litteris est dixisse Deum : « Edat terra vitalem
animam. » Solus autem homo factus est immorta-
litatis ex eo particeps, quod animam per afflatum et
inspirationem divinam, non e terra accepit. Nam
in faciem ejus spiritum vitalem inspiravit, nimirum
ipsam animam intelligendi facultate preditam.
Nec enim dici potest hanc de terra exstitisse.
Persuadebit hoc tibi facile Gregorius ille theologus,
qui de hominis formatione sic ad verbum disserit :
« Cum de materie crassa, quæ jam exsistebat, cor-
pus sumpsisset, eique spiritum ex semetipso indi-
disset, cujus appellatione nobis anima intelligentiæ
vi predita et imago Dei venit, hominem in ortum
produxit. » Idcirco velim animadvertas, quod cum
anima intelligentiæ vi ornata per inspirationem
homini a Deo fuerit insita, illa ipsa etiam de causa
immortalis sit. At brutorum anima jussu divino
exorta de humo terrestris est ideoque morti ob-
noxia. Et de his quidem hoc modo dictum esto.

Scire autem debes quid hac in parte Chrysosto-
mus quoque tradat. » Cum bestias, ait, quadrupedes
conderet Deus, una cum ipsis corporibus animas

[53] Gen. II, 7.

etiam proferebat : hominem vero formans, primum corpus ut instrumentum fabricat, deinde illi animam conditam indit. Nec enim creatura perficit animam, ne Dei se adjutricem gloriari possit. » Igitur animum adverte. Inspiravit, inquit, hoc est, corpus illud e pulvere factum hoc amplius asseentum est, ut vim quamdam vitalem haberet, quæ vis huic animali facta est in animam vivam, hoc est efficaciter agentem ac per membrorum motum artem suam demonstrantem. Atque hæc verba proferuntur a Deo nostrum ad captum se demittente, sicut et illa : « Faciamus hominem. » Non enim ulla vel deliberatione vel consideratione Deus indiget : sed hac illorum verborum forma nobis indicare vult immensum honorem, quo dignatur illum quem formabat. Itaque creat hominem, respectu imaginis mortuæ, quemadmodum Chrysostomus loquitur ; corpus enim jacebat quasi mortuum, egens motore. Deinde ait : « Spiritum vitalem in faciem ejus inspiravit. » Hæc a divino viro perquam recte ordineque dicuntur, refutante quosdam qui eum Origenicas opiniones sectari dicerent. Nam verbis indicatis quasi radicitus peculiarem illam animarum exsistentiam evertere videtur, quam delirus Origenes tradebat.

Cæterum in hisce verbis : « Spiritum vitalem in faciem ejus inspiravit, » quidam audita inspirationis voce, nec vocabulorum expensa crassitie, quodque aliis alia Litteræ sacræ significare consueverint, animam esse divinæ participem essentiæ putarunt. Sed plurimum a scopo aberrant. Nam id si largiamur, Deus ignea semetipsum gehenna punire deprehendetur, cum de sententia sacrarum Litterarum animam una cum corpore perpetuis istic suppliciis multandam tradat. Sic enim ait : « Ne formidaveritis eos qui corpus interficiunt, cum animam **69** vestram interficere nequeant : sed cum potius formidate, qui et animam et corpus in gehenna perdere potest [53]. » Itaque spiraculum illud in animam non commutatum creavit animam, sicut et manus litteras scribit, cum nihilominus manus maneat manus, et litteræ sint litteræ.

Ac prudenter hic mihi, quæ dicantur, respice. Positum est enim hoc in loco verbum inspirandi, ut cum Patre ac Filio Spiritus etiam sanctus hominis opifex esse demonstraretur. Sic enim perscriptum est : « Dixit Deus, faciamus hominem ; sumptoque de terra pulvere Deus hominem formavit. » Quis est ille qui dixit ? Pater. Et quis pulverem sumpsit ? Filius. Itaque ne Spiritus sanctus ab hominis creatione removeretur et excluderetur, verbo inspirandi præclare usus est, per illud ipsum, uti diximus, Spiritum sanctum commonstrans atque denotans, quodque gratiæ Spiritus sancti particeps homo tum conderetur, quemadmodum Cyrillus loquitur, tametsi deinceps mandati divini transgres-

[53] Matth. x, 28.

καὶ τὰς ψυχὰς παρήγαγε, τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάττων πρῶτον κατασκευάζει τὸ σῶμα ὡς ὄργανον, καὶ τότε τὴν ψυχὴν δημιουργήσας ἔθηκεν· οὐ γὰρ θέλει τὴν ψυχὴν παρεῖναι τῇ δημιουργίᾳ, ἵνα μὴ καυχήσηται ὡς συνεργὸς τοῦ Θεοῦ. » Πρόσεχε οὖν. Ἐνεφύσησε γάρ φησι· τουτέστι τὸ σῶμα τοῦτο τὸ ἀπὸ τοῦ χοὸς ἠβουλήθη καὶ προσέταξε ζωτικὴν ἔχειν δύναμιν, ἥτις ἐγένετο τὸ ζῶον εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ἤγουν ἐνεργοῦσαν καὶ τὴν αὐτὴν τέχνην δεικνύουσαν διὰ τῆς τῶν μελῶν κινήσεως. Οὐκοῦν, ἀγαπητὲ, συγκαταβάσεως ταῦτα τὰ ῥήματα, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ « ποιήσωμεν ἄνθρωπον. » Μὴ γὰρ βουληθεὶς ὁ Θεὸς δεῖται καὶ σκέψεως, ἀλλὰ τῷ προσχήματι τοῦ ῥήματος ἐνδείξασθαι βούλεται ἡμῖν τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμὴν, ἧς ἀξιοῦται παρ' αὐτοῦ ὁ πλαστουργούμενος. Ποιεῖ τοίνυν τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν νεκρὰν εἰκόνα, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησίν. Ἔκειτο γὰρ τὸ σῶμα τηνικαῦτα νεκρὸν, τοῦ κινοῦντος αὐτὸ δεόμενον. Ἔπειτά φησι, « Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Ἰωάννης ἔλεγε καὶ λίαν εὐμεθόδως, ἐντρέπων τοὺς λέγοντας αὐτὸν ὅτι τὰ Ὠριγένους φρονεῖ. Ἀπὸ γὰρ τῶν διαληφθέντων ῥημάτων ἀνασπᾷν ἔοικε πρόῤῥιζον τὴν προὔπαρξιν τῶν ψυχῶν, ἣν ὁ ματαιόφρων Ὠριγένης ἐδόξαζε.

Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Ἀλλ' ἐνταῦθα τὸ ἐνεφύσησέ τινες ἀκούσαντες, καὶ μὴ λογισάμενοι τὴν τῶν λέξεων παχύτητα καὶ ὅτι δι' ἑτέρων ἕτερα παρίστησιν ἡ Γραφὴ, ἐνόμισαν τὴν ψυχὴν οὐσίας μετέχειν τῆς αὐτῆς τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ σκοποῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο δώσωμεν, εὑρεθείη ἂν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν τῇ γεέννῃ κολάζων τοῦ πυρὸς, εἴ γε κατὰ τὸ ἱερὸν Γράμμα σὺν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἐκεῖσε παραδίδωσιν αἰωνίως κολάζεσθαι· « Μὴ φοβηθῆτε » γὰρ, φησὶν, « ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ὑμῶν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἐν γεέννῃ ἀπολέσαι. » Τὸ μὲν οὖν ἐμφύσημα μὴ μεταβληθὲν εἰς ψυχὴν ἐδημιούργησε ψυχὴν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ χεὶρ γράφει μὲν γράμμα, οὐ μεταβάλλεται δὲ ὅμως εἰς γράμματα, ἀλλ' ἡ μὲν χεὶρ μένει χεὶρ, τὰ δὲ γράμματα γράμματα.

Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς. Τὸ γὰρ ἐνεφύσησεν ἐνταῦθα εἶπεν, ἵνα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ δημιουργὸν ἀποδείξῃ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Φησὶ γὰρ, « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς ποιήσωμεν ἄνθρωπον. » Καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Τίς ὁ εἰπών ; Ὁ Πατήρ. Καὶ τίς ὁ λαβών ; Ὁ Υἱός. Ἵνα γοῦν μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀλλότριον φαίνηται τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας, τὴν ἐνεφύσησε λέξιν καὶ πάνυ θαυμασίως παρεῖληφε, δι' αὐτῆς ὑπεμφαίνων, ὡς εἴρηται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὅτι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, ὡς ὁ θειότατος φησὶ Κύριλλος, μέτοχος ὁ ἄνθρωπος τηνικαῦτα παρήγετο, κἂν ἡ παράβασις ὕστερον τὴν τοιαύτην ἠμαύρωσε δωρεὰν

καὶ συνέχεεν. Ταύτῃ τοι καὶ ἀναστὰς ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἐνεφύσησε τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Οὐδὲ γὰρ ἠνέσχετο καὶ αὖθις ἡμᾶς ἀποδεῖξαι τοῦ παναγίου μετέχοντας Πνεύματος. Ὃ δὴ καὶ τήμερον ἐμφυσᾷ τῷ βαπτιζομένῳ ὁ ἱερεύς, ζωογονῶν ὥσπερ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν νενεκρωμένην ἤδη τῷ τοῦ Ἀδὰμ παραπτώματι.

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου καὶ αὖθις ἐπανιτέον. Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Ἡ μὲν οὖν ἡμετέρα καὶ ἀληθεστέρα δόξα περὶ τῆς εἰς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἑνώσεως ἁπλῆ τίς ἐστι καὶ σαφής. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα ἐκ χοὸς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀμέσως ἐκ Θεοῦ παράγεται. Κἀν τεῦθεν καὶ ἀλλήλων συναπτομένων ζῷον ἓν σύνθετον γίνεται, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἡ ἀμφύπαρκτος τῶν ἑτερουσιῶν κατ' αὐτὸν συνδρομή. Ὃ δὴ καὶ θαυμάζων ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς ἔλεγε, « Πῶς ἐν μήτρᾳ ὁ ἄνθρωπος διαπλάττεται; καὶ πῶς ἀθρόον ἡ θεοείκελος ψυχὴ τῷ σώματι συμπαρυφίσταται; » Οἱ δέ γε σοφίᾳ τῇ ἔξωθεν ἐγκαυχώμενοι, ἐπειδὴ τὸν τοῦ ἀνθρώπου πλάστην ἠγνόησαν, καὶ περὶ τὴν πλάσιν αὐτὴν ἐξ ἀνάγκης ἐσφάλησαν. Ἀπὸ γῆς μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ὁ χοῦς, ἐκ Θεοῦ δὲ ἡ ψυχή. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ φησιν ἡ Γραφή, « Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Πρόσεχε οὖν. Εὔδηλον γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι μία τίς ἐστιν ἡ ψυχὴ δυνάμεις ἔχουσα διαφόρους. Ὅθεν καὶ διὰ παντὸς μὲν ἡ δίκη τοῦ σώματος, ἑκάστου δὲ μορίου καταλλήλως ἐφάπτεται. Αὐτίκα γὰρ τὸ μὲν θυμικὸν αὐτῆς ἐν τῇ καρδίᾳ λέγουσι ποιεῖσθαι τὴν οἴκησιν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὁμοίως ἐν τῷ ἥπατι. Ἡ δὲ λογικὴ αὐτῆς δύναμις αὐτοῦ καθαπτομένη τοῦ ἐγκεφάλου δι' αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἐπιλάμπει καὶ δείκνυται. Καί τινες μὲν, ὧν εἷς ἐστι καὶ Ἀπολλινάριος ὁ τῆς Λαοδικείας ἐπίσκοπος, δύο δοξάζουσιν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ψυχάς. Καθ' ἑαυτὴν γὰρ εἶναι λέγουσι τὴν ἀλογίαν, αὐτὸ δηλαδὴ τὸ ἀλογώτερον μέρος τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὡς ἄλογον ψυχὴν οὖσαν καὶ οὐ μέρος τῆς λογικῆς, πρῶτον μὲν ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις εὑρίσκεται, ἐξ οὗ δῆλον ὅτι τελεία τίς ἐστι καὶ οὐ μέρος ἄλλης, εἶθ' ὅτι τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ τῆς λογικῆς ψυχῆς μέρος εἶναι τὸ ἄλογον. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οὕτω δύο δοξάζουσιν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὰς, ἐλέγχονται δὲ τῇ λεγούσῃ θείᾳ Γραφῇ· « Καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· » οὐδὲ γὰρ εἶπεν εἰς ψυχὰς, ἀλλ' εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ἀλλὰ καὶ Πλωτῖνος ὁ σοφὸς, ᾧ δὴ καὶ Ἀπολλινάριος ὁ Λαοδικεὺς ἠκολούθησεν, ἐκ τριῶν λέγει συνεστηκέναι τὸν ἄνθρωπον, ἔκ τε νοὸς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος. Ἀλλὰ κἀνταῦθα πεπλάνηται· ὁ γὰρ νοῦς, καθά φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ταυτοφυής ἐστι τῇ ψυχῇ, καὶ καθάπερ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ. Τὸ γὰρ καθαριώτερον καὶ κυριώτερον μέρος αὐτῆς νοῦς ἐπονομάζεται· καθὸ δὴ καὶ νοερὰ λέγεται ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, τῇ μεθέξει πάντως αὐτοῦ τοῦ νοός.

A sio donum hoc obscuravit atque confudit. Hanc ob causam Dominus cum ex mortuis resurrexisset, rursum discipulos afflavit, et dixit : « Accipite Spiritum sanctum. » Nec enim ferre poterat ut non de integro sancti Spiritus participes esse declararemur, quem etiam hodie sacerdos ei qui baptizatur afflat, quasi vitæ restituens ejus animam ex Adami transgressione mortuam.

Verum enimvero ad seriem orationis institutam revertamur. Nostra, inquam, eaque verior opinio de corporis cum anima conjunctione simplex est atque perspicua. Corpus enim ex pulvere, anima autem citra medium ullum a Deo producitur. Ideoque dicimus his inter se copulatis, animal unum idemque compositum exstitisse ; quæ quidem est B illa personalis unitio, nimirum exsistens utrinque naturarum diversarum in unum concursus. Quam rem Chrysostomus admirans, « Quonam, inquit, pacto in alvo materna formatur homo, qui subito anima divinam similitudinem referens exsistit una cum corpore ? » Qui extraria semet efferunt sapientia, cum formatorem hominis ignoraverint, etiam necessario in ipsa ejus formatione aberrarunt. Est igitur e terra pulvis, cum anima sit a Deo profecta. Quod quidem indicare verbis his Litteræ sacræ volunt : « Spiritum vitalem in faciem ejus inspiravit, ex quo animans effectus est. » Quibus ex verbis, si animum advertas, perspicue colligitur unam esse animam, diversis facultatibus præditam. Quo fit ut per universum se corpus didat, et ra- C tione modoque consentaneo membris singulis applicetur. Ac pars quidem ejus illa quæ vim irascendi continet, sedem suam in corde fertur obtinere, altera vero qua concupiscimus, in jecinore, 70 tertia, quæ rationis facultas est, in cerebro sita per id omnibus sese declarat. Sunt etiam nonnulli, quorum est in numero Apollinarius antistes Laodiceæ, qui animas in homine duas esse tradunt. Volunt enim peculiariter et seorsum esse partem vitæ nostræ brutam ac rationis expertem, velut animam quamdam minime rationalem, quæque ne pars quidem sit rationalis animæ. Id primum ex eo statuunt, quod hæc peculiariter ac seorsum in brutis etiam reperiatur. De quo consequi volunt D esse ipsam perfectam, non partem alterius. Deinde propterea quod maxime sit absurdum animæ rationalis partem esse id quod rationis expers sit atque brutum. Sic hi duas in homine animas sua quidem opinione constituunt. Verum per Litteras sacras refutantur, quarum hæc verba sunt : « Homo factus est in animam vivam. » Non enim aiunt : In animas, sed, « in animam vivam. » Doctissimus etiam Plotinus ille, quem Laodicensis Apollinarius secutus est, hominem de tribus hisce tradit exsistere, nimirum mente, anima, corpore. Qua ipsa in opinione consimiliter fallitur. Mens enim, ut magnus ille Basilius inquit, ejusdem est cum anima naturæ ; quodque corpori oculus est, hoc mens est animæ.

Nam quæ pars animæ purior est ac principalior, A ea mens appellatur, sicut hominis anima mentis vi pradita dicitur, haud dubie propterea quod mentis sit particeps. Hinc exorsus divinus ille Basilius noster hæc porro de anima commemorat : « Duplicem ego facultatem animæ statuo, cum ipsa sit una et eadem. Harum altera corporis est, nimirum vitalis, altera contemplatrix rerum, quam et intelligentem vocamus. Vitalem, quandiu conjuncta corpori est anima, propter ipsam temperaturam horum naturaliter, non ex electione suppeditat. Contemplatrix facultas in electione consilioque positum motum habet. » Hæc divinus etiam Maximus ille declarans, illam animæ partem, quæ purior est, affectionum expertem ac indivisibilem esse dicit, resque mentis intelligentia tantum comprehensiles modo menti consentaneo percipere, cum altera pars animæ, affectionibus obnoxia et divisibilis, quæ nimirum in sensus dividitur, corpori dolenti condoleat, et eodem voluptatem capiente voluptatis ejusdem particeps fiat. Etenim anima, sicut et Nysse- nus antistes scripsit, per sensus corporeos cum iis quæ in hominum vita jucunda sunt quasi coalescit et conjungitur. Rerum exterarum et crassarum elegantia per oculos oblectatur, per aures in auditu jucunda propendet, itidemque in reliquis sensu quilibet afficitur. **71** Hac de causa Joannes etiam Damascenus partem animæ rationis expertem maximeque brutam affectionibus esse tradit obnoxiam et concupiscendi vim habere. Sunt ejusdem hæc quoque verba : « Cum afficitur anima in sectione corporis, ipsa quidem non secatur uti corpus, sed nihilominus ei condolet ac cum patiente patitur. » Inde fit ut communes sint animæ corporique voluptates, quæ de complexibus et ciborum fruitione percipiuntur, sicut idem inquit : at quæ de disciplinis liberalibus oblectationes proveniunt, animæ soli peculiares sunt, cum voluptates corpori soli peculiares nullæ reperiantur. Esse autem in anima partem quamdam, quæ affici patique possit, et per quam corpori patienti sic compatiatur, ut et angatur et mœreat et reliquas affictiones experiatur, quibus obnoxia post lapsum esse cœpit, de ipsius Domini verbis intelligi potest : « Anima mea modo perturbata est [44]. » Nam sanctæ ipsius ani- D mæ, sicut et corpori, concessum hoc erat, ut nonnunquam ea perpeteretur, quæ utrique propria sunt. Adeoque modum inanitionis ubique servavit, quemadmodum vir divinissimus Cyrillus loquitur. Nec tamen affectiones istæ ab initio cum hominum natura conditæ sunt, sed posterius, ut Maximus loquitur, irrepserunt, ac propter amissionem perfectionis illi naturæ parti adhæserunt quæ bruta est ac rationis expers. Tradit his consentanea Basilius quoque, cum ait : « Considera mihi quæ mutua sit affectio de carne ad animam penetrans, qui corpus ab anima vitam accipiat, et vicissim anima

Καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ἐντεῦθεν οὖν ὁρμώμενος ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνὴρ περὶ ψυχῆς καὶ τάδε διέξεισι· « Διττὴν ἔγωγε οἶμαι τὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς εἶναι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑπαρχούσης, τὴν μὲν τοῦ σώματος ζωτικὴν, τὴν δὲ ἑτέραν τῶν ὄντων θεωρητικὴν, ἣν δὴ καὶ νοερὰν ὀνομάζομεν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ζωτικὴν δύναμιν, ἐπεὶ συγκέκραται τῷ σώματι, ἡ ψυχὴ φυσικῶς διὰ τὴν σύγκρασιν οὐκ ἐκ προαιρέσεως χορηγεῖ· ἡ δὲ θεωρητικὴ δύναμις ἐν προαιρέσει τὴν κίνησιν ἔχει. » Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ θειότατος ἐπεξηγούμενος Μάξιμος τὸ μὲν τῆς ψυχῆς, ὃ δὴ καὶ καθαρώτερον, ἀπαθές φησι καὶ ἀμέριστον, νοητῶς τὰ νοητὰ διανοούμενον, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς παθητὸν καὶ μεριστόν· ὃ δὴ καὶ ταῖς αἰσθήσεσι μεριζόμενον συναλγεῖ μὲν ἀλγυνομένῳ τῷ σώματι, ἡδυνομένῳ δ' αὖ συνηδύνεται· συμφύεται γάρ, ὡς εἴρηται, ἡ ψυχὴ, καθὰ δὴ καὶ ὁ Νύσσης φησὶ, διὰ τῶν σωματικῶν αἰσθήσεων πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ βίου. Τῇ γὰρ εὐχροίᾳ τῆς ὕλης διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιτέρπεται, καὶ τῇ ἀκοῇ πρὸς τὰ ἡδέα τῶν ἀκουσμάτων τὴν ῥοπὴν ἔχει, κἀν τοῖς λοιποῖς ὁμοίως ἑκάστῃ τῶν αἰσθήσεων συνδιατίθεται. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἔλεγε τὸ ἀλογώτερον μέρος τῆς ψυχῆς παθητὸν εἶναι καὶ ὀρεκτικόν. Καὶ αὖθις ἡ ψυχὴ παθητὴ οὖσα τοῦ σώματος τεμνομένου αὐτὴ μὲν οὐ τέμνεται, καθὰ δὴ καὶ τὸ σῶμα, συναλγεῖ δὲ ὅμως καὶ συμπάσχει τῷ πάσχοντι. Ἔνθεν τοι καὶ κοιναὶ μὲν ἡδοναὶ ψυχῆς καὶ σώματος αἱ ἀπὸ τῶν συναφειῶν καὶ τῶν ἐδωδίμων γινόμεναι, ὡς ὁ διαληφθεὶς ἔφη θεῖος ἀνήρ· αἱ δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἰδίᾳ μόνης εἰσὶ τῆς ψυχῆς, μόνου δὲ σώματος ἡδονὰς οὐκ ἄν τις εὕρῃ ποτέ. Ὅτι δὲ καὶ παθητὸν μέρος κέκτηται ἡ ψυχὴ, δι' οὗ συμπάσχει τῷ σώματι πάσχοντι, κἀντεῦθεν ἀδημονεῖται καὶ λυπεῖται καὶ τὰ λοιπὰ πάθη δέχεται οἷς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περιέπεσε, δῆλον ἐξ ὧν ὁ Κύριος ἔλεγε· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται. » Συγκεχώρηται γὰρ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ψυχῇ, καθὰ δὴ καὶ τῷ σώματι, πάσχειν ἔστιν ὅτε τὰ ἴδια, καὶ τῆς κενώσεως μέτρον τετήρηκεν ἁπανταχοῦ, ὡς ὁ θειότατος ἔφησε Κύριλλος. Τὰ πάθη καὶ γὰρ ταῦτα, ἤγουν ἡδονὴ καὶ λύπη καὶ ἀθυμία προηγουμένως, οὐμενοῦν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει κατ' ἀρχὰς συνεκτίσθησαν, ἀλλ' ὡς ὁ θειότατός φησι Μάξιμος, ὕστερον ἐπεισήχθη ταῦτα διὰ τὴν τελειότητος ἔκπτωσιν, τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Τούτοις μὲν οὖν ἀκολούθως καὶ ὁ μέγας διέξεισι Βασίλειος, λέγων· « Σκόπει τίς ἡ ἀπὸ σαρκὸς πρὸς ψυχὴν ἐπανιοῦσα συμπάθεια, πῶς δέχεται μὲν τὴν ζωὴν ἐκ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα, δέχεται δὲ ἀλγηδόνας ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ψυχή. » Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἐρειδόμενος ἐν αὐτῇ διισχυρίζεται τῇ καρδίᾳ τὸν ἡγεμόνα νοῦν ποιεῖσθαι τὴν οἴκησιν, ὡς ἐντεῦθεν τὴν προαιρετικὴν αὐτοῦ δύναμιν εὐπετῶς ἐφ' ἅπαν τὸ σῶμα διαμερίζεσθαι. Ἕτεροι δ' αὖ ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τὴν κεφαλὴν δεδωκῆσθαι

[44] Joan. XII, 17.

περὶ τῆς φύσεως λέγουσιν, ὡς ἐν αὐτῇ τὸν ἡγεμόνα νοῦν ἐνδιαιτᾶσθαι, καθάπερ τινὰ βασιλέα τοῦ παντὸς ὑπερκαθήμενον σώματος. Οἱ δέ γε τὸ τῆς Ἐκκλησίας πρεσβεύοντες ὀρθόδοξον φρόνημα τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθεῖσαν νοερὰν ἡμῶν ψυχὴν ἔν τινι τόπῳ τοῦ σώματος, ἀσώματον οὖσαν, τοπικῶς περιορίζειν οὐκ ἴσασιν· ὅλη καὶ γὰρ δι' ὅλου διήκει τοῦ σώματος, ὅλον αὐτὸ ψυχοῦσα καὶ ὅλον ὅλη καταφωτίζουσα. Καὶ καθάπερ ὁ Θεὸς οὗ καὶ κατ' εἰκόνα δεδημιούργηται αὕτη, οὐ μέρος ἐν μέρει, ἀλλ' ὅλος ὅλῳ τῷ κόσμῳ κατ' οὐσίαν περίεστιν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ πρωτοτύπου εἰκὼν ἀμερὴς οὖσα καὶ ἀδιάστατος ἀμερῶς καὶ ἀδιαστάτως ὅλη ὅλῳ τῷ σώματι πρόσεστι. Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε· ἵστασαι μὲν γὰρ αὕτη ἐφ' ἑαυτῆς καθάπερ ἡλιακή τις σφαῖρα οὐκ ἔξω τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑπερφυῶς ἐν αὐτῷ, συμπλέκεται δὲ τούτῳ ταῖς ἀφ' ἑαυτῆς προϊούσαις αὐγαῖς, αἵτινες καὶ τεμνομένου τοῦ σώματος ἀπάθεῖς καὶ ἀδιάτμητοι μένουσιν, ὥσπερ δὴ καὶ τοῦ ἀέρος ταῖς τῶν ἀνέμων πνοαῖς κινουμένου καὶ μεταπίπτοντος τὸ ἡλιακὸν φῶς ὅπαξ αὐτῷ συμπλακὲν οὔτε τομὴν οὔτε ῥεῦσιν οὔτε μετάστασιν ὑφίσταται.

A dolorum corporis particeps fiat. » Et hæc quidem ab his tradita sunt. Aristoteles autem rationibus humanis innixus mentem, quæ in homine principatum obtinet, sedem in corde suam habere confirmat, unde vis ejus ab electione consilioque pendens universum in corpus facile distribuatur. Alii caput instar cujusdam arcis a natura dicunt exstructum, ut princeps in homine mens degat in eo quasique rex sedem supra corpus universum postam habeat. Verum qui Ecclesiæ sententiam sequuntur, animam nostram intelligentiæ vi præditam, quæ ad imaginem Dei condita est et corporis est expers, in certo quodam corporis loco circumscribere localiter nolunt. Nam tota per totum corpus sese didit, et ipsum animat, totumque tota collustrat. Et quemadmodum Deus, cujus ad imaginem condita est non pars in parte, sed totus totum mundum complectitur essentia sua, sic etiam principis illius exemplaris simulacrum, cum partium sit expers et dimensione careat, citra divisionem ac dimensionem **72** ullam totum toti corpori adest. Quam quidem rem admirari desine. Consistit enim peculiariter anima quasi globus quidam solaris non extra corpus, sed in ipso, idque modo quodam ultra naturali. Simul corpori connexa est per derivatos ex ipsa radios, qui si corpus sectione lædatur, tamen haud afficiuntur et sectionem nullam experiuntur. Prorsus ut aere per flatus ventorum moto et agitato lux solaris ei semel connexa neque sectionem neque fluxum neque mutationem patitur.

Καὶ ὁ μὲν νοῦς ἀσώματός ἐστιν ἀληθῶς καὶ ἀόρατος, ἀλλ' ὅμως ὡς ἐν ὀργάνῳ τῷ σώματι τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν δείκνυσι. Καὶ εἴωθε μὲν ὁ νοῦς ἐνεργεῖν ἐν οἷς ὑγιῶς τὸ σῶμα διάκειται, ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενῶς ἐχόντων τὴν τεχνικὴν αὐτοῦ δύναμιν δέξασθαι ἄπρακτος πάντη καὶ ἀνενέργητος φαίνεται. Πλὴν οὐ καθ' ἑαυτὸν αὐτὸς παραβλάπτεται, καθάπερ τισὶ τῶν ἔξωθεν ἔδοξεν· οὐδὲ γὰρ ἁρμονίας ὀργάνου τινὸς ὁπωσδήποτε διεφθορυίας ἀνάγκη πᾶσαν καὶ αὐτὴν τοῦ τεχνίτου τὴν τέχνην συνδιαφθείρεσθαι. Καὶ ὅτι μὲν τῷ σώματι σύνεστιν ἡ ψυχή, οἶδα, τὸ δὲ πῶς ἐν σώματι τὸ ἀσώματον οὐκ οἶδα· οὐδὲ γὰρ αἰδεσθήσομαι τὴν ἄγνοιαν ἐπὶ τούτοις ὁμολογῶν. Εἰ γὰρ ἐξηπλῶσθαι ταύτην εἴπῃ τις ὅλῳ τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος, καθάπερ δὴ καὶ ὁ χρυσορρήμων φησί, καὶ οὐκ ἔχει λόγον τὸ λεγόμενον· τοῦτο καὶ γὰρ ἴδιον τῶν σωμάτων ἐστίν. Ἄλλως τε εἰ ἐξηπλοῦτο τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ, καὶ συνετέμνετο ἂν, τῶν χειρῶν πολλάκις καὶ τῶν ποδῶν ἐκκοπέντων. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, ἔν τινι δὲ μέρει αὐτοῦ συνείληπται. Οὐκοῦν ἀνάγκη νεκρὰ τὰ λοιπὰ γίνεσθαι μέρη· τὸ γὰρ ἄψυχον πάντως νεκρόν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν. Ὅτι μὲν γὰρ ἐν τῷ σώματί ἐστιν ἡμῶν, οἴδαμεν, τὸ δὲ πῶς οὐκ οἴδαμεν. Καὶ ὅτι μὲν ἄϋλός ἐστι καὶ ἀσώματος ἡ ψυχή, οἶδα (ἤκουσα γάρ), τί δὲ τὸ εἶδος αὐτῆς καὶ ποταπὴ τὴν οὐσίαν, οὐκ οἶδα, ὅτι καὶ ἀνερμήνευτον τοῦτο μεμένηκε. Πῶς γὰρ ἂν καὶ εἰδείη τις τὴν κατ' εἰκόνα κτισθεῖσαν τοῦ ἀπερινοήτου καὶ ἀκαταλήπτου Θεοῦ; Ἐὰν ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία κατελαμβάνετο, κατελαμβάνετο ἂν καὶ αὐτὸ τὸ τῆς εἰκόνος πρωτότυπον· εἰ δὲ τὸ πρωτότυπον ἀκατάληπτον,

B

C

D

Estque mens reapse quidem expers corporis et inaspectabilis, verum nihilominus in corpore tanquam instrumento suam efficacitatem declarat. Eadem in iis quorum sana rectaque affecta sunt corpora efficaciter agit, cum in aliis, qui facultatis ejus artificiosæ non sunt capaces, otiosa sit ac nihil omnino perficiat. Non tamen ipsa respectu sui lædituf, quemadmodum extrariis quibusdam philosophis visum fuit. Nam si maxime cujusdam instrumenti harmonia quoquo modo corrumpatur, non tamen omnino sequi necesse est ut ars ipsius etiam artificis propterea periisse statuatur. Adesse quidem in corpore animam novi : at qui res corporis expers in corpore sit, ignoro. Non enim imperitiam hac in parte meam fateri me pudet. Quippe si quis eam dicat expansam esse per totam corporis molem, sicut Chrysostomus ait, id ipsum ratione caret. Nam tale quiddam corporibus est proprium; ac præsertim si extendi cum mole corporis dicatur, etiam sequeretur eam una resecari, quoties manus atque pedes amputantur. At enim statuamus eam per corpus universum non esse sparsam, sed una quadam ipsius in parte collectam. Ita vero sequi necesse est ut membra reliqua sint mortua. Nam quod expers est animæ, prorsus mortuum est; id quod hic dici nequit. Quamobrem esse quidem illam in corpore nostro scimus, at quo pacto sit ignoramus. Itidem animam expertem esse materiei crassæ ac incorpoream scio, quando ita se rem habere accepi : verum quæ sit ejus species sive forma vel qualis essentia, scire nequeo. Quippe non potest hoc oratione cuiusquam explicari. Nam qui

cernere quis eam possit, quæ condita est ad imaginem Dei, quem nec intelligentiæ vi nec ulla perceptione comprehendere possumus? Quippe si animæ comprehendi posset essentia, posset itidem imaginis quoque princeps exemplar comprehendi. At si nequit exemplar illud princeps comprehendi, etiam necessario sequetur imaginem ejus consimiliter comprehendi non posse. Qua de causa fit ut tametsi multa multi de ea commentati sint, nemo tamen essentiam ipsius unquam **73** percipere potuerit, conditam, ut dictum est, ad imaginem Dei nemĭnis cogitatione ac intelligentia comprehensibilis. Deus quidem certe nos castigans et erudiens, ut animo demisso simus nec imaginationibus nostris omnia quæ in nobis sunt complecti velimus, hujusmodi quamdam obscuritatem perceptionis animæ indidit.

A ἀκατάληπτος ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ τοῦ πρωτοτύπου εἰκών. Ἔνθεν τοι καὶ πολλὰ μὲν ἐφιλοσοφήθη περὶ αὐτῆς, οὐδεὶς δὲ τὴν ταύτης οὐσίαν ἠδυνήθη καταλαβέσθαι ποτὲ, κατ' εἰκόνα, ὡς εἴρηται, κτισθεῖσαν τοῦ ἀκαταλήπτου καὶ ἀπερινοήτου Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ παιδεύων ἡμᾶς ὁ Θεὸς ὥστε ταπεινὸν ἔχειν φρόνημα καὶ μὴ τὰ περὶ ἡμᾶς ὅλως φαντάζεσθαι, τοιαύτην ἀκαταληψίαν ἐνέθηκε τῇ ψυχῇ.

Hic autem animum mihi, dilecte fili, advertito. Dictum est supra in alvo materna subito animam, quæ Dei refert imaginem, una cum corpore exsistere, atque hoc pacto animal unum idque compositum absolvi, quem hominem dicimus. Esse item hanc unitionem personalem, nimirum exsistentem utrinque naturarum diversarum in unum concursionem. Igitur quo pacto corpus et anima subito in alvo materna concurrunt, eodem quoque rursus a se invicem subito mortis tempore dirimuntur. Quare si quis existimat animam e corpore paulatim tempore mortis excedere propterea, quod membrorum extremæ partes in iis qui subito non emoriuntur plane frigeant ac sensum amittant, tanquam si a corporis extremitatibus inciperet sese contrahere paulatimque veluti convolvere, ut posteaquam ad cor tota collecta fuerit, subito inde effletur, omnino is opinione sua fallitur. Quippe res eo sc pacto non habet, sed quemadmodum citra temporis intervallum elucet anima in corpore, solis instar aera subito collustrantis, eodem modo etiam inde avolat. Quamobrem nec extenditur, ut superius indicabamus, nec dimensionem admittit: sed tota totum corpus animans nihilominus peculiariter ex se consistit. Quid est autem quod extenditur simul cum corpore et ipsum animat? Natura et vita rationis expers. Neque decebat in crasso versari corpore animam, absque medio quodam extremis cognato. Ipsa quidem ante exspirationem postremam una cum extremitatibus exstinguitur, non inde migrat: foret enim immortalis, si ad se ipsam colligeretur. At hoc intermedio vinculo dissoluto, tanquam in spatio temporis impartibili vel oculi momento, sicut Apostolus loquitur, anima e corpore discedit. Et hactenus quidem de anima dictum esto.

B Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητέ. Φθάσας μὲν γὰρ ὁ λόγος ἔδειξεν ὅτι ἅθρόον ἐν τῇ μήτρᾳ ἡ θεοείκελος τῷ σώματι συμπαρυφίστατο ψυχὴ, κἀντεῦθεν ἓν ζῶον σύνθετον ἀποτελεῖται ὁ ἄνθρωπος. Καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀμφύπαρκτος τῶν ἑτεροουσίων κατ' αὐτὸν συνδρομή. Καθ' ὃν τοίνυν τρόπον ἅθρόον ἀλλήλοις ἐν τῇ μήτρᾳ συντρέχουσι τό τε σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, κατὰ τὸν αὐτὸν αὖθις ἅθρόον ἀλλήλων διίστανται κατά γε τὸν τοῦ θανάτου καιρόν. Ὁ τοίνυν οἰόμενος τὴν ψυχὴν κατὰ βραχὺ τοῦ σώματος ὑπαναχωρεῖν ἐν τῷ τοῦ θανάτου καιρῷ διὰ τὸ κατεψῦχθαί τε καὶ παντάπασιν ἀναισθητεῖν τὰ ἄκρα τῶν μὴ ἐξάπινα τελευτώντων, ὥσπερ ἀπὸ τῶν περάτων τοῦ σώματος ἀρχομένης αὐτῆς συστέλλεσθαι καὶ κατὰ μέρος ἐλίττεσθαι, ἵνα ἐπειδὰν ὅλη πρὸς τὴν καρδίαν συσπειραθῇ, ὁ τοιοῦτος ἠπάτηται· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ ἀχρόνως ἐπιλάμπει τῷ σώματι δίκην ἡλίου ἐξάπινα τὸν ἀέρα καταφωτίζοντος, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ἐκεῖθεν ἀφίπταται. Οὔκουν ἐκτείνεται τοῦτο, καθὰ ἄνωθεν εἴπομεν, οὐδὲ διίσταται, ἀλλὰ καὶ ὅλον δι' ὅλου ψυχοῦσα οὐδὲν ἧττον ἐφ' ἑαυτῆς ἕστηκε. Τί δέ ἐστι τὸ συνεκτεταμένον τῷ σώματι καὶ ζωοῦν αὐτό; Ἡ φύσις καὶ ἡ ἄλογος ζωή. Οὐδὲ γὰρ ἦν εὐπρεπὲς τῷ παχεῖ προσομιλῆσαι σώματι τὴν ψυχὴν ἄνευ τινὸς προσφυοῦς τοῖς ἄκροις μεσότητος. Καὶ αὕτη μὲν πρὸ τῆς παντελοῦς ἀποπνεύσεως τοῖς ἀκρωτηρίοις συναποσβέννυται, οὐ μὴν ἐκεῖθεν ὑποχωρεῖ. Ἦν γὰρ ἂν ἀθάνατος ἐπανερχομένη πρὸς ἑαυτήν. Ἡ δέ γε ψυχὴ τοῦ μέσου τούτου δεσμοῦ διαλυθέντος, ὥσπερ ἐν ἀτόμῳ τῇ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ὃ φησιν Ἀπόστολος, τοῦ σώματος ἔξεισι. Καὶ τοσαῦτα μὲν ὁ λόγος ἤδη διεξῆλθε περὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς.

Fuerit autem pretium operæ nonnihil nos iis etiam immorari quæ de corpore quidam olim disseruerunt; idque de causa potissimum ea, quod pro dispositione corporis et affectione anima quoque consueverit agere. Nam quemadmodum sol pro aeris sive crassitie sive subtilitate radios etiam ad nos diversos emittit, sic et anima vi prædita intelligentiæ pro instrumenti affectione suam efficacitatem declarat. Hinc quosdam esse latos videmus, quosdam non item; hinc alios somnolen-

C Ἀναγκαῖον δὲ προσδιατρῖψαι μικρὸν καὶ τοῖς ἔκπαλαι περὶ αὐτοῦ φυσιολογηθεῖσι τοῦ σώματος. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι κατὰ τὴν αὐτοῦ διάθεσιν εἰωθεν ἡ ψυχὴ ἐνεργεῖν. Καθάπερ γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος ἥλιος κατὰ τὴν τοῦ ἀέρος εἴτε παχύτητα εἴτε λεπτότητα πρὸς ἡμᾶς τὰς ἀκτῖνας ἀφίησιν, οὕτω καὶ νοερὰ ψυχὴ κατὰ τὴν ὀργάνου διάθεσιν τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν δείκνυσιν. Ἐντεῦθεν καὶ μωρὸν ἔστιν ἰδεῖν καὶ μὴ τοιοῦτον, ὑπνηλὸν καὶ γρηγορόν, θυμώδη καὶ πρᾷον, ἀνδρεῖον καὶ δειλόν, καὶ ὅσα

τοιαῦτα. Καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα· ἔχεις γὰρ τὸν Σιναΐτην θεῖον Ἀναστάτιον λέγοντα μὴ τὸν Θεὸν εἶναι τῶν τοιούτων αἴτιον, αὐτὴν δὲ μᾶλλον τὴν φύσιν καὶ τὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων συνδρομὴν καὶ συνέλευσιν. Ἂν γὰρ εὑρεθῇ πλημμύρα τοῦ θερμοῦ στοιχείου ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τοῦ βρέφους συλλήψεως, θερμῆς κράσεως τὸ τικτόμενον γίνεται· ἐὰν δὲ τὸ ψυχρὸν καθυπερτερήσῃ στοιχεῖον, ψυχροτέρας ἕξεως εὑρίσκεται τὸ τικτόμενον. Ἐντεῦθεν λοιπὸν ὅ τε θυμώδης καὶ ὁ πρᾶος, ὁ ἀνδρεῖος καὶ δειλός. Καὶ ὅρα τὸν σῦν καὶ τὸν ἔλαφον, τὸν μὲν πρὸς πόλεμον ἕτοιμον διὰ θερμότητα, τὸν δὲ τὴν μάχην φεύγοντα διὰ τὴν ἐκ ψυχρότητος αὐτῷ προσοῦσαν δειλίαν. Ἐὰν δὲ τὸ ξηρὸν ὑπερτερήσῃ στοιχείων, νηφάλιόν τινα καὶ γρήγορον ἀποτίκτει ἄνθρωπον. Ἐφ' ᾧ καί τις σοφὸς, ᾧ ὄνομα Ἡράκλειτος, ἔλεγε, « ψυχὴ ξηροτέρη σοφωτέρη, » ψυχὴν ἐνταῦθα τὴν τοῦ ἐγκεφάλου καλέσας οὐσίαν. Ἐὰν δὲ τὸ ὑγρὸν πλεονάσῃ στοιχεῖον, νωθρόν τινα ποιεῖ καὶ δυσκίνητον. Κατὰ ταῦτα λοιπὸν ἡ ἐκ φύσεως πραότης φρόνησίς τε καὶ σωφροσύνη οὐκ ἀρεταὶ τοῖς θείοις Πατράσι κρίνονται, φυσικὰ δὲ πλεονεκτήματα. Καὶ πρόσσχες αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· « Πολλοὺς ἔγνων φύσει μισοῦντας τὸ μίγνυσθαι γυναικί. Ἆρ' οὖν σώφρονας αὐτοὺς ὀνομάσομεν; Οὐδαμῶς· σωφροσύνη γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ἐγκράτεια καὶ τὸ μαχόμενον περιγενέσθαι τῶν ἡδονῶν. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Περὶ τοῦ· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. »

Διὰ τί δὲ πλάττων ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἔλαβε βῶλον, ἀλλὰ χοῦν τὸ λεπτότατον; ὁμοῦ μὲν ἐκ τούτου καὶ τὸ φύσημα καταστέλλων ἡμῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ διδοὺς ἐντεῦθεν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ προῄδει ὅτι μέλλει τελευτᾶν τὸ ζῷον καὶ εἰς χοῦν καταντᾶν, προλαβὼν ἐν τῇ δημιουργίᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως δίδωσι. Λαμβάνει χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἵν' ὅταν ἴδῃς ἐν τάφῳ χοῦν, γνῷς ὅτι ὁ ἐκεῖνον πλάσας καὶ τοῦτον ἀνίστησιν. Ἀλλὰ καὶ τίνος ἕνεκεν, ἐπιζητεῖς, διπλοῦν πλάττει τὸν ἄνθρωπον ἔκ τε ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος; Ὥστε σύνδεσμον εἶναι τοῦ τε νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ δύο κόσμοι οὗτοι τῇ οὐσίᾳ διεστήκασιν, ἵνα μὴ διάφορους εἰσαγάγῃ δημιουργοὺς, διπλοῦν ζῷον ἐν τῷ κόσμῳ τὸν ἄνθρωπον τέθεικεν, ὡς ἐντεῦθεν ἕνα δημιουργὸν τῶν ἄνω τε καὶ τῶν κάτω κηρύττεσθαι.

« Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. » Διὰ τί τὸ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συντελὲν ζῷον ἄνθρωπον ὠνόμασεν ἡ Γραφή; Ὁ ἄνθρωπος τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ πῦρ λέγεται. Καὶ ἐπειδὴ προῄδει ὁ Θεὸς ὅτι ἀπὸ ἑνὸς ἀνθρώπου ἀνθρωπίνων σωμάτων πληροῦται τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, εἷς λύχνος ἐξάπτει τοσαύτας λαμπάδας, διὰ τοῦτο τὸ τοιοῦτον ζῷον ἐκάλεσεν ἄνθρωπον, τουτέστι πῦρ. Τῶν γὰρ ἄλλων

tos, alios vigilantes; alios iracundos, alios mites; alios fortes, alios timidos: quibus **74** adde quæ sunt ejus generis alia. Nec pro fabulis hæc tibi ducenda sunt. Quippe vir eximius, Anastasius Sinaites, ait Deum non esse talium auctorem, sed ipsam potius naturam et elementorum quatuor concursum. Nam si elementi calidi abundantia tempore conceptionis inveniatur, temperamentum quoque calidum consequitur id quod tum gignitur. Sin elementi frigidi vis major fuerit, fetus etiam frigidus procreatur. Eadem de causa vel iracundi vel mites, vel fortes vel formidolosi homines gignuntur. Aprum hic mihi cum cervo intuere, quorum ille paratus est ad pugnam ob calorem, hic pugnam reformidat et fugit ob eam quam habet ex frigore timiditatem. Quodsi abundaverit sicci vis elementi, homo sobrius atque vigil procreatur. De quo priscus quidam philosophus Heraclitus dixit, animam, quo sicciór sit, eo sapientiorem; quibus in verbis animam vocat essentiam cerebri. Si denique copia frigidi elementi superaverit, gignitur ignavus quidam homo, quique difficulter ad agendum impellitur. Quo fit ut naturalem mansuetudinem, prudentiam, temperantiam non virtutum loco divini Patres habeant, sed esse naturalia quædam beneficia, quibus excellant alios alii, statuant. Basilius quid dicat, advertito: «Multos novi qui a natura complexus venereos odere. Num eos temperantes vocabimus? Nequaquam; nam temperantia est continentia quædam, qua voluptates nobiscum pugnantes vincimus.» Ac de his quidem hoc modo dictum esto.

In illud, «Faciamus hominem [75].»

Cur autem Deus hominem creans non glebam, sed pulverem, qui est admodum tenue quiddam, sumpsit? Nimirum hoc modo voluit simul tum inflationem nostram comprimere, tum resurrectionis spem facere. Nam quia norat animal hoc emoriturum et in pulverem reversurum, ipsa in creatione velut antevertens spem nobis de resurrectione facere voluit. Itaque pulverem de terra sumit, ut cum pulverem in sepulcro conspicis, scias eum qui hominem formarit ipsum etiam recuscitaturum. Fortassis etiam quæres quamobrem crearit hominem duplicem, anima nimirum intelligentiæ mentisque participe præditum et corpore. Nimirum quo nexus quidam foret intellectilis ac sensilis mundi. Nam cum hi duo mundi essentia sua separati sint, ne diversi etiam opifices existimarentur, hominem animal duplex in mundo constituit, ut hinc unus esse tam superarum ac cœlestium quam inferarum rerum creator intelligeretur.

«Faciamus, inquit Deus, hominem ad imaginem nostram.» Cur ex anima corporeque **75** compositum animal Litteræ sacræ hominem appellant? Vocabulum quod hominem significat, ignem in Hebræa lingua denotat. Et quando norat jam ante Deus unum hominem corporibus humanis omnes orbis fines repleturum unamque lucernam tot lampadas accensuram, ideirco animal hoc appellavit

[75] Gen. I, 26.

luminem, id est ignem. Nam elementa cætera sic manent ut exsistunt. Si aquam mensura quadam capias, manet eadem aqua nec incrementum sumit. Si utrem aere compleas, non potes ex eo utrem alium replere. Verum ignis ita non manet ut exsistit, sed quo materiei plus acquisiverit, eo fit major. Itidem si una lucerna multas alias accenderis, idcirco ipsa non exhaurietur. Quapropter recte homini nomen hoc inditum est, sicut eadem ex causa eumdem Adamum Deus appellavit. Nam quia terræ quatuor climata completurus erat, non abs re nomen hoc consecutus est. Ejus mihi quæso litteras considera, quæ quatuor illa climata denotant. A significat anatolen, hoc est ortum; D dysin, hoc est occidentem; A rursus arctum, hoc est ursam ac septentrionem; M denique meridiem. Cæterum sacris in Litteris hæc verba sequuntur: «Consevit Deus paradisum in Edem versus orientem [56].» Cur non versus aliud clima paradisum consevit potius quam ad orientem? Unde initium cursus luminarium, ibi et domicilium esse hominum voluit. Ac præterea quod futurum erat significans, versus orientem in paradiso collocat hominem; ut ostenderet itidem atque luminaria exoriuntur et versus occidentem cursu delata occidunt, sic hominem quoque de vita perventurum ad mortem ac luminarium more occasurum aliumque rursus ortum habiturum, videlicet mortuorum resurrectionem. Adamus ad occasum cursu delatus est, et in sepulcrum præcipitatus occidit. Venit Christus, et eum qui occiderat rursus exoriri fecit. Idcirco de ipso vates inquit: « En homo, cui nomen ortus [57]. »

Hoc quoque sciendum est tibi, fluvium qui de paradiso promanat, quatuor in principia, id est fontes, dividi, de quibus flumina quatuor oriuntur. Quodsi quatuor hi amnes de uno fonte principium habent, cur non et aquæ ipsorum una est? cur non una qualitas? Nimirum terræ locorumque qualitatis, per quæ fluunt, participes reddunturi; quo fit ut tam gustu quam qualitate sint diversi. Aquam ipsam mihi intuere. Habet hæc naturam eamdem et eamdem qualitatem. Verum si absinthium in eam conjicias, alia qualitas in ea efficitur, item alia, si anethum, alia si rutam. Cæterum hos amnes Deus labi per **76** subterraneos quosdam meatus certo consilio voluit, et aliis e principiis rursum oriri atque conspici, ne qui ripas horum sequentes paradisum occupare conentur.

Inter alia vero, dilecte fili, te hoc quoque scio quæsiturum, quamobrem de cœlo, terra, reliquis omnibus ordine disserens Moses, nusquam angelorum creationis mentionem fecisse videatur. Hic animadvertas eos, quibus hæc præscribebat Moses, parum confirmatos fuisse. Absque quo fuisset, non tot prodigiis conspectis imaginem vituli Deum nuncupassent. Jam qui tanta facilitate jumentorum

στοιχείων ἕκαστον ὡς ἔστι μένει. Οἷον ἐὰν λάβῃς βῶλον τῆς γῆς, ὡς ἔστι μένει. Ὕδωρ ἐὰν λάβῃς μέτρῳ τινί, τὸ αὐτὸ μένει ὕδωρ καὶ προσθήκην οὐ λαμβάνει. Ἀέρος ἐὰν πληρώσῃς ἀσκόν, ἄλλον ἀσκὸν ἐξ ἐκείνου πληρῶσαι οὐ δύναται. Τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἔστιν, οὐ μένει, ἀλλ' ὅσην ἐὰν λάβῃς ὕλην, πλεονάζει τὸ πῦρ. Καὶ λύχνους δὲ πολλοὺς ἐὰν ἐξ ἑνὸς λύχνου ἅψῃς, οὐ καινοτομήσεις αὐτόν. Προσφόρως οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν ἄνθρωπον. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ τῷ τοῦ Ἀδὰμ ὀνόματι προσηγόρευσεν αὐτόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν τὰ τέσσαρα κλίματα ἐξ αὐτοῦ πληροῦσθαι, τὸ τοιοῦτον αὐτῷ προσεπιτίθησιν ὄνομα. Καὶ ὅρα τὰ τοῦ τοιούτου ὀνόματος γράμματα. Τὰ τέσσαρα γὰρ ὑπεμφαίνουσι κλίματα· Ἄλφα ἀνατολή, δέλτα δύσις, Ἄλφα Ἄρκτος, μῦ μεσημβρία. Καλῶς οὖν τὸ τοιοῦτον ζῶον καὶ Ἀδὰμ καὶ ἄνθρωπον προσηγόρευσεν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ὡς προείρηται, τὰ τέσσαρα πεπλήρωται κλίματα. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· « Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. » Διὰ τί δὲ μὴ εἰς ἄλλο κλίμα τὸν παράδεισον ἐφύτευσεν, ἀλλὰ κατ' ἀνατολάς; Ὅθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ δρόμου τῶν φωστήρων, ἐκεῖθεν καὶ ἡ διαγωγὴ τῶν ἀνθρώπων. Προμηνύει ὁ Θεὸς τὸ μέλλον. Κατὰ ἀνατολὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τίθησι τὸν ἄνθρωπον, ἵνα δείξῃ ὅτι ὥσπερ οὗτοι οἱ φωστῆρες ἀνατέλλουσι καὶ τρέχουσιν εἰς δύσιν καὶ δύνουσιν, οὕτως καὶ τοῦτον δεῖ ἀπὸ τῆς ζωῆς εἰς θάνατον δραμεῖν καὶ δῦσαι κατὰ τὸν τύπον τῶν φωστήρων, καὶ ἄλλην ἀνατολὴν πάλιν λαβεῖν ἐξανάστασιν ἐκ νεκρῶν. Ἔδραμεν ὁ Ἀδὰμ εἰς δύσιν, ἔδυσεν εἰς τάφον. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ἐποίησεν ἀνατεῖλαι τὸν δύσαντα. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης· « Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. »

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ παραδείσου ποταμὸς εἰς τέσσαρας ἀρχὰς μερίζεται, τουτέστι πηγάς, ἀφ' ὧν οἱ τέσσαρες ποταμοί. Καὶ ἐὰν οἱ τέσσαρες οὗτοι ποταμοὶ ἐξ ἑνὸς ἔχωσι ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν, διὰ τί μὴ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν ἕν; διὰ τί μὴ καὶ ἡ ποιότης αὐτοῖς μία; Μεταλαμβάνουσι τῆς γῆς καὶ τῆς ποιότητος τῶν τόπων δι' ὧν παρέρχονται, καὶ διὰ τοῦτο παρηλλαγμένην ἔχουσι τήν τε γεῦσιν αὐτῶν καὶ ποιότητα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ὕδωρ μίαν μὲν ἔχει τὴν φύσιν καὶ τὴν ποιότητα, ἀλλ ἐὰν ἐμβληθῇ αὐτῷ ἀψίνθιον, ἄλλην ποιότητα ποιεῖ· ἐὰν ἄνηθον, ἄλλην, καὶ ἑτέραν σὺθι, ἐὰν πήγανον. Διέρχεσθαι δὲ τοὺς ποταμοὺς διά τινων ὑπονόμων τόπων ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, καὶ ἐξ ἑτέρων ἀρχῶν αὐτοὺς ἀναφαίνεσθαι, ἵνα μὴ ταῖς ὄχθαις αὐτῶν ἀκολουθοῦντές τινες αὐτὸν ἐπιχειρῶσι καταλαβεῖν τὸν παράδεισον.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ζητεῖς, τί δή ποτε περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων ἐφεξῆς διεξιὼν Μωσῆς τῆς τῶν ἀγγέλων δημιουργίας οὐδαμοῦ μεμνημένος φαίνεται. Γίνωσκε οὖν ὅτι οὐδὲν στερεὸν οὐδὲ βέβαιον εἶχον οἱ νομοθετούμενοι. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖνοι καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου Θεὸν ἀνηγόρευσαν. Οἳ δὲ ῥᾳδίως οὕτω τὰ τῶν κτη-

[56] Gen. II, 8. [57] Zachar. VI, 12.

ων ἐνδάλματα θεοποιήσαντες τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; Τοῦ Μωσέως λοιπὸν τὰ περὶ τούτων πάντη σιωπήσαντος ὁ προφήτης Δαβὶδ μετὰ χρόνους ὕστερον ἱκανοὺς μνήμην ποιεῖται τῆς δημιουργίας αὐτῶν, εἰ καὶ παρρησιαστικῶς διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν, καί φησιν· « Αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ὁ δέ γε θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος πλατύτερον περὶ τῶν ἀοράτων διέξεισι φύσεων, ἅτε πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος τοὺς τοιαῦτα δεδυνημένους χωρεῖν. Τήν τε γὰρ στάσιν αὐτῶν, τὴν τάξιν, τὴν γνῶσιν, τὸν φωτισμόν, τὴν πρὸς ἀλλήλας διαφορὰν καὶ τὴν ἑκάστῃ προσοῦσαν ἐνέργειαν θαυμασίως διείληφεν, ὃ τοὺς ἀγνοοῦντας ἐδίδαξεν.

A simulacra pro diis habere non dubitassent, quid non fecissent, si naturarum inaspectabilium cognitionem habuissent? Itaque Mose prorsus de his tacente, post magnum deinceps temporis intervallum vates Davides eorum creationis meminit, quamquam perfunctorie, propter auditorum imbecillitatem. Sic enim ait : «Ipse dixit, et facti sunt ; ipse mandavit, et creati sunt[68].» Interpres autem rerum divinarum, eximius ille Dionysius, de hisce naturis inaspectabilibus latius disserit, ut qui eos erudiat qui hujusmodi capere possent. Idcirco statum ordinem cognitionem collustrationem earum, itemque discrimen inter ipsas cum operatione singularum, admirabili complexus est oratione, nosque prorsus hæc ignorantes docuit.

B

Περὶ τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων.

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι, ὅτι τὰ τῶν ἄνω διακοσμήσεων τάγματα ἐννέα τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν, ἃ καί εἰσι ταῦτα, Χερουβὶμ, Σεραφὶμ, Θρόνοι, Κυριότητες, Δυνάμεις, Ἐξουσίαι. Ἀρχαὶ, Ἀρχάγγελοι, Ἄγγελοι. Εἰ δὲ καὶ ἕτερα τάγματα ἐν οὐρανοῖς ἐστιν, περὶ ὧν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καὶ ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν μέλλομεν, ὁ μακάριος οἶδε Παῦλος οὕτως εἰπών· « Ἐκάθισεν ὁ Χριστὸς ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου μὴ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Τὰ μέντοι διαληφθέντα ἐννέα τάγματα εἰς τρεῖς ἀφορίζει διακοσμήσεις ὁ θεῖος Διονύσιος, καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι τὰ Σεραφὶμ, τὰ Χερουβὶμ καὶ τοὺς Θρόνους, ἀμέσως καὶ προσεχῶς παριστάμενα τῷ Θεῷ, δευτέραν δὲ τὴν τῶν Κυριοτήτων καὶ τῶν Δυνάμεων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν, τρίτην δὲ καὶ τελευταίαν τὴν τῶν Ἀρχῶν καὶ Ἀρχαγγέλων καὶ Ἀγγέλων. Τὸ μέντοι ἐν αὐτοῖς ὕστατον τάγμα, ὡς προείρηται, ἰδίως ἄγγελοι καλεῖται ὡς τὰς θείας ἐκφαντορίας ἀγγέλλον τε καὶ διαβιβάζον πρὸς ἡμᾶς. Τῆς τοιαύτης δὲ ἀγγελικῆς ἐπωνυμίας καὶ πᾶσαι αἱ νοεραὶ φύσεις ἠξίωνται διὰ τὸ πρώτως αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἔλλαμψιν, καὶ οὕτω δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορίας· καὶ ὁ νόμος γὰρ αὐτὸς δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἐδωρήθη, καὶ τοὺς κλεινοὺς καὶ πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον Πατέρας ἄγγελοι πρὸς τὸ θεῖον ἀνῆγον· καὶ γὰρ διὰ τὸν πρῶτον τὰ δεύτερα πρὸς τὸ θεῖον ἀνάγονται. Οὐ μόνον δὲ αἱ περὶ ἡμᾶς νοεραὶ φύσεις εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ὁμοταγέσιν ἱεραρχίαις πρῶται καὶ μέσαι καὶ τελευταῖαι τάξεις εἰσὶ, καὶ τῶν ἡττόνων οἱ θειότεροι χειραγωγοὶ ἐπὶ τὴν θείαν προσαγωγὴν καὶ ἔλλαμψιν γίνονται. Καὶ τὰ μὲν ἁγιώτατα τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν τάγματα καὶ ἀγγέλους καλοῦσιν οἱ θεολόγοι, ὡς εἴρηται (καὶ γάρ εἰσιν ἐκφαντορικὰ καὶ αὐτὰ τῆς θεαρχικῆς ἐλλάμψεως)· τὴν δὲ τελευταίαν τάξιν τῶν οὐρανίων νοῶν, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους, οὐκ ἔχει λόγον Χερουβὶμ ἢ Σεραφὶμ ἢ Θρόνους ὀνομάζειν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν μετουσίᾳ τῶν ὑπερτάτων δυνάμεων. Πρὸς ἐπὶ τούτοις

C

D

De angelorum ordinibus.

Debes autem scire cœlestium descriptionum graduum novem esse ordines, nimirum Cherubos, Seraphos, Thronos, Dominatus, Potestates, Imperia, Principatus, Archangelos, Angelos. Num vero alii præter hos sint in cœlis ordines, quos in altera vita cogniturі simus, beatus ille Paulus novit, qui ait : «Consedit Christus supra omnem principatum, imperium, potestatem, omnemque nomen quod verbis exprimitur, non solum in hoc ævo, sed etiam futuro. » Cæterum indicatos hosce novem ordines Dionysius in tres descriptiones gradusque distribuit, quorum primo contineantur Seraphi, Cherubi, Throni, qui quidem citra medium ullum et continuo assistant Deo ; secundo, Dominatus, Potestates, Imperia ; tertio et ultimo, Principatus, Archangeli, Angeli. Horum ultimus ordo, quemadmodum et prius dictum est, peculiare nomen angelorum habet, ut qui rerum divinarum interpretationes nobis exponant et ad nos perferant. Quanquam hæc eadem angelorum appellatio cunctis etiam naturis intellectilibus tribuitur, 77 quod ipsæ primo loco divinitus collustrentur, atque ita deinceps per ipsas ad nos quoque rerum divinarum arcana perveniant. Quippe lex ipsa per angelos nobis data est; itemque Patres illos illustres tam ante quam post legem promulgatam angeli divinum ad numen subvehebant. Nam per prima sursum ducuntur ea quæ ordine secunda sunt. Neque tantum supra nos sunt intellectiles illæ naturæ, sed etiam in ipsis illis cæteroquin eodem ordine comprehensis sacris principatibus primi quidam gradus sunt et medii et ultimi. Simul inferiorum duces sunt alii diviniores, ad percipiendum rerum divinarum splendorem. Et quamvis sanctissimos illos supremarum essentiarum ordines generali vocabulo angelos appellant rerum divinarum periti, sicut indicatum est modo (nam et ipsi splendoris a Deo profecti sunt interpretes), tamen ordinem ultimum ex cœlestibus illis mentibus, nimirum angelos, absurdum fuerit vocare Cherubos aut Seraphos aut Thronos. Nec enim ex æquo participant cum po-

[68] Psal. CXLVIII, 5.

testatibus illis supremis. Præterea naturas has intellectiles in universum vocari videmus potestates, ut quæ sint ab affectionibus corporeis immunes et propterea perficere sibi mandata possint. «Præstant, inquit Davides, robore, ac imperium ejus exsequuntur[59-60].» Præterhæc in singulis hisce sacris gradibus ordines superiores habent inferiorum collustrationes atque potestates, cum posteriores superiorum præstantiæ non sint participes.

A τοις καὶ δυνάμεις καλοῦσι τὰς νοερὰς πάσας φύσεις ὡς τῶν σωματικῶν παθῶν ἐλευθέρας κἀντεῦθεν πληροῦν τὰ κελευόμενα δυναμένας· « Δυνατοί, » γάρ φησιν, « ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν αἱ μὲν ὑπερβεβηκυῖαι τάξεις ἔχουσι καὶ τὰς τῶν ὑφειμένων διακοσμήσεων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις, ἀμέθεκτοι δὲ τῶν αὐτὰς ὑπερκειμένων αἱ τελευταῖαί εἰσιν.

Hoc quoque necessario sciendum est tibi, omnem mentium illarum cœlestium appellationem in Hebræa lingua significationem habere divinæ cujusdam singularum proprietatis, id quod etiam Joannes Chrysostomus indicat in oratione sua tertia de Incomprehensili. Quo fit ut partim Cherubi, partim Seraphi vocentur; nam ejusmodi nomina declarant earum effectiones. Ac quemadmodum angelus inde nomen accepit, quod arcana illa rerum divinarum nobis nuntiet, itemque archangelus, quod angelis cum imperio præsit, sic et appellationes istæ sapientiam ipsarum puritatemque nobis indicant. Sicut etiam alæ sublimitatem in eis naturæ significant (nam volare Gabriclus non ideirco perhibetur, quod angelus iste pennas habeat : sed uti discas eum de locis supremis ad homines venire), ita comparata res est in Cherubis quoque ac Seraphis ; nihil enim ipsorum alæ denotant aliud quam naturæ sublimitatem, perinde ut oculi perspicacitatem declarant, celebratio perpetua vigilantiam summam. Hoc modo appellationes eorum partim sapientiæ, partim puritatis indicationes habent. Nam quid aliud sonat Cheruborum nomen **78** quam cognitio multiplicata? Quid Seraphorum quam ora ignea? Thronorum vox nihil significat aliud quam eorum excellentiam secretam ab omnibus rebus humilibus, itemque promptitudinem ad obeunda divina ministeria. Et primus quidem hic gradus ab ipso naturarum omnium auctore principeque Deo citra medium ullum instituitur. Dominatuum appellatio denotat minime servilem quamdam planeque ingenuam subvectionem, quæ indesinenter dominio vere principi parere cupiat. Vox potestatum significat virilem quamdam efficacitatem, eamque firmam, in omnibus divinis actionibus; imperiorum convenientem ac confusionis expertem in officiis divinis ordinem. Et hæc media cœlestium illarum mentium est descriptio, quæ perficitur et illuminatur per ordinem primum, ipsaque vicissim suas illustrationes cum sequente communicat. In hac principatuum vox indicat esse ipsos Deo similes ac principatum obtinere, quodque ad principatum illum principem pro viribus conformentur; archangelorum, eos summa consectari, ut qui communicent tam cum principatibus quam cum angelis, cum principatibus, quod ad ultranaturalem illum principatum sese conveniant, cum angelis, quod

Ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο εἰδέναι σε, ὅτι πᾶσα ἡ τῶν ἐπουρανίων νοῶν ἐπωνυμία δήλωσιν ἔχει τῆς ἑκάστου θεοειδοῦς ἰδιότητος Ἑβραϊκῇ φωνῇ, καθὰ δή καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν ἐν τῷ περὶ ἀκαταλήπτου τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ. Τὸ μὲν αὐτῶν Χερουβίμ, τὸ δὲ Σεραφίμ καλούμενα. Τὰ τοιαῦτα καὶ γὰρ ὀνόματα τὰς ἐνεργείας αὐτῶν ὑπεμφαίνουσι, καὶ καθάπερ ἄγγελος λέγεται διότι τὰς θείας ἐκφαντορίας ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ἀρχάγγελος ἐπειδὴ τῶν ἀγγέλων ἄρχει, οὕτως αἱ τοιαῦται προσηγορίαι τὴν σοφίαν αὐτῶν καὶ καθαρότητα δηλοῦσιν ἡμῖν. Καὶ ὥσπερ αἱ πτέρυγες τὸ ὕψος δηλοῦσι τῆς φύσεως (καὶ γὰρ ὁ Γαβριὴλ πετόμενος φαίνεται οὐκ ἐπειδὴ πτερὰ περὶ τὸν ἄγγελον, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι ἐκ τῶν ἀνωτάτων χωρίων ἐπὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀφῖκται φύσιν), οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ τὰ πτερὰ ἢ τὸ ὕψος τῆς φύσεως, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ διορατικὸν αὐτῶν. Ὡσαύτως τὸ διὰ παντὸς ἀνυμνεῖν τὸ ἄγρυπνον αὐτῶν ὑπεμφαίνει καὶ γρήγορον. Οὕτω δὴ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν μὲν τὴν σοφίαν αὐτῶν δηλοῖ, τῶν δὲ τὴν καθαρότητα. Τί γάρ ἐστι Χερουβὶμ ἢ πεπληθυσμένη γνῶσις; τί δὲ Σεραφὶμ ἢ ἔμπυρα στόματα; Ἡ δὲ τῶν θρόνων κλῆσις οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ ἀπὸ πάντων τῶν περιπεζίων ἐξῃρημένον αὐτῶν ὑπερφαίνει, καὶ τὸ περὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς ἀναπεπταμένον καὶ ἕτοιμον. Οὗτος μὲν οὖν ὁ πρῶτος διάκοσμος παρ' αὐτῆς τῆς οὐσιοποιοῦ θεαρχίας ἀμέσως μυούμενος· ἡ δὲ τῶν κυριοτήτων ἐπωνυμία δηλοῖ ἀδούλωτόν τινα καὶ πάντη ἐλευθέραν ἀναγωγὴν τῆς ὄντως κυριαρχίας ἀκαταλήκτως ἐφιεμένην. Ἡ δὲ τῶν δυνάμεων ἀρρενωπόν τινα καὶ ἀκατάσειστον πρὸς πάσας τὰς θεοειδεῖς ἐνεργείας παρίστησιν, ἡ δὲ τῶν ἐξουσιῶν εὔκοσμόν τινα καὶ ἀσύμφυρτον περὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς εὐταξίαν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ μέση τῶν οὐρανίων νοῶν διακόσμησις τελεσιουργεῖται μὲν καὶ φωτίζεται διὰ τῆς πρώτης ἱεραρχικῆς διακοσμήσεως, διαπορθμεύει δὲ τῇ μετ' αὐτὴν τὰς ἐλλάμψεις. Ἡ δέ γε τῶν ἀρχῶν ἐπωνυμία τὸ θεοειδὲς αὐτῶν ἐμφαίνει καὶ ἡγεμονικὸν καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀρχοπρεπῆ ἀρχὴν ὡς δυνατὸν ἀποτυποῦσθαι. Ἡ δὲ τῶν ἀρχαγγέλων ἐπωνυμία τῶν ἄκρων ἀντιλαμβάνεσθαι δηλοῖ· ταῖς γὰρ ἀρχαῖς καὶ τοῖς ἀγγέλοις κοινωνεῖ, ταῖς μὲν ὅτι πρὸς τὴν ὑπερούσιον ἀρχὴν ἀρχικῶς ἐπέστραπται, τοῖς δὲ ὅτι καὶ τῆς ὑποφητικῆς ἐστι τάξεως τὰς θεαρχικὰς ἐλλάμψεις διὰ τῶν πρώτων ὑποφαινομένη δυνάμεων καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτὰς

[59-60] Psal. ciii, 20.

ἀπαγγέλλουσα. Ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων ἐπωνυμία τὴν ἐκφαντορικὴν αὐτῶν λειτουργίαν παρίστησιν.

nihilominus ordine discipulorum quoque continentur, uti qui divinas illustrationes a primis illis potestatibus accipiant et vicissim angelis exponant. Angelorum denique vocabulum significationem ministerii continet, quo res divinas enuntiant.

Ἔδειξεν οὖν ὁ λόγος ὡς αἱ πρῶται μὲν τάξεις ἀμέσως ἐκ Θεοῦ τὰς ἐλλάμψεις δέχονται, παρὰ δὲ τῶν πρώτων αἱ δεύτεραι, καὶ καθεξῆς αἱ λοιπαὶ, τουτέστι παρὰ τῶν δευτέρων αἱ τρίταιι. Ὅτι δὲ διαφορά τίς ἐστι παρὰ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, καὶ ὅτι κατά γε τὴν στάσιν καὶ τάξιν αὐτῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἔχουσι, καὶ ὁ θειότατος ὑπέδειξε Κύριλλος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Θησαυρῶν οὕτως εἰπών· « Παντὶ λογικῷ συμμεμέτρηται ἡ γνῶσις, ὡς ἑτέραν μὲν εἶναι πιστεύειν ἐν ἀγγέλοις, μείζονα δὲ ἐν ἀρχαγγέλοις, καὶ ἔτι ταύτας ὑπερέχουσαν ἐν ταῖς ἀνωτέρω δυνάμεσιν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτων οὕτως φησί· « Διαφέρονται δὲ ἀλλήλων αἱ ἄνω δυνάμεις τῷ φωτισμῷ καὶ τῇ στάσει, εἴτε πρὸς τὸν φωτισμὸν τὴν στάσιν ἔχοντες, εἴτε πρὸς τὴν στάσιν τοῦ φωτισμοῦ μετέχοντες, καὶ ἀλλήλους φωτίζοντες διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς τάξεως ἢ φύσεως. » Δῆλον δὲ, ὡς καὶ ἄνωθεν εἴρηται, ὅτι οἱ ὑπερέχοντες τοῖς ὑποβεβηκόσι μεταδιδόασι τοῦ τε φωτισμοῦ καὶ γνώσεως.

De hac indicatione nostra perspicuum est primos ordines citra medium quoddam a Deo suas illustrationes consequi, deinde a primis secundos, a secundis tertios. Cæterum esse quædam apud cœlestes illas potestates discrimina, quodque illa ipsa maxime consistant in ipsorum statu ordine et cognitione, divinus etiam vir Cyrillus in libro *Thesaurorum* suo docet, ac hisce quidem verbis : «Omnis natura particeps rationis, etiam cognitionis modum mensuramque certam habet, ita ut credi par sit aliam in angelis esse aliamque majorem in archangelis, quam ipsam quoque superet ea quæ sublimioribus in potestatibus exsistit.» Eadem de re Joannes Damascenus ita disserit : « Potestates illæ supernæ tam illuminatione quam ordine statuque differunt, sive adeo pro illuminationis ratione status ipsarum comparatus est, sive pro ratione status illuminationis participes fiunt, et alii alios illuminant propter excellentiam vel ordinis vel naturæ. » Id quidem perspicuum est, quod superius etiam est indicatum, excellentiores cum inferioribus tam illuminationem quam cognitionem suam communicare.

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις δὲ καὶ τοῦτό φησιν, ὅτι καὶ φυλάττουσι μέρη τῆς γῆς αἱ ἄνω δυνάμεις, καὶ ἐθνῶν καὶ τόπων προίστανται, καθὼς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἐτάχθησαν. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἁγιώτατος Γερμανὸς ἀριδηλότερον τοῦτο παρίστησιν. Ἐν γὰρ τῷ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς Θεομήτορος λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου φησίν· « Ἅμα τῷ συστῆναι τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη, ἄγγελοι τῆς τούτων ζωῆς ἐπιτροπεύειν ἐτάχθησαν. Ἔστησε γάρ, φησὶν, ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. Ἡνίκα δὲ εἰς εἰδωλολατρείαν οἱ ἄνθρωποι ἐξέκλιναν, διέστησαν ἀπ' αὐτῶν καὶ οἱ ἄγγελοι. Καθ' ὃν δὲ λοιπὸν ἔτικτε καιρὸν ἡ πανάμωμος, ἡνώθησαν τὰ ἐν οὐρανῷ τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ σύμφωνον πολίτευμα γέγονεν ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, καὶ μία δοξολογία. » Τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ τῶν ἀγγέλων διέξεισι. Φησὶ καὶ γὰρ ὅτι ὁ προφήτης Δανιὴλ μέγα τι χρῆμα λέγει τοὺς ἀγγέλους εἶναι, προστάγματι δὲ Θεοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν διαλαχεῖν καὶ τῶν ἐθνῶν ἐπιστατεῖν, καὶ τούτων τὸν μὲν τοὺς Πέρσας ἐφορᾷν, τὸν δὲ ἀρχάγγελον Μιχαὴλ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν φρουρεῖν. Ἑστῆναι δὲ τοῖς ἐφόροις ἄμφω διαπληκτισμὸν, οὐ κατὰ πάθος ὀργῆς (18), ἀλλὰ κατὰ θεῖόν τινα καὶ ἀπόρρητον λόγον, τοῦ μὲν δουλεύειν Ἰουδαίους Πέρσαις ἀναγκάζοντος, ὡς τοῦ Θεοῦ δῆθεν καταφρονητάς, τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀνθέλκοντος καὶ λέγοντος· « Παῦσαι, Περσῶν προστάτα· ὁ γὰρ Θεὸς

Præter hæc tradit idem **79** potestates hasce cœlestes attributas sibi terræ partes custodire, certisque singulas tum nationibus tum locis cum imperio potestateque sic præesse, quemadmodum ipsis ab opifice rerum præscriptum sit. Quæ quidem ita se habere sanctissimus ille patriarcha Germanus illustrius declarat. Etenim in oratione de obdormitione Dei Genitricis hæc verba ipsius exstant : «Cum genus humanum conditum esset, angeli divinitus constituti sunt, qui vitæ ipsorum tutores essent atque præsides. Sic enim perscriptum sacris in Litteris legimus «nationum limites pro angelorum Dei numero statuit.» Item : «Angelus Domini circum timentes eum castra munit [61].» Inde hominibus ad deastrorum cultus exorbitantibus angeli quoque ab eis recesserunt. Verum quo deinceps tempore virgo purissima peperit, cœlestia rursum cum terrenis unita sunt, angelique cum hominibus versari ac Deum celebrare consentientibus animis cœperunt. Consimile de angelis quiddam Chrysostomus quoque commemorat. Vates, inquit, Danielus angelos eximium quiddam esse tradit, Deique jussu creaturam universam in eos distributam, qui nationum quoque sint præsides. Alium in Persas defixos oculos habere, Michaelum archangelum pro populo circumciso excubias agere. Quin etiam inter utriusque nationis præsides hosce contentionem ex iracundia quamdam oboriri, modo scilicet rationeque divina et ineffabili, dum ille quidem Judæos

[61] Psal. xxxiii, 8.

(18) In F. codice negatio οὐ κατὰ πάθος ὀργῆς expressa reperitur, quæ haud dubie huic loco prorsus necessaria est, quanquam in Vallicellano erasa fuerit, nec in suo repererit Leunclavius, qui et aliorsum vertit particulam adversativam ἀλλὰ *modo scilicet rationeque divina et ineffabili.*

Persis servire cogit at Dei contemptores, hic vero ex alia parte in libertatem vindicat, ac hisce verbis utitur : «Desine, Persarum præses ; nam peccantes quidem hos multavit afflixitque Deus, verum ad se conversos non aversatur. »

ἔπληξε μὲν ἁμαρτάνοντας, ἐπιστρεφομένους δὲ οὐκ ἀποστρέφεται. »

Jam singulis etiam fidelium adesse custodiæ causa divinum angelum, magnus ille Basilius inter alios tradidit. Quemadmodum, inquit, apes abigit fumus, et columbas depellit fœtor, sic et vitæ nostræ custodem angelum multis deplorandum lacrymis fœtensque peccatum a nobis sejungit. Idem et Theodoretus indicat. Nam in Therapeutica sua verbis hisce utitur : «Elatus superbia diabolus lapsus esse fertur, ac deinceps adversus homines exornatos imagine divina furore quodam exarsisse, bellumque adversus ipsos suscepisse. Hac de causa rerum opificem per angelorum inspectionem atque tutelam genus humanum custodire, ne per vim ac tyrannidem inadspectabiliter eos aggressus, quos odit ex invidia, citra cujusquam metum ac libere perdat.» Quæ quidem ita esse, ac fideles singulos habere custodem angelum, etiam in Evangelio Matthæi verbis his exponitur : «Videte ne vel unum ex parvis hisce contemnatis : nam angeli eorum semper faciem Patris mei, qui 80 in cœlis est, aspiciunt[11].» Ac de his quidem hæc indicata sunto.

Ὅτι δὲ θεῖος ἄγγελος ἑνὶ ἑκάστῳ προστρέφει τῶν πιστῶν φυλακῆς ἕνεκεν, διείληπται μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι· « Ὡς τὰς μελίσσας φυγαδεύει καπνὸς καὶ τὰς περιστερὰς ἐξελαύνει δυσωδία, οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφ' ἡμῶν διίστησιν ἁμαρτία.» Οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ αὐτῷ τῷ Θεοδωρήτῳ δεδήλωται. Ἐν γὰρ τῇ Θεραπευτικῇ αὐτοῦ τάδε φησίν· « Ἐπαρθεὶς ὁ διάβολος λέγεται πεπτωκέναι, εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατὰ τούτων ἀναδέξασθαι πόλεμον. Ἔνθεν τοι καὶ τὸν ποιητὴν τῆς τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων φρουρῆσαι γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος, ἀοράτως ἐπιὼν, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τῶν πιστῶν ἕκαστος ἄγγελον φύλακα κέκτηται, καὶ τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ διείληπται. Λέγει γάρ· « Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτῶν διηνεκῶς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Præterea quæsitum a nonnullis est num hæ potestates intellectiles ante cœli terræque creationem conditæ fuerint, an postquam illa jam facta erant. Ac Theodoretus quidem cum Gennadio mundum hunc sub oculos cadentem productum esse in ortum ante naturas illas inaspectabiles asserit. Nam quia certis circumscripti limitibus sunt angeli, conveniebat cuipiam ut locus aliquis exsisteret quo continerentur. Verum reliqui Patres hoc nequaquam admittere videntur. Quid magnus ille Basilius, in libro suo *De primorum sex dierum operibus*, dicat, audi : «Erat antiquior mundi ortu conditio quædam et status, ultramundanis illis potestatibus conveniens. In eo rerum opifex quædam condidit, nimirum lucem illam intellectilem, beatitati angelorum Dominum diligentium convenientem.» Audi etiam quid Gregorius ille cognomento Theologus dicat : « Primum Deus angelicas divinasque potestates mente concipit. Ea cogitatio mox opus ipsum erat, sermone completum ac spiritu perfectum. Secundo mundum e materie crassa constantem et aspectabilem cogitat.» Huic consimilia tradit et frater ejus Cæsarius : « Omnes, inquit, carnis expertes illi cœtus angelorum prius etiam, quam mundus hic oriretur, in luce degebant.» Itidem Anastasius Sinaites, vir plane divinus, de his disserit : «Deus ille noster, ait, qui semper exsistit, ante omnia creata cogitat et condit angelicas cœlestesque potestates, quemadmodum ipse solus novit.» Præter hos et Severus et Diodorus et magnus ille Amphilochius inaspectabilium naturarum crea-

Τῆι δὲ καὶ τοῦτο παρά τισιν ἠπόρηται, εἴτε πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἴτε μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτῶν αἱ νοεραὶ δυνάμεις παρήχθησαν. Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Γεννάδιος πρὸ τῶν ἀοράτων φύσεων διισχυρίζονται τὸν ὁρατὸν τουτονὶ κόσμον παραχθῆναι· ἐπειδὴ γὰρ περίγραπτοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, ἔπρεπε πάντως καὶ τόπον εἶναί τινα, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐν αὐτῷ περιγράφεσθαι. Ἀλλ' ὁ λοιπὸς τῶν Πατέρων κατάλογος οὐμενοῦν αὐτὸ καταδεχόμενος φαίνεται. Καὶ τηνικαῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν τῇ Ἑξαημέρῳ αὐτοῦ λέγοντος ἄκουε· « Ἤν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις, τοῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα. Δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς ἀπετέλεσε φῶς νοητὸν, πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων ἀγγέλων τὸν Κύριον. » Ἀλλὰ καὶ τοῦ θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως ἄκουε· « Καὶ πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς οὐρανίους δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, λόγῳ συμπληρούμενον καὶ πνεύματι τελειούμενον· δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον. » Ὅμοια δὲ τούτῳ διέξεισι καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Καισάριος, « Πᾶσαι, » λέγων, « ἐνεφωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον. » Καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης περὶ τούτων οὕτω φησί· « Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀεὶ ὢν πρὸ πάσης κτίσεως ἐννοεῖ καὶ ποιεῖ τὰς ἀγγελικὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, ὡς μόνος αὐτὸς οἶδεν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Σεβῆρος, ναὶ μὴν καὶ ὁ Διόδωρος αὐτός τε ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος πρεσβυτέραν ἀποδείκνυσι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου καὶ αἰσθητοῦ τὴν τῶν ἀοράτων φύ-

[11] Matth. XVIII, 10.

σεων δημιουργίαν. Ὁ δὲ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης περὶ τούτου καὶ τάδε φησίν· « Ἕτεροι μὲν οὖν μετὰ τὸν πρῶτον οὐρανὸν τὰς ἀοράτους φασὶ παραχθῆναι δυνάμεις, ἐγὼ δὲ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ συντίθεμαι· ἔπρεπε γὰρ πρῶτον τὴν νοερὰν οὐσίαν κτισθῆναι, καὶ τότε τὴν αἰσθητὴν, καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τὸν ἄνθρωπον. » Παράγει μὲν ὁ Θεὸς τὰς ἄνω δυνάμεις, ὡς εἴρηται πρότερον, ἔπειτα δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. Τέλος πάντων ταῖς οἰκείαις χερσὶ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται.

A tionem mundum hunc sub oculos cadentem atque sensilem præcessisse tradunt. Joannis Damasceni hæc verba sunt : «Alii quidem post cœlum illud primum inaspectabiles potestates conditas esse dicunt : verum ego Gregorio, cui Theologi cognomentum est inditum, assentior. Etenim conveniebat atque par erat primo intellectilem essentiam creari ac deinde sensilem, deque his ambobus hominem. Itaque supernas illas potestates initio Deus in ortum producit. Hinc cœlum, terram, mare, cuncta his comprehensa condit. Ad extremum manibus suis hominem format, cum pulverem de terra sumpsisset ac faciem ejus afflasset, quemadmodum supra commemoravimus.

«Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν,» καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς γῆς. Διὰ τί πρῶτον ἐνταῦθα τῶν ἰχθύων ἐμνημόνευσε, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς » εἰπών; Κατὰ τὴν τάξιν τῆς δημιουργίας· πρῶτον γὰρ οἱ ἰχθύες ἐκ τῆς θαλάσσης ἐγένοντο, εἶτα τὰ πετεινά, μετὰ ταῦτα δὲ ἀπὸ τῆς γῆς τὰ τετράπουα.

B «Faciamus, inquit, hominem ad imaginem similitudinemque nostram,» qui marinis piscibus, volucribus aereis, bestiis terræ dominetur. Enimvero cur his in verbis primo piscium facta est mentio? «Dominetur, ait, marinis piscibus.» Nimirum hoc ordini creationis est consentaneum. Nam primo pisces e mari sunt orti, deinde 81 volucres, ac secundum has bestiæ de terra quadrupedes.

Καὶ τοῦτο δὲ ζητοῦσιν, ἀγαπητὲ, τίνος ἕνεκεν ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός. Ἔφθασεν εἰπὼν ὅτι « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτω τῶν ἰχθύων. » Ἵνα γοῦν ὅπερ εἶπε δῆλον ἔργοις αὐτοῖς γένηται, διὰ τοῦτο τὰ ζῶα ἤγαγε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὑποταγὴν αὐτῶν ἐπιγνωσθῆναι (καὶ γὰρ ὡς δοῦλα παρίσταντο ἅπαντα), καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Θεοῦ σοφίαν τῷ Ἀδὰμ δῆλην γενέσθαι παντί· ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ὄνομα ἔθετο τῇ αὐτοῦ φύσει κατάλληλον.

Sunt etiam, dilecte fili, qui scire velint quamobrem animalia condita Deus ad Adamum deduxerit. Antea scilicet dixerat : «Faciamus hominem ad imaginem nostram, qui piscibus aliisque dominetur.» Ut ergo reipsa, quod dixerat, eveniret, ad Adamum animalia deduxit, ut hinc eorum obedientia cognosceiur : quippe circumstabant ipsum omnia C tanquam ejus mancipia.

Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, τουτέστι δώσωμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. « Καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα ἐκ Θεοῦ ἔλαβον, ἤγουν τὸ λογικὸν εἶναι, τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν ἐμοὶ κατέλιπεν. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἔλαβον, ποία χάρις ἐμοί; Ἔχω τοίνυν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἡνίκα χρηστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ γίνομαι. » Τούτοις οὖν ἀκολούθως καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν ὅτι καθ' ὁμοίωσιν ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὥστε ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ· ἡ ἀρετὴ γὰρ ἐκ Θεοῦ μὲν ἐδόθη τῇ φύσει ἡμῶν, ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστιν ἢ ἐμμεῖναι αὐτῇ καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Θεῷ, ἢ ἀποφοιτῆσαι αὐτῆς καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον κατ' ὁμιλίᾳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν· « Τῇ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, τουτέστιν ἀπὸ πάντων δέδωκε τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν ἔχει, τῶν τε ὁρατῶν τῶν τε ἀοράτων, δημιουργὸς ἁπάντων τυγχάνων, οὕτω καὶ τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικὸν δημιουργήσας ἐβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο, βουληθεὶς αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἶναι εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλὰ καὶ παραβάντα τὴν ἐντολὴν οὐκ ἀπεστράφη τέλεον, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς

Præterea debebat hoc pacto sapientia divinitus Adamo concessa innotescere. Nam singulis animalibus tum nomen cujusque naturæ consentaneum indidit : «Faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram.» Hoc est, largiamur ei rationis abundantiam, ut magnus ille Basilius his verbis declarat. Ex his quod imaginem attinet, eam accepi a Deo, nimirum quod rationis sum particeps ; quod similitudinem mihi reliquit. Nam si hoc quoque indidem accepi, quænam mihi concessa est gratia? Quapropter Dei similitudinem refero, D cum ex meipso bonus fio.» His consentanea Joannes etiam Damascenus tradit, Deum nos ad similitudinem condidisse, ut pro viribus humanis ei similes evadamus. Quippe virtus a Deo quidem concessa est naturæ nostræ, verum in potestate nostra situm est ut vel in ea perseveremus et obsequamur Deo, vel ab ea recedamus et obsequamur diabolo. Joannes Chrysostomus, in oratione 21 de sex dierum operibus hæc verba profert : « Quo die Deus Adamum condidit, ad imaginem Dei condidit eum, hoc est, omnium potestatem ei concessit. Nam sicut imperium Deus habet in omnia tam aspectabilia quam inaspectabilia, tanquam universorum opifex, ita cum animal hoc rationis particeps condidisset, habere ipsum voluit imperium in res uni-

versas, quæcunque sub aspectum cadunt. Idcirco et essentiam animæ ipsi largitus est, uti quem immortalem prorsus esse vellet. Quin etiam mandatum ipsius transgressum non omnino aversatur, sed immortalitate spoliatum et ad mortem condemnatum prope in eodem imperio relinquit. Nam homo per rationem, qua præditus est, etiam hodie cuncta in potestate sua retinet. Quanquam enim feras agrestes nonnunquam pro libitu suo videmus in hominem irruere, tamen id tantopere mirari non debemus, quando consilio divino accidit, ut hoc modo vel inviti de peccato admoneamur, cujus causa nobis hoc contigit supplicii, ut subjectos imperio nostro metuamus. Rerum quidem omnium quæ sunt in terris, principem constitutum esse hominem a Deo, vel ipsa de forma intelligi perspicue potest. Nam recta homini forma, ceu vides, data est, qua tendit ad cœlum sursumque spectat. **82** Hæc autem omnia, sicut ait antistes ille Nyssenus, imperio convenire videntur et regiam quamdam majestatem indicare. Nam quod solus inter res universas homo talis est, cum aliis omnibus deorsum corpora propendeant, id vero palam dignitatis discrimen indicat.»

A αὐτῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι. Διὰ γὰρ τοῦ προσόντος αὐτῷ λόγου καὶ τήμερον πάντων κρατεῖ. Εἰ γὰρ καὶ θῆρας ἀγρίους ὁρᾷς αὐθαδείᾳ χρωμένους, ἔστι ὅτε καὶ ὁρμῶντας ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ, μὴ θαύμαζε, ὅτι καὶ τοῦτο κατὰ θείαν πάντως οἰκονομίαν, ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς ἐπιμεμνῆσθαι καὶ ἄκοντας, δι' ἣν ὠσθοικέναι καὶ τρέμειν ὡς ὑπὸ χεῖρα κατεδικάσθημεν. Ὅτι δὲ ἀρχων ὑπὸ Θεοῦ πάντων ἐχειροτονήθη τῶν ἐπὶ γῆς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος δῆλον· ὄρθιον γάρ, ὡς ὁρᾷς, τῷ ἀνθρώπῳ τὸ σχῆμα καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀνατείνεται καὶ ἄνω βλέπει. Ταῦτα δὲ πάντως, ὡς ὁ Νύσσης φησὶ, καὶ ἀρχικὰ δοκεῖ εἶναι καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ὑποσημαίνοντα· τὸ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσι τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὸ κάτω νενευκέναι τὰ σώματα, σαφῶς δείκνυσι τὴν τῆς ἀξίας διαφοράν.

B

Atque hic animum mihi, dilecte fili, advertito. Cum afficere vellet hominem Deus honore peculiari, paradisum prius conserit, atque ita deinde ipsum in eo collocat, tametsi Pyron scriptor Annalium post XI primum dies Adamum paradisum ingressum esse tradat. Ego vero non video ubi Adamus antea versatus fuerit, cum XI dies extra paradisum degeret. Refutat hanc opinionem Chrysostomus, cum ait: «Licebat Adamo etiam extra paradisum degere. Verum ea loca non erant hominis domicilio præscripta destinataque, sed tam jumentis quam cæteris terræ bestiis, cum homini paradisus tanquam voluptaria quædam domus esset datus.» Eam ipsam ob causam animalia Deus ad Adamum adduxit, velut ab eo cæteroqui separata. Quæ cum ita sint, non Pyroni, sed huic oratori nostro aureo velim aures præbeas, qui reapse Spiritus sancti discipulus fuit.

C

Πρόσεχε, ἀγαπητέ. Βουλόμενος ὁ Θεὸς τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον, φυτεύει παράδεισον πρότερον, καὶ οὕτω τίθησιν αὐτὸν ἐν αὐτῷ, εἰ καὶ Πύῤῥων ὁ χρονογράφος (19) μεθ' ἡμέρας τεσσαράκοντα τὸν Ἀδὰμ εἰσελθεῖν ἐν τῷ παραδείσῳ φησίν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ποῦ διέτριβε πρότερον ὁ Ἀδὰμ, ἔξω τοῦ παραδείσου τεσσαράκοντα διάγων ἡμέρας. Ὁ μὲν οὖν χρυσορρήμων Ἰωάννης καὶ ταύτην ἐκ μέσου τὴν ὑπόνοιαν ποιεῖ, λέγων· « Ἔξὸν ἦν τῷ Ἀδὰμ καὶ ἔξω τοῦ παραδείσου διάγειν. Ἀλλ' οὐ τῇ οἰκήσει τοῦ ἀνθρώπου ἀφώριστο, ἀλλὰ τοῖς κτήνεσι καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἦν δὲ αὐτοῖς βασιλικὸν ἐνδιαίτημα ὁ παράδεισος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἤγαγε τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὡς κεχωρισμένα αὐτοῦ. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ τῷ Πύῤῥωνι, ἀλλὰ τῷ χρυσορρήμονι πάρασχε τὰς σὰς ἀκοὰς, ὅτι καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ὑποφήτης ὁ τοιοῦτος ὄντως ἐστί.

Sequuntur hæc historiæ divina verba: « Faciamus Adamo adjutricem secundum ipsum[53]. » hoc est, tam ipsi quam toti ejus naturæ consimilem, non reliquis animalibus: nam ea naturam eamdem cum homine communem non habent. Hic autem Manes Deum mendacem esse dixit, et consimiliter Aquila. Nam vocem hanc in versione Græca, κατ' αὐτόν, contra ipsum interpretabantur propterea quod Adamum hæc non multo post ad mandati divini violationem impulerit, ideoque facta sit insidiatrix, quæ adjutrix appelletur. Hæc illorum est opinio. Verum de sententia divini hominis Cyrilli atque etiam Damasceni, adjutrix hæc Adami dicta est ad humani generis propagationem. Itaque somnum Adamo gravissimum Deus immittit, unaque ex costis detracta mulierem ex ea construit. Hac Adamus

Μετὰ ταῦτά φησι « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν, » τουτέστιν αὐτῷ τε κατὰ πάντα ἐμφερῆ καὶ τῇ φύσει αὐτοῦ. Μὴ μέντοι γε καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, ὅτι μηδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυγχάνουσι ταῦτα μέτοχα φύσεως. Ἀλλ' ἐνταῦθα Μάνης ψεύστην τὸν Θεὸν εἶπεν, ὁμοίως καὶ Ἀκύλας· τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν ἐναντίως αὐτῷ ἐξέδοτο, ἐπεὶ τάχα τὸν Ἀδὰμ αὕτη παραδῦναι πεποίηκε, κἀντεῦθεν ὁ βοηθὸς ἐπίβουλος γέγονε. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον τὸν Δαμασκηνόν τε Ἰωάννην βοηθὸς αὕτη τῷ Ἀδὰμ εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κεχρημάτικε σύστασιν. Ἔκστασιν οὖν ἐπιβάλλει τῷ Ἀδὰμ, καὶ μίαν τῶν αὐτοῦ πλευρῶν ἐξελὼν οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα. Ἦν καὶ θεασάμενος ὕστερον ὁ Ἀδὰμ « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου » προφητικώτατα ἔφησεν. Οὐδὲ γὰρ ἡ γυνὴ καὶ εἰσέτι τὸν αὐτὸν

[53] Gen. II, 18.

(19) Quis sit Pyron ille chronologus Christianus, vel, ut ms. habet, Πύῤῥων, jampridem, sed frustra, inquiro; nullum enim apud veteres, quod hactenus subodoratus sim, illius Annalium vestigium.

τρόπον ἐξ ἀνδρὸς μόνου γενήσεται, ἀλλ' ἐκ συναφείας ἀμφοτέρου καὶ νόμου γαμικοῦ.

A deinde conspecta verissime vaticinans dixit : « Hoc nunc demum os ex ossibus meis est [84]. » Nam mulier minime deinceps eodem modo exsistet e viro solo, sed per amborum conjunctionem et conjugii legem procreabitur.

Οὐκοῦν ἐπιβάλλει ὁ Θεὸς ἔκστασιν τῷ Ἀδάμ, καὶ μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ λαβὼν τὴν Εὔαν οἰκοδομεῖ. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν μὴ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ γῆς προελθεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδάμ, ὡς ἐντεῦθεν φίλτρον ἐντεθῆναι τοῖς ὁμοζύγοις. Ἐπιβάλλει οὖν ἔκστασιν, ἤτοι κάρον ἐντίθησι τῷ Ἀδάμ, ὡς μὴ λαβεῖν ὀδύνης αἴσθησιν ἐν τῇ ἀφαιρέσει τῆς πλευρᾶς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, κἀντεῦθεν ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τὴν ὁμόζυγον. Ἀφαιρεῖται γοῦν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ οἰκοδομεῖ τὴν γυναῖκα, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεπλήρωσεν ; Ἵνα μὴ ἔχῃ μετὰ τὴν τοῦ ὕπνου ἀπαλλαγὴν ἐκ τοῦ λείποντος αἰσθάνεσθαι τοῦ γεγονότος· εἰ γὰρ ἐν τῷ τῆς ἀφαιρέσεως καιρῷ ἠγνόησεν, ἀλλ' ὅμως ἔμελλε μετὰ ταῦτα ἐπιγινώσκειν τὸ γεγονός· ἐφ' ᾧ διὰ σαρκὸς τὴν τῆς πλευρᾶς ἀνεπλήρωσεν ἔλλειψιν.

Hoc pacto consopivit Adamum Deus, sumptaque costa ipsius una Evam construxit. Nam necessarium erat Evam non itidem, ut in Adamo factum erat, e terra provenire, sed ex ipsa potius Adami essentia, quo hac ratione mutuus amor conjugibus inderetur. Et somnum ei gravem immittit, ne sensum aliquem doloris in ademptione costæ perciperet, quemadmodum Chrysostomus ait, **83** eaque de causa conjugem hostili quodam odio prosequeretur. Itidem costam unam sumit, de qua mulierem construit, ejusque locum carne complet. At quamobrem complet? Ne somno excitatus, per id quod aberat, sentire quod acciderat posset. Quamquam enim hoc ademptionis tempore ignorasset, tamen deinceps animadversurus erat. Quapropter carne Deus costæ defectum supplevit.

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. » Τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ προσεκτέον κἀνταῦθα. Φησὶ γὰρ ὅτι διπλῆ ἡ αὔξησις, ἡ μὲν σώματος, ἡ δὲ ψυχῆς· ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ σώματος αὔξησις ἡ ἀπὸ τοῦ μικροῦ εἰς τὸ καθῆκον μέγεθος ἀποκατάστασις, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς αὔξησις διὰ τῶν μαθημάτων προσεπιγίνεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης περὶ ψυχῆς οὕτω φησὶν, ὅτι ἅπαξ λαβοῦσα τὸ εἶναι παρὰ Θεοῦ πρὸς αὔξησιν οὐκέτι καθ' ἑαυτὴ καὶ τὸ σῶμα χωρεῖ· πῶς καὶ γὰρ ἄποσος αὕτη καὶ ἀσχημάτιστος οὖσα, ὡς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ; Τελεία μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ νοερὰ ἔκτιστο ψυχὴ, εἰ καὶ κατὰ μικρὸν δοκεῖ συναύξειν τῷ σώματι. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Νύσσης φησί· « Τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ὑποκειμένου ὀργάνου φαίνεται. Ἡ γὰρ πρὸς τὴν ἐμπαθῆ καὶ ζωώδη γένεσιν κοινωνία οὐκ εὐθὺς ἐκλάμπειν τῷ πλάσματι τὴν θείαν εἰκόνα ἐποίησεν, ἀλλ' ὁδῷ τινι ἀκολουθίᾳ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἄλλης τῷ νηπίῳ καὶ ἑτέρας τῷ τελείῳ ἐγγινομένης ψυχῆς, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀτελές, ἐν τούτῳ δὲ δεικνυούσης τὸ τέλειον. » Τελεία μὲν οὖν ἡ ψυχὴ καὶ ἐν βρεφικῇ ἡλικίᾳ, ἀδυνατεῖ δὲ τὴν ὅλην αὐτῆς δεικνύειν ἐνέργειαν. Καθάπερ γὰρ μουσικὸς ἄριστος ἐν μὲν μικροῖς αὐλοῖς στενόν τι καὶ ἔκτροπον μέλος ἀπῄχησεν, ἡνίκα δὲ εὐρυπόρους εὗρῃ αὐλοὺς, τότε τὴν αὐτοῦ τέχνην ὅλην ὑπέδειξεν, οὕτω καὶ ψυχὴ, ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ διέξεισιν ἔπεσι· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ ὀργάνου διάθεσιν οὕτω κἀκείνη τὴν ἐνέργειαν δείκνυσιν.

« Dixit Deus : Augescite, multiplicamini, replete terram. » Hoc in loco Basilii verbis animum advertito. Tradit enim duplex incrementum esse, quorum aliud sit corporis aliud animæ. Corporis incrementum est de statura parva convenientem ad magnitudinem pervenire. At incrementum animæ per disciplinas consequimur. Etiam Chrysostomus de anima inquit, eam cum semel a Deo suam naturam et exsistentiam nacta est, more corporis ad incrementum aliquod aliud nequaquam tendere. Nam qui fieri posset hoc in anima, quæ tanquam imago Dei tam quantitatis expers est quam figuræ? Quamobrem anima intelligentiæ vi prædita sic est a Deo condita, ut statim ab initio perfecta sit, etiamsi paulatim una cum corpore videatur incrementum aliquod sumere. Perspicuum hoc est ex hisce Nysseni Gregorii verbis : « Animæ forma pro instrumenti subjecti ratione conspicitur. Cum enim particeps natura nostra sit ejus ortus, qui et vitiis obnoxius et animalium rationis expertium ortui affinis est, fieri nequit ut hominis in figmento statim divina imago elucet, sed via quadam ac serie hominem ad perfectionem pervenire necesse est; non quod alia infanti, alia matura ætate viro indatur anima, sed una eademque anima in illo quidem imperfectionem suam, in hoc perfectionem demonstrante. » De quo jam colligi potest animam in ipsa etiam infantili ætate perfectam esse, verum facultatem suam et efficacitatem omnem declarare necdum posse. Quemadmodum enim musicus præstantissimus minutis in tibiis exile atque absonum carmen canit, at cum tibias adeptus est amplas, tum scilicet artem suam totam demonstrat, sic et anima : « Debilibus cum membris debilis ipsa, de validis elucet, et omnem denique mentem ostentat, » quemadmodum Gregorius cognomento Theologus in commentationibus suis, quas versibus est complexus (1), inquit. Nam prout instrumentum affectum fuerit, ipsa quoque vim et efficacitatem suam declarat.

[84] Gen. II, 23.

(1) Greg. *De anima.*

«Augescite, inquit Deus, multiplicamini, replete A terram,» non eam quidem inhabitatione, sed imperio vestro, quemadmodum hæc verba magnus ille Basilius interpretatur. Nec enim homines necesse habent 84 vel perustam illam a sole terram vel cultus omnis expertem vel frigore nimio inutilem vel inaccessam replere : sed hac voce Deus nobis jus replendæ terræ concessit. Nosque adeo replemus eam ex rationis arbitrio. Posteaquam enim perspeximus quantum spatium terra perusta et inhabitabilis occupet, quantum aquilonale clima, quod nimii frigoris causa nequit excoli et est inutile, annon terram reliquam complevimus? Annon delecta ejus utili parte, quidquid habitationi hominum est inutile, relinquimus?

« Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.» Πλὴν οὐ τῇ οἰκήσει, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Οὐ γὰρ δήπου καὶ τὴν διακεκαυμένην καὶ ἀγεώργητον καὶ τὴν κατεψυγμένην καὶ ἄβατον κατ' ἀνάγκην οἱ ἄνθρωποι πληροῦσιν· ἀλλὰ κυρίους ἡμᾶς ἐποίησε πληροῦν. Καὶ πληροῦμεν αὐτὴν τῷ λογισμῷ. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν πόσον μέτρον τῆς διακεκαυμένης καὶ ἀοικήτου, ὅταν ἴδωμεν πόσον τὸ κλίμα τὸ βόρειον, ὃ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ψύξιν ἀγεώργητόν ἐστι καὶ ἄχρηστον, οὐκ ἐπληρώσαμεν τὴν γῆν, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον ἐκλεξάμενοι, τὸ ὅσον ἄχρηστον εἰς διαμονὴν ἀνθρώποις ἀπεπεμψάμεθα.

«Dixit item Deus : En ego concessi vobis omnes B frugiferas arbores, quibus ad alimoniam et vos utamini et omnes bestiæ terrestres [a]. Hic animum advertito. Deus quidem piscium et animalium reliquorum dominum fecit hominem, verum ut iis vesceretur non permisit. Nimirum hæc prima lex tantum homini fructuum usum concedebat, cum adhuc paradiso dignus esset. Itaque tam homines quam aereæ volucres et terestres bestiæ fructibus arborum, herbis, gramine vescebantur. Et quamquam hodie leo, pardalis, aliæ feræ cruentis mactationibus cibisque delectentur, tamen id temporis hæc etiam animalia legi naturæ subdita fructibus tantum alebantur. Ac posteaquam Deus hominem jam factum intemperantiorem vidit, altera lege post diluvium potestatem ei facit omnibus vescendi. C Cuncta vobis, ait, perinde fruenda concedo ut herbarum olera. Propter hanc concessionem reliqua etiam animalia quibuslibet vesci cœperunt. Itaque leo carnivorus ab eo tempore fuit, et mortiena vultures observant. Nec enim id temporis quo primum oriebantur animalia, terram vultures circumspectabant, ut ad pastum cadavera consequerentur, sed in pratis alimoniam quærebant. Videmus et hodie canes medicamenti causa gramine sæpenumero pasci, non quod hoc nutrimento velut idoneo vescantur, sed quia doctrina quadam naturæ, discendo non percepta, tendunt ad ea rationis expertes bestiæ quæ ipsis utilia sunt. Ejusmodi fuisse tunc animalia carnivora cogitabis, quæ gramine scilicet vesci consueverint, non sibi invicem insidiari. Facta est igitur fruitionis horum concessio post diluvium, sicut indicatum est hactenus. Enimvero sunt hodieque nonnulli, qui vitam suam ad imitationem vitæ paradisi, quantum ejus fieri potest, instituentes a nimium crassa illa ciborum fruitione abhorent, ac tum fructibus tum seminibus et omnibus iis quæ de arboribus proveniunt utuntur. Quæcunque scilicet præter hæc supervanea sunt, tanquam non necessaria recusamus. Etenim nec abominabilia putari debent propter creatorem, nec exp[illegible]tenda magnopere propter carnis luxum et ad delicias propensionem.

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πᾶν ξύλον ὃ ἔχει καρπὸν ἐν ἑαυτῷ. Ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Πρόσεχε οὖν· ἄρχοντα μὲν γὰρ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν λοιπῶν ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτῶν αὐτῷ συγκεχώρηκεν. Ὥστε ἡ μὲν πρώτη νομοθεσία καρπῶν ἀπολαύειν ἐνδέδωκεν. Ἔτι γὰρ ἐνομιζόμεθα ἄξιοι τοῦ παραδείσου εἶναι· καρπὸς λοιπὸν καὶ χλόη καὶ χόρτος ἡμῖν εἰς βρῶσιν, τοῖς πετεινοῖς τε τοῦ οὐρανοῦ καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Εἰ γὰρ καὶ νῦν αἵμασι χαίρουσιν ὅ τε λέων καὶ ἡ πάρδαλις, ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποτεταγμένα καρποῖς διετρέφετο. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Θεὸς ἐκδεδιητημένον εἶδε τὸν ἄνθρωπον, δευτέρῳ νόμῳ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντων αὐτῷ συγχωρεῖ τὴν ἀπόλαυσιν, « Ταῦτα πάντα ὡς λάχανα χόρτου φάγεσθε » εἰπών. Ταύτῃ μὲν οὖν τῇ συγχωρήσει καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα τοῦ ἐσθίειν ἔλαβον ἄδειαν. Ἐξ ἐκείνου δὲ λοιπὸν αἱμοβόρος ὁ λέων, ἐξ ἐκείνου καὶ γῦπες ἀναμένουσι θνησιμαῖα. Οὐ δήπου γὰρ καὶ γῦπες ἅμα τῷ γεννηθῆναι ζῶα περιεσκόπουν τὴν γῆν, ὡς ἐκεῖθεν οὗτοι τραφῶσιν· ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς λειμῶνας περιήρχοντο. Καὶ νῦν γὰρ κύνας ὁρῶμεν θεραπείας ἕνεκεν πολλάκις ἄγρωστιν ἐπινεμομένους, οὐχ ἐπειδὴ συμφυής ἐστιν ἡ τροφὴ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδιδάκτῳ τινὶ φύσεως διδασκαλίᾳ ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔρχεται τὰ ἄλογα. Τοιαῦτα λόγισαι εἶναι καὶ τότε τὰ αἱμοβόρα τῶν ζώων, χόρτον ἑαυτοῖς εἰς τροφὴν ἐπινοεῖν, οὐ μὴν ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοντα. Συγκεχώρηται οὖν, ὡς εἴρηται, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἡ ἀπόλαυσις, πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ ζωῆς ἑαυτοῖς ἄγειν βουλόμενοι, φεύγοντες ταύτην τὴν πολύυλον ἀπόλαυσιν τῶν βρωμάτων, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν βίον, καθὼς οἷόν τέ ἐστιν, ἑαυτοὺς ἀγόμενοι, καρποῖς καὶ σπέρμασι καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἀκροδρύων εἰς διαγωγὴν χρώμενοι· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἀποστρεφόμεθα· οὐ γὰρ βδελυκτὰ διὰ τὸν κτίσαντα, οὐδὲ αἱρετὰ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς εὐπάθειαν.

De carnium visceratione.

85 Novi te, dilecte fili, hac etiam in parte non

Περὶ κρεωδαισίας.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ τούτῳ ὑπόρηκας

[a] Gen. I, 29.

οὐ μικρῶ, λέγων « Εἰ κρεωδαισία; οὐκ ἦν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καιρὸς, τίνος ἕνεκεν ὁ Ἄβελ ποιμὴν προβάτων ἐγένετο; » Ἀλλ' εἰδέναι κἀνταῦθα ὀφείλεις ὅτι περιβολαίων ἕνεκεν ἡ τῶν θρεμμάτων ἐπενοήθη φροντίς, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης εἰς τὴν Ἑξαήμερον ἐννάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησί. Πειθέτω δέ σε πρὸς τούτοις ἡ ἁγία Γραφὴ περὶ τῶν πρωτοπλάστων οὕτω λέγουσα, « Καὶ χιτῶνας δερματίνους ἐνέδυσεν αὐτούς. » Ἔκτοτε γὰρ ἔδειξεν ὁ Θεὸς τό τε χρήσιμον ὁμοῦ τῆς περιβολῆς καὶ ἀπέριττον. Ὠκονόμησε γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἐρίων τῶν προβάτων τὰ ἐνδύματα τοῖς ἀνθρώποις κατασκευάζεσθαι, οὐδενὸς ἑτέρου ἕνεκεν ἢ ὥστε σκέπην γενέσθαι, καὶ μὴ τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς ἀλόγοις ἐν γυμνότητι καὶ ἀσχημοσύνῃ διάγειν. Ἡ τοίνυν τῶν ἱματίων περιβολὴ ὑπόμνησις ἡμῖν γινέσθω διηνεκὴς τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐκπτώσεως, καὶ τῆς τιμωρίας διδάσκαλος· ἣν διὰ τὴν παρακοὴν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐδέξατο. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Ἀδὰμ ὁ Θεός· « Ἀπὸ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. »

A parum hæsitare. Si carnium, dices, ante diluvium non erat usus, cur tandem Abelus erat opilio? Verum scire debes pecudum curam inventam fuisse vestimentorum causa, quemadmodum in oratione de sex dierum operibus 9 Chrysostomus inquit. Ejusdem fidem tibi Litteræ sacræ facient, de primum formatis hominibus ita loquentes: «Et pelliceis tunicis eos Deus indúit [66].» Nam hoc ipso Deus et utilitatem hujus amictus ostendit et simplicitatem inelaboratam. Voluit enim certo consilio de lanis ovium vestes hominibus fieri, alia certe nulla de causa quam ut tegumentum haberent, neu rationis hoc particeps animal, brutorum more, quadam cum deformitate ac inverecundia nudum incederet. Et quidem hic vestimentorum amictus B perpetua nobis sit commonefactio lapsus ejus quo tantis bonis excidimus, deque pœna nos eruditat qua genus humanum propter inobedientiam afficitur. Cæterum hæc quoque Deus ad Adamum protulit: «Omnibus paradisi arboribus vesceris, præter arborem scientiæ boni atque mali. Nam ea quocunque die vescemini, morte multabimini.»

Περὶ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν.

Ἀλλ' ἐνταῦθα προσοχῆς, ἀγαπητὲ, χρεία πολλῆς. Διαφωνία καὶ γὰρ οὐ μικρὰ παρὰ πᾶσι σχεδὸν περί τε τῆς φύσεως τοῦ φυτοῦ ἐκείνου καὶ τῆς βρώσεως αὐτοῦ. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ βρώσεως ἐμφορεῖσθαι λέγουσι τὸν Ἀδὰμ αἰσθητῆς, ποιεῖν τε καὶ πάσχειν ὅσα μετὰ τὴν βρῶσιν ἐξ ἀνάγκης τῇ C θνητῇ φύσει παρέπεται. Ὅθεν ἀναγκαῖον περὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ Ἀδὰμ διαλαβεῖν πρότερον. Οὕτω γὰρ ἐπιγνωσόμεθα κατά γε τὸ ἐγχωροῦν τίς τε ἡ βρῶσις ἣν αὐτὸς ἐν τῷ παραδείσῳ ἤσθιεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ τὸ φυτὸν ὁποῖόν ἐστιν ἄρα τὴν φύσιν ἐτύγχανεν. Πρόσεχε οὖν. Τὸν Ἀδὰμ ἄλλοι μὲν θνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναί φασιν, ἕτεροι δὲ μέσην αὐτὸν ἔχειν διισχυρίζονται τάξιν, τουτέστιν ἀθανασίας εἶναι μέσον αὐτὸν καὶ θνητότητος· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν, οὐκ ἂν ὑπέπεσε θανάτῳ μετὰ τὴν παράβασιν. Ἀλλ' ἄφες αὐτούς, εἶγε καὶ μᾶλλον ὁ σοφὸς Σολομὼν ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτως εὕρηται λέγων· « Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε καὶ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ. Φθόνῳ δὲ τοῦ D διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. » Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἰδιότητος αὐτοῦ, πῶς εἴπωμεν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι φθορᾷ καὶ θνητότητι, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ θάνατον, ὡς εἴρηται, μὴ ποιήσαντος ἀπ' ἀρχῆς; Εἰ γὰρ εἴπωμεν ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο καὶ φθορᾷ κατά τι τρόπον ὑπέκειτο, οὐδέν τι παρεστώμεν ἕτερον ἢ ὅτι παρὰ Θεοῦ τὸ κατάρχειν ἡμῶν ἔσχεν ἡ τε φθορὰ καὶ ὁ θάνατος. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ὅτι μηδὲ θανάτου, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, ποιητὴς ὁ Θεός. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον. Εἰ μὲν γὰρ ὅτε παρήγαγε τὸν ἄνθρωπον ὁ

De arbore cognitionis.

Accurate hic, dilecte fili, quid dicatur advertito. Nam dissensio non exigua propemodum inter omnes est tum de arboris hujus natura tum fruitione. Neque de hoc tantum, sed etiam nonnulli volunt Adamum cibo sensili fuisse satiatum, eaque tum fecisse tum passum esse quæ a pastu necessario naturæ mortali consueverunt accidere. Quapropter ipsa requirit necessitas ut de ipsius Adami natura prius quædam exponamus. Nam ea ratione cognoscemus, quantum quidem ejus fieri poterit, quis cibus ille fuerit quo in paradiso vescebatur Adamus, et quæ arboris scientiæ natura exstiterit. Adamum alii quidem a Deo conditum fuisse mortalem dicunt, alii vero medio quodam loco constituunt, nimirum inter immortalitatem et mortalitatem. Etenim absque hoc foret, ut ipsi quidem inquiunt, non post transgressionum morti fuisset factus obnoxius. Enimvero tu hos missos facito, quando sapiens ille Salomon in Sapientia sua tradit [67] Deum mortem non condidisse, imo in statu interitus experte creavit hominem **26** ad imaginem æternitatis suæ. Verum deinceps invidia diaboli mors in mundum venit. Quare si Deus in statu interitus experte ad imaginem æternitatis suæ condidit hominem, quo pacto dici a nobis potest Adamum interitui mortalitatique ulla ex parte obnoxium fuisse? præsertim cum mortem, ceu dictum est, ab initio minime Deus condiderit. Nam si dicamus Adami corpus illud interitui quodam modo subjectum fuisse, nihil aliud significabimus nisi auctore Deo ab initio statim interitum ac mortem in nos imperium habuisse. Nequit autem hoc verum esse, nequit, cum mors a Deo, sicuti diximus, profecta

[66] Gen. III, 21. [67] Sap. I, 13; II, 23.

non fuerit. Quapropter omnis hic dubitatio tollatur. Nam si statim, cum hominem conderet Deus, ad eum dixisset : « Quacunque die vescemini de hac arbore, morte multabimini, » habuissent sane quod objicerent, qui Adamum inter immortalitatem ac mortalitatem medium quasi faciunt. At cum post creationem ipsius non exiguo interjecto spatio lex hæc promulgata fuerit, per quam mors occasionem adversus nos arripuit, prorsus hic hæsitare non debebant, qui Litteras sacras et attente nec sine convenienti pervestigatione se legere profitentur. Igitur ab initio rerum Deus hominem in statu interitus experte condidit, hoc est immortalem in ortum produxit ad imaginem æternitatis suæ.

Nihil hic difficultatis objici tibi patitor. Habes Anastasium Sinaitem, virum divinum, qui in oratione sua de Resurrectione sic inquit : « Condidit hominem Deus, et quidem Dei ad imaginem eum condidit. Hæc prima fuit creatio, simplex, nullum conjugii vinculum habens, interitus expers. » Quodsi prima creatio fuerit expers interitus, quemadmodum sanctus hic vir ait, quid de homine primo dicemus? nimirum Deus eum statim ab initio expertem interitus condidit et dono immortalitatis ornavit. Quæ quidem verba nequaquam mea sunt, sed vir eximius Andreas antistes Cretensis in oratione sua De iis qui obdormierunt in hunc modum loquitur : « Cum hominem creasset Deus, hoc ei dignitatis largitus est ut esset particeps rationis, intelligendi facultate præditus, immortalis, interitus expers. » Quodsi dignitatem hanc immortalitatis homini Deus concessit, qui fieri potest, ut eumdem pariter et mortalem et immortalem dicamus, vel obnoxium interitui pariter et interitus expertem? nequit hoc prorsus mea quidem opinione fieri. Nam morti vel interitui subjecta conditio tribui.

87 Enimvero scire quidem nequeo quibus hi causis permoti non modo non miscenda misceant, cum Adami corpus medio inter immortalitatem ac mortalitatem loco constituunt, sed etiam naturales affectiones atque morbos ei tribuere non verentur, qui ante peccatum tam illarum affectionum quam interitus expers erat, et quidem hoc ipsum citra demonstrationem aliquam e sacris petitam Litteris faciant. Quapropter nihil hic tibi verendum est. Nam hominem ad imaginem Dei conditum talli ab initio natura præditum fuisse, nimirum immortali et interitus experte, ac præterea corpus illud Adami nullo modo ulli passioni obnoxium fuisse, supra interitum scilicet omnem positum, Joannes ille noster Chrysostomus et prolixius et clarius te docebit. Etenim fuere nonnulli tam in hoc corpore interitui obnoxio carpendo et elevando acerbi, ut etiam indignum dicerent quod a Deo conditum existimetur. Si figmentum, aiebant, manuum Dei foret, non tot miseriis et ærumnis esset obnoxium. Adversus hos ille in hunc modum disserit : « Nemo mihi hominem hunc objiciat, qui offendit, qui condemnatus est, qui affectus ignomi-

A Θεὸς, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· « Ἧι δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, » εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ μέσον αὐτὸν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγοντες. Ἐπεὶ δὲ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον ἐδίδοτο τὰ τῆς ἐντολῆς, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε καθ' ἡμῶν (« Ἐὰν γὰρ φάγητε, » φησὶ, « θανάτῳ ἀποθανεῖσθε »), ἀμφιβάλλειν ὅλως οὐκ ἔπρεπε τοὺς ἐπερχομένους τέως ἐρευνητικῶς τὴν Γραφήν. Ἔκτισε μὲν οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς, τουτέστιν ἄφθαρτον αὐτίκα παρήγαγε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ.

Ἀλλὰ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν. Ἔχεις τὸν B Σιναΐτην θεῖον Ἀναστάσιον ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω λέγοντα· « Καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος. » Εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ διαληφθεὶς οὗτος ἔφη θεῖος ἀνὴρ, περὶ τοῦ πρώτου ἐκείνου τί χρὴ καὶ λέγειν ἀνθρώπου; Ἄφθαρτον μὲν γὰρ αὐτὸν ὁ Θεὸς αὐτίκα παρήγαγεν, ὡς ἤδη προείρηται, καὶ ἀθανασίᾳ τετίμηκε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα. Ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης ἐν τῷ εἰς κοιμηθέντας λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτως εὕρηται λέγων· « Πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀξίωμα δέδωκεν αὐτῷ τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν καὶ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. » Εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀθάνατον ὁ Θεὸς, πῶς λοιπὸν αὐτὸν θνητὸν C καὶ ἀθάνατον εἴπωμεν, ἢ φθαρτὸν ὁμοίως καὶ ἄφθαρτον; Ἀνένδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστὶν, ὅτι μηδὲ προσήκει τῷ ἀθανάτῳ καὶ ἀνωλέθρῳ προσάπτειν ὅλως τὸ θνητὸν καὶ ἄφθαρτον

immortali et interitus experti nequaquam potest vel

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πόθεν ἐκεῖνοι λαβόντες τὰς ἀφορμὰς οὐ τὰ ἄμικτα μιγνύουσι μόνον, ἡνίκα δηλαδὴ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο μέσον ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πάθη φυσικὰ τῷ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπαθεῖ καὶ ἀφθάρτῳ προσάπτειν οὐ παραιτοῦνται, καὶ ταῦτα χωρὶς ἀποδείξεως γραφικῆς. Ἀλλὰ μὴ δέδιθι τούτου ἕνεκεν. Ὅτι μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τοιαύτης ὑπῆρχε φύσεως ἀπ' ἀρχῆς, ἀφθάρτου δηλαδὴ καὶ ἀθανάτου, D καὶ ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖνο καθ' οἷον δή τινα τρόπον οὐκ ἔπασχε, φθορᾶς ἁπάσης ὑπέρτερον ὄν, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐπὶ πλέον διδάξει σε σαφέστερον ἅτε δὴ τὸν περὶ τούτου λόγον ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀνδριάντων ποιούμενος. Ὑπειδὴ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο φθαρτὸν διασύραντες ἦσαν ἐπὶ τοσοῦτόν τινες, ὥστε καὶ ἀνάξιον αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἀποκαλεῖν (ἔλεγον γὰρ ὡς εἴγε πλάσμα τῶν θείων ὑπῆρχε χειρῶν, οὐκ ἂν οὕτω μυρίοις ὑπέκειτο πάθεσι), τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς λόγοις ἐχρήσατο· « Μή μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον λεγέτω τις τὸν προπεχρουκότα, τὸν καταδικασθέντα, τὸν ἠτιμωμένον, ἀλλ' εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ὁποῖον ἐξ ἀρχῆς ἔπλασε τὸ σῶμα ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τὸν παράδεισον ἔλθωμεν

καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἄνθρωπον ἴδωμεν. Οὐ γὰρ οὕτως τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθαρτὸν καὶ ἐπίκηρον ἦν, ἀλλὰ καθάπερ τις χρυσοῦς ἀνδριὰς ἀπὸ χωνευτηρίου προελθὼν ἄρτι καὶ λαμπρῶς ἀπαστίλβων, οὕτως πάσης φθορᾶς τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἀπήλλακτο, καὶ οὔτε πόνος ἠνώχλει, οὔτε ἱδρὼς ἐλυμαίνετο, οὐ φροντίδες ἐπεβούλευον, οὐκ ἀθυμίαι ἐπολιόρκουν, οὐ ῥύπος, οὐ δάκρυον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐλύπει παθῶν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὸν εὐεργέτην ἐξύβρισε, Θεός τε γενέσθαι ἤλπισε, καὶ μείζω τῆς οἰκείας ἀξίας ἔλαβεν ἔννοιαν, τότε δή, τότε σωφρονίζων αὐτὸν ὁ Θεὸς φθαρτὸν αὐτὸν ἐποίησε καὶ θνητὸν, καὶ ταῖς πολλαῖς ταύταις ἀνάγκαις κατέδησε. » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Ἰωάννης. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄφθαρτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσε· τὸ γὰρ οἵᾳ δή τινι φθορᾷ μὴ ὑποκείμενον ἄφθαρτον ὁμολογουμένως ἐστίν.

nia : sed siquidem scire vultis qualenam ab initio corpus nobis Deus formaverit, ad paradisum nosmet conferamus et hominum illum principem intueamur. Nec enim corpus ipsius interitui obnoxium et caducum erat, sed instar aureæ statuæ recens eductæ de fornace mirificeque splendentis ab omni corpus illud interitu erat immune. Non illi molestus erat labor ullus, non a sudore lædebatur, non insidiabantur ei curæ, non mœrores ipsum oppugnabant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quidquam ejusmodi affectionum vexabat. Verum posteaquam adversus beneficum erga se Deum petulanter gessit, et Deum se evasurum speravit, et majora quam ipsius dignitas ferret animo concepit, tum vero castigans eum Deus interitui mortique reddidit obnoxium, ac variis hisce necessitatibus adstrinxit. » Hæc hominis illius divini verba sunt, quorum auctoritate si corpus Adami dicamus interitus expers fuisse, recte id quidem facturi sumus: nam quod nulli subjectum est interitui, haud dubie fatendum est interitus expers esse.

Εἰ δὲ ἄφθαρτον, πῶς ἄρα καὶ τίνα τρόπον ἔπασχε, τοῦτο μαθεῖν ἀξιοῦμεν. Ἡμεῖς γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν ἐννοῆσαι, πῶς ὑπέπιπτε πάθεσι σῶμα πάσης ἀπηλλαγμένον φθορᾶς, οὐκ ἐσμὲν ἱκανοὶ, καὶ διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν μαθεῖν. Ὅτι δὲ ἄφθαρτον ἐκεῖνο τὸ σῶμα καὶ ἀθάνατον ἦν, ὁ μακάριος ἔδειξε Κύριλλος ἐν τῷ εἰς τὴν ἐημιουργίαν τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ αὐτοῦ, κατὰ λέξιν οὕτως εἰπών· « Ἐπεποίητο μὲν ἀπὸ γῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, ἄμεινον δὲ θανάτου καὶ φθορᾶς ἦν· ἐνεφύτευσε γὰρ αὐτῷ τὴν ζωὴν ὁ τῆς ζωῆς χορηγός. » Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος αὐτὸ τοῦτο παριστῶν ἔλεγε· « Πλάσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς αἰωνίου ζωῆς ἀπόλαυσιν αὐτῷ ἐχαρίσατο. » Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ θειότατος Βαρλαὰμ οὕτω πρὸς Ἰωάσαφ εὑρηται λέγων· « Τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον ὁ Θεὸς αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησεν. » Ἀλλ' ὅρα, καὶ μὴ παρέργως ἐπέρχου τὰ τοιαῦτα θεῖα ῥητά. Ἅμα μὲν γὰρ ὁ κατ' εἰκόνα παρήγετο, καὶ ἅμα τῆς αὐτεξουσιότητος ἠξίωτο καὶ τῆς ἀθανασίας ὑπὸ Θεοῦ. Καὶ πῶς λοιπὸν αὐτὸν εἴπωμεν ἀθανασίας εἶναι καὶ θνητότητος μέτοχον; Ἀσυλλόγιστον, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦτο λίαν ἐστίν. Εἰ γὰρ ἐννοῆσαι εἴχομεν ὅτι βασιλέα κατέστησε τῶν ἐπιγείων αὐτὸν, ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτὸν πρότερον, οὐκ ἂν ἐκεῖσε καὶ θνητότητα παρεμιγνύομεν, οὐκ ἂν ἀσυλλόγιστα τὰ τοιαῦτα διενοούμεθα περὶ τοῦ γεγεννημένου κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης αὐτὸ τοῦτο παρίστησι, διεξιὼν οὕτωσὶ κατὰ λέξιν ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον κατ' ὁμιλίᾳ αὐτοῦ· « Δημιουργήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἠβουλήθη πάντων τῶν ὁρωμένων τὴν ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν. Διὸ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο. βουληθεὶς εἶναι αὐτὸν καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ὤλισθε καὶ παρέβη τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν, οὐδὲ οὕτως ἀπεστράφη τέλεον αὐτὸν, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀθανασίας ἀπεστέρησε, θανάτῳ δὲ καταδικάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀφῆκε σχεδὸν εἶναι ἀρχῆς. »

Quodsi expers interitus fuit, quo pacto tandem aliquid pati potuerit scire cupimus. Etenim cogitare per nos ipsos, qui corpus ab omni liberum ac immune interitu sub affectiones cadere potuerit, non satis possumus; ideoque per alios hoc ipsum expetimus cognoscere. Corpus quidem 88 illud expers interitus et immortale fuisse, beatus etiam Cyrillus ostendit, in oratione sua de hominis creatione sic ad verbum disserens: «De terra quidem factum erat Adami corpus, sed idem supra mortem et interitum omnem positum erat: quippe vitam ei vitæ suppeditator et auctor inseverat.» Idem et a Basilio magno verbis his significatur: «Cum formasset hominem Deus, æternæ vitæ fruitionem ei largitus est.» Præter hos divinus ille Barlaamus ad Joasaphum in hanc sententiam scripsit: Hominem illum principem Deus voluntate libera præditum et ornatum immortalitate universarum rerum terrestrium regem constituit. Ipsa denique sacrarum Litterarum verba mihi aspice, nec obiter perlege. Simul enim homo ad imaginem Dei condebatur, et tam arbitrio voluntatis libero quam immortalitate divinitus donabatur. Quo igitur pacto dicemus eum pariter immortalitatis ac mortalitatis participem? Abhorret hoc scilicet ab omni ratione. Quippe si nobiscum recte possemus expendere quod hominem Deus terrestrium regem constituerit, ornatum ab se prius immortalitate, non hic mortalitatis quidquam immisceremus, non de condito ad imaginem Dei quidquam absurdi cogitaremus. Facit huc Joannis Chrysostomi locus, qui in oratione 21 de sex dierum operibus exstat: «Cum hominem, inquit, creasset Deus voluit eum in res universas aspectabiles imperium habere. Idcirco etiam ei naturam et essentiam animæ largitus est, quod eum perpetuo vellet immortalem esse. Ac tametsi per secordiam lapsus sit mandatumque sibi præscriptum transgressus, non tamen ipsum prorsus aversatus est, sed immortalitate spoliatum ac morte damnatum propemodum in eodem imperio reliquit.»

Hic autem notandum quod non solum Deus ipsum constituere voluerit aspectabilium regem, sed etiam hoc imperium ei concessum absolute fuisse rebus ipsis declararit. Quippe ad ipsum animalia cuncta deduxit, tametsi quid secuturum esset non ignoraret. Quo factum ut omnia servilem in modum ipsi astantia suas per ipsum appellationes acceperint. Ita per mentem intelligentiæ vi præditam Deus hominem etiam immortalitate ornavit. Quanquam enim futuram non multo post exorbitationem non nesciret, tamen cum ob solum cogitationis institutum damnare non vellet, consentanea Deo ratione consilium suum perficit; adeoque mentis participem, ut diximus, animam ei largitur, ut omnino immortalis esset. Enimvero cur hominem statim ab initio regem terrestrium et immortalem condidit? Ut hinc discamus etiam opificem illum nostri Deum cunctis illis supernis **89** potestatibus cum imperio præesse, necnon eumdem esse immortalem omnisque expertem interitus. Nam ea de causa pulvere sumpto inquit : « Faciamus hominem ad imaginem nostram. » Quod cum Salomo non ignoraret, « Deus, ait, mortem non condidit, sed in statu interitus experte ad imaginem æternitatis suæ hominem creavit [68]. » Ac tametsi deinceps eum ad mortem damnavit, non tamen diu consolationis egere permisit. Nam transfert Enochum, eaque re naturam nostram condocefacit ut immortalitatem illam exspectet, qua propter inobedientiam excidit. Audi quid hac in parte magnus ille Athanasius in oratione sua de Assumptione tradat : « Mors quidem intravit per inobedientiam, verum nihilominus suæ comminationis vigorem laxans Deus statim humano generi spem immortalitatis oriri facit, dum Enochum e medio rapit, eoque pacto nos docet metas immortalitatis exspectandas nobis esse. » Confirmant hæc et Christi discipuli, cum dicunt ea quæ Enocho et Eliæ acciderint, repræsentare nobis insigniter liberationem nostri ab interitu et vitam illam perpetuam. Ac de his quidem in hunc modum illi disseruerunt. Joannes autem Chrysostomus exposuit etiam illustrius hominem primum hac ab interitu immunitate præditum fuisse, idque per hæc ipsa verba : « Placuit Enochus Deo, propterea transfertur. Hic mihi Domini bonitatem intuere. Cum enim reperisset hominem egregia virtute præditum, non ea dignitate spoliat ipsum quam ante mandati violationem homini primum formato largitus fuerat. » Quodsi ita est, quid verbis est opus? Nam si primus homo immunitatem illam ab interitu habuit, quam ut homines exspectent Enochus translatus docuit, omnino perspicuum est quod a Deo talis conditus ab initio fuerit, qualem ex mortuis resurrecturum oracula divina tradunt. His tu fidem derogare noli. Nam et Anastasius ille Sinaites, in oratione sua de resurrectione, verbis his eadem apertissime tra-

[68] Sap. I, 13.

Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν ἄξιον. Οὐδὲ γὰρ ἠβουλήθη μόνον ὁ Θεὸς βασιλέα καταστῆσαι τῶν ὁρωμένων αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοῖς ἀπηρτισμένην ἔδειξε τὴν ἀρχήν. Ἦγαγε γὰρ τὰ ζῶα πάντα τηνικαῦτα πρὸς αὐτὸν, καίτοι γε τὸ μέλλον οὐκ ἀγνοῶν. Καὶ οὕτω τὰ πάντα δουλικῷ παριστάμενα σχήματι παρ' αὐτοῦ τὰς ἐπωνυμίας ἐδέχοντο. Οὕτω μὲν οὖν ἔφθασε διά γε τῆς νοερᾶς ψυχῆς καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν γενησομένην αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ παρεκτροπὴν οὐκ ἦν ἀγνοῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ καταδικάζειν ἐκ μόνης οὐ θέλει προαιρέσεως, τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν ἐπ' αὐτῷ θεοπρεπῶς ἐκπληροῖ, καὶ ψυχῆς αὐτῷ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μεταδίδωσι νοερᾶς, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀθάνατον εἰς τὸ διηνεκές. Ἀλλὰ γὰρ τίνος ἕνεκεν ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων ἐποίησε καὶ ἀθάνατον αὐτίκα τὸν ἄνθρωπον; Ἵνα μάθωμεν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ ὁ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς πασῶν ἄρχει τῶν ἄνω δυνάμεων, καὶ ὅτι ἀθάνατός ἐστι καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ προλαβὼν χοῦν ἔλεγε· « Κατ' εἰκόνα ποιήσωμεν τὸν ἄνθρωπον. » Ὃ δὴ καὶ ὁ Σολομὼν εἰδὼς, « Ὁ Θεὸς, ἔλεγε, θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ. » Πλὴν εἰ καὶ θανάτῳ κατεδίκασε μετὰ ταῦτα τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ἀπαραμύθητον εἶναι μέχρι πολλοῦ. Μετατίθησι γὰρ τὸν Ἐνὼχ, καὶ τηνικαῦτα τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ἡμῶν ἀθανασίαν ἐκείνην ἐκδέχεσθαι ἧς ἐξέπεσε διὰ τὴν παράβασιν. Καὶ ἄκουε τί περὶ τούτων φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ· « Θάνατος μὲν εἰσῆλθε διὰ τὴν παρακοὴν, λύων δὲ ὅμως τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκμὴν ὁ Θεὸς ἐλπίδα εὐθὺς ἀθανασίας ἀνέτειλε τῷ γένει, καὶ τὸν Ἐνὼχ ἐκ μέσου ἁρπάζει, κἀντεῦθεν τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ὅρους ἀθανασίας ἅμα ἐκδέχεσθαι. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῦσι καὶ οἱ μαθηταὶ Χριστοῦ λέγοντες ὅτι τὴν ἀπαφθάρτισιν ἡμῶν καὶ πολυζωΐαν τὰ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν ἐναργῶς παριστᾷ. Πρόσεχε οὖν· τὴν γὰρ ἀπαφθάρτισιν ἡμῶν καὶ ἀπαθανάτισιν ἀπὸ Θεοῦ λαβὼν ὁ Ἐνὼχ διὰ τῆς μεταθέσεως τὴν θνητὴν ἐδίδασκε φύσιν ἡμῶν, ὡς ἤδη προείρηται, ὅρους ἀθανασίας ἐκδέχεσθαι. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ χρυσόῤῥήμων Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν ὅτι τὴν ἀπαφθάρτισιν ταύτην ὁ πρῶτος ἐκεῖνος εἶχεν ἄνθρωπος, οὕτω κατὰ λέξιν εἰπών· « Εὐτρέστησεν Ἐνὼχ τῷ Θεῷ, καὶ μετατίθεται. Καὶ ὅρα Δεσπότου ἀγαθότητα. Εὑρὼν γὰρ ἄνδρα τὴν ἀρετὴν κατωρθωκότα οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῆς ἀξίας ἣν τῷ πρωτοπλάστῳ ἐχαρίσατο πρὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς. » Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, τί χρὴ καὶ λέγειν; Εἰ γὰρ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ἄνθρωπος τὴν ἀπαφθάρτισιν εἶχε ταύτην, ἣν ἐκδέχεσθαι τὴν θνητὴν φύσιν ἐδίδασκε μετατεθεὶς ὁ Ἐνὼχ, φαίνεται πάντως ὅτι τοιοῦτος ὑπὸ Θεοῦ παρήχθη κατ' ἀρχὰς ὁ ἄνθρωπος ὁποῖον αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι τὰ θεῖα φάσκουσι λόγια. Μὴ οὖν ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος

ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ τὸν περὶ τούτου λόγον ἀριδηλότερον ποιεῖται, καὶ οὕτω φησί· « Τοιοῦτον ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται τὸ σῶμα τὸ πεσὸν, ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀποβαλόμενον ἅπαν ὅπερ ἔφθασε διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπισυμβῆναι αὐτῷ. » Πρόσεχε οὖν. Εἰ γὰρ τοιοῦτον ἐγήγερται ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὲ ἐγειρόμενον ἐκεῖνο σῶμα τότε θανάτου καὶ φθορᾶς ἄμεινον ἐγερθῆναι ὡμολόγηται, καὶ βεβαιοῖ τὸν λόγον ὁ πάμμεγας Παῦλος οὕτω λέγων· « Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ τὸ σῶμα ἐκεῖνο, λέγω δὴ τὸ πρώτως ὑπὸ Θεοῦ ποιηθέν, ἀθάνατον ἀληθῶς ὑπῆρχε καὶ ἄφθαρτον, ὡς ἤδη πολλάκις εἰρήκαμεν. Αὐτὸ τοῦτο παρίστησι καὶ Νυσσαεὺς θεῖος Γρηγόριος, ἡνίκα καὶ μᾶλλον εὕρηται τὸ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ ῥητὸν ἐπεξηγούμενος τὸ διαλαμβάνον οὕτως ἐν λέξεσι· « Τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. Καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον. » Λέγει γὰρ ὅτι χειρὶ Θεοῦ πεποιημένος ἄνθρωπος οὐχ ὃ νῦν ἐστι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἦγουν τρεπτὸς καὶ φθαρτὸς, τοῦτο ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ὃ ποιηθήσεται ὕστερον, ἄτρεπτος δηλονότι καὶ ἄφθαρτος. Εἴπερ οὖν ὁ Θεὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε, κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομών· εἴπερ οὖν ἔδειξε τὸ οἰκεῖον φιλότιμον μεταδοὺς αὐτῷ ψυχῆς νοερᾶς ὡς εἶναι καὶ ἀθάνατον ἐς τὸ διηνεκὲς, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησιν· εἴπερ οὖν ζωῆς αἰωνίου ἀπόλαυσιν ἐχαρίσατο τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος· εἴπερ οὖν ἡ πρώτη ποίησις τοῦ Ἀδὰμ ἄφθαρτος ἦν, ὡς ὁ Σιναΐτης φησὶ θεῖος Ἀναστάσιος· εἴπερ οὖν ἀξίωμα δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς τὸ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον, ὡς ὁ θεῖος Ἀνδρέας εὕρηται λέγων· εἴπερ αὐτεξουσιότητι καὶ ἀθανασίᾳ τιμήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς βασιλέα πάντων τῶν ἐπιγείων κατέστησε, καθάπερ ὁ μακάριός φησι Βαρλαὰμ, πῶς λοιπὸν θνητὸν αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; ἀνένδεκτον, ὡς οἶμαι, τοῦτο καὶ λίαν ἐστί. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀνένδεκτον, εἴγε καὶ ὁ πολὺς ἐν Θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐκ ἐᾷ περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου τοιαῦτα φαντάζεσθαι; Παντὸς γὰρ ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος ἀνενδεᾶ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐκεῖνον εἰπὼν εἶναι, ἔδειξε προφανῶς ὅτι στολὴν ἀθανασίας ἠμφιεσμένος ἦν ὁ πρῶτος ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγειν οὐ θεμιτόν. Ἦν γὰρ ὑπέκειτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο πάθεσι φυσικοῖς καὶ φθαρτὸν ὁμολογουμένως ἦν, ἢ παθῶν παντοίων ὑπέρτερον ἦν, ὡς ὁ λόγος ἤδη διείληφε. Καὶ περὶ ἀφθαρσίας ἀμφιβάλλειν οὐ χρή· φαίνεται γὰρ ὅτι φθορᾷ οἱαδήποτε μὴ ὑποκείμενον ἀληθῶς ἄφθαρτον ἦν.

Οὕτω μὲν οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ φθαρτὸν ὁμολόγηται πρὸ τοῦ πάθους, ἐπειδὴ πάθεσι φυσικοῖς ὑπέκειτο, καὶ ἄφθαρτον αὖθις μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν·

A etat. Tale suscitatum est ex mortuis corpus, dudum collapsum, quale ab initio erat, rejectis atque depositis omnibus quæ prius ei per peccatum accidere. Velim his mihi verbis animum advertas. Si tali suscitatum est quale ab initio erat, etsi corpus illud, quod excitatur, sic suscitari constat ut supra mortem interitumque positum sit, quod ipsum magnus ille Paulus confirmat hisce verbis : « Oportet hoc corruptibile incorruptibili natura, et hoc mortale immortalitate indui [69], » plane perspicuum est etiam corpus illud, quod est omnium primo factum a Deo, revera immortale ac interitus expers fuisse (20), sicuti jam sæpe diximus. Idem et Nyssenus ille Gregorius **90** tradit, ubi dictum illud Ecclesiastæ declarat, cujus hæc verba sunt : « Quid est B quod fuit? idem illud quod erit. Quid factum? idem illud quod fiet [70]. » Inquit enim hoc loco manu Dei factum hominem, non quod nunc propter peccatum est, nimirum mutationi et interitui obnoxius, ab initio fuisse, sed quod deinceps ellicietur, expers scilicet mutationis et interitus. Quapropter si Deus in statu interitus experte condidit hominem ad imaginem æternitatis suæ, quemadmodum Salomo loquitur ; si honorem ei proprium detulit, communicata cum ipso anima intelligentiæ vi prædita, quo perpetuo immortalis esset, quemadmodum Chrysostomus ait ; si æternæ vitæ fruitionem largitus est homini ab initio Deus, ut magnus ille Basilius loquitur ; si Adami prima creatio interitus C erat expers, ut Anastasius ille Sinaites inquit ; si dignitatem hanc ab initio Deus homini dedit ut immortalis et incorruptibilis esset, ut vir divinus Andreas dixisse reperitur ; si hominem Deus libertate voluntatis donatum et exornatum immortalitate regem omnium terrestrium constituit, quemadmodum vir beatus Barlaamus prædicat, quo tandem ore pariter cum mortalem ac immortalem a Deo conditum dicemus? nequit hoc ullo pacto fieri, quando peritissimus ille rerum divinarum Gregorius ejusmodi nos de homine illo principe imaginari non sinit. Cum enim illum nullo vel tegumento vel vestitu indiguisse tradit, clare demonstrat ornatu immortalitatis amictum fuisse. Enimvero his contradicere velle iniquum fuerit. Nam vel corpus D illud affectionibus hisce naturalibus subjectum erat, et pro confesso statuetur obnoxium corruptioni fuisse ; vel supra omnes affectiones erat positum, quemadmodum oratione superiori est declaratum. Itaque de incorruptibilitate ipsius minime dubitandum est, cum manifesto pateat interitui nulli reapse subjectum fuisse.

Eodem modo, dilecte fili, corpus etiam Domini nostri Jesu Christi corruptibile fuisse fatemur ante passionem, cum affectionibus naturalibus subjectum fuerit, ac rursum post passionem et resurrectionem

[69] I Cor. xv, 53. [70] Eccle. i, 9.

(20) Hic et infra in multa disputat Glycas de immortalitate primi hominis Adami, quæ a veritate longius aberrant, ut pluribus theologi edisserunt ac sacræ Scripturæ interpretes, quos consule.

incorruptibile. Nam affectiones ejusmodi prorsus A deposuit ex mortuis suscitatum. Qua ipsa de causa nudum e sepulcro exsiliit, relictis in eo cunctis sepulcralibus exuviis : quippe jam factum incorruptibile, ceu diximus, non tegumenti ullius egebat.

καὶ τοιαῦτα γὰρ ἀπέθετο πάθη παντάπασιν ἐκ νεκρῶν ἐγερθέν. Ἔνθεν τοι καὶ γυμνὸν ἐκ τάφου ἐξέθορεν, ἐκεῖσε παντάπασι καταλιπὼν τὰ ἐνταφια· καὶ γὰρ ἄφθαρτον, ὡς εἴρηται, γεγονὸς ἐπικαλύμματος οἱουδήτινος οὐκ ἦν ἐνδεές.

Quid multis verbis opus est? Si primus ille Adamus pariter mortalis erat et immortalis, si naturalibus affectionibus obnoxius erat, ut multi opinantur, omnino necessarium est statuamus **91** nostra quoque corpora deinceps conditionis ejusdem futura, si quidem ad statum primi illius Adami revertentur. Id vero dici nefas fuerit, quando etiam oratione deficiente fidem facere nobis ipsæ res abunde possunt. Quippe si homo hic obnoxius interitui, posteaquam defossus in terram fuerit et computruerit, incorruptibilis et immortalis ex mortuis suscitatur, beato Paulo hoc ipsum verbis hisce comprobante : «Seritur in mortalitate, suscitatur in immortalitate[71],» clarissime patet etiam Adamum ante peccatum talem ab initio fuisse, nimirum incorruptibilem et immortalem. Neque mirum hoc tibi videatur, quando etiam conjectum in terram semen tale consuevit oriri quale prius erat. Nam sive tritici granum appelles sive hordei sive aliud quodvis semen, illud ipsum e terra prodit quod in eam conjectum fuerat.

Ἀλλὰ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἴπερ οὖν ὁ πρῶτος ἐκεῖνος Ἀδὰμ θνητὸς ὁμοῦ καὶ ἀθάνατος ἦν, εἴπερ οὖν φυσικοῖς ὑπέκειτο πάθεσι κατά γε τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὰ ἡμέτερα μετὰ ταῦτα τοιαύτης ἐπιτεύξεσθαι λήξεως, εἴγε πρὸς ἐκεῖνον ἔχουσι τὸν πρῶτον Ἀδὰμ δηλαδὴ τὴν ἐπάνοδον. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τούτοις τοιοῦτόν τι λέγειν σὺ δίκαιον, εἴγε καὶ πρὸ τοῦ λόγου πείθειν ἡμᾶς ἱκανὰ καὶ λίαν αὐτὰ τυγχάνει τὰ πράγματα. Εἰ γὰρ ὁ φθορᾷ ὑποκείμενος οὗτος ἄνθρωπος χωννύμενος τῇ γῇ καὶ σηπόμενος, ἄφθαρτος ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται καὶ ἀθάνατος, καὶ πιστοῖ τὸν λόγον ὁ μακάριος Παῦλος οὕτω περὶ τούτου λέγων· « Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, » εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ ὁ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκεῖνος Ἀδὰμ τοιοῦτος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἄφθαρτος δηλαδὴ καὶ ἀθάνατος. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, εἴγε καὶ σπέρμα τῇ γῇ καταβαλλόμενον τοιοῦτον ἀναδίδοσθαι εἴωθεν, ὁποῖον ἄρα καὶ πρότερον ἐτύγχανεν εἶναι. Εἴτε γὰρ σίτου κόκκον εἴποις εἴτε κρίθους, εἴ ἕτερον σπέρμα οἱονδήποτε, ἐκεῖσε πάντως ἐπανέρχεσθαι πέφυκεν ὅθεν δηλονότι ἐκπέπτωκεν.

Hæc fabulosa tibi nequaquam videantur. Etenim magnus etiam Athanasius ille probare volens, nos ex incorruptibili natura corruptibiles factos esse ac vicissim ex corruptibili resurrecturos incorruptibiles, grani similitudine quam aptissime usus est, in hunc modum ad Antiochum disserens : «Quemadmodum grano spicam ab initio Deus adjunxit, et contrita spica granum consitum rursus spicam producit, sic homo divinitus incorruptibilis factus est, deinde per inobedientiam attritus interiit. Verum ubi per mortem seritur et terra defoditur, repullulat et incorruptibilis fit, qualis ab initio erat.» Noli hoc loco mihi objicere : si erat antea immortalis, quo pacto deinceps interitui mortalitatique factus est obnoxius? Hanc tu mihi vocem, quo pacto, missam facito. Nam Deus erat, qui dixerat, « Quocunque die vescemini hac arbore, morte mulctabimini[72]. » Et audes tu mihi objicere, quo pacto mortalis factus sit qui immortalis erat? Desine, quo pacto, interrogare. Joannes ille Chrysostomus in oratione sua de Adami exsilio dubitationem hanc tibi solvet. Transgressus est, inquit, mandatum Adamus; comedit a quo jussus erat abstinere; propterea qui imortalis erat, mortalis factus est. Quonam id pacto peremctari desine, ne forte de hoc mortali corpore magis etiam hæsites, et quonam pacto resurrecturum sit ex mortuis immortale quæras, cum mortale sit et corruptibile. Nam qui de eo dubitat, quo pacto qui im-

Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀποδεῖξαι θέλων ὅτι ἐξ ἀφθάρτου φθαρτοὶ γεγόναμεν, καὶ ὅτι ἀπὸ φθαρτοῦ πάλιν ἄφθαρτοι ἀνιστάμεθα, τῷ τοῦ κόκκου ὑποδείγματι καὶ μάλα προσφυῶς ἐχρήσατο, πρὸς Ἀντίοχον οὕτως εἰπών· « Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κόκκου στάχυν ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, τοῦ δὲ στάχυος συντριβέντος γέγονεν ὁ κόκκος, καὶ πάλιν ὁ κόκκος σπειρόμενος ἀναβλαστάνει στάχυν, οὕτως ὑπὸ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος γέγονεν ἄφθαρτος, εἶτα δὲ διὰ τῆς παρακοῆς συνετρίβη καὶ φθορᾷ περιέπεσε, σπειρόμενος δὲ διὰ τοῦ θανάτου καὶ τῇ γῇ καταχωννύμενος ἀναβλαστάνει, καὶ γίνεται ὥσπερ ἦν ἄφθαρτος ἀπ' ἀρχῆς. » Καὶ μή μοι λέγε ὡς εἴγε τέως ἀθάνατος ἦν, πῶς ὑπέπεσε μετὰ ταῦτα φθορᾷ καὶ θνητότητι; ἄφες τὸ πῶς. Θεὸς ἦν ὁ εἰπών· « Ἧι δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. » Καὶ σὺ λέγεις ὅτι πῶς ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός; ἄφες τὸ πῶς· ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ λόγῳ αὐτοῦ τὴν ἀπορίαν ἐπιλύσει σοι ταύτην, οὕτω λέγων· « Παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ, ἔφαγεν ἀφ' οὗ παρηγγέλθη μὴ φαγεῖν, καὶ τούτου χάριν ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός. » Ἄφες τὸ πῶς, ἵνα μὴ καὶ ἐπὶ τῷδε τῷ θνητῷ σώματι πλείονι συσχεθῇς ἀπορίᾳ, πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἀθάνατον ἐκ νεκρῶν, εἴγε θνητόν ἐστι καὶ φθαρτόν; Ὁ γὰρ ἀμφιβάλλων ἐπ' ἐκείνῳ, πῶς ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητὸς, ἐξ ἀνάγκης ἂν ἀπορήσειε καὶ ἐπὶ τούτῳ. Οὐκοῦν ἄφες τὸ πῶς. Ὁ Θεὸς ὅπου, ἐκεῖσε χώραν οὐκ ἔχει

[71] 1 Cor. xv, 42. [72] Gen. ii, 19.

τὸ πῶς. Ἔπλασε μὲν γὰρ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων πάντων κατέστησε, διηνεκῆ δέδωκε τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ, καθάπερ ἄνω διείληπται· καὶ εἶχε μὲν εἰς αἰῶνας οὕτω κατ' αὐτὸν, ὅτι καὶ ἀμεταμέλητα τὰ θεῖα χαρίσματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἁμαρτίαν αὐτὸν ἑώρα κατολισθαίνοντα, κἀντεῦθεν ἐκπίπτοντα τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ Ἰσαγγέλου διαγωγῆς, παραχωρεῖ διὰ τοῦτο καὶ λαμβάνει κατ' αὐτοῦ χώραν ὁ θάνατος, ὅτι μηδὲ συνέφερεν ἔκτοτε διηνεκῆ προσεῖναι τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ. Καὶ γὰρ εἰ μή γέγονέ τι τοιοῦτον, εἰ μὴ συγχώρησις ἐκεῖθεν ἐδίδοτο φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακὸν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ, τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, προσήγγισε θάνατος· οὐκ ἂν ὑπέπεσε φθορᾷ τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ φθορᾶς καὶ θανάτου ἄμεινον ὑπάρχον τὸ πρότερον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς ἀθάνατον αὐτὸν ὁμοῦ καὶ θνητὸν ὑπὸ Θεοῦ παραχθῆναι εἴπωμεν; Εἰ γὰρ καὶ θανάτῳ ὑπέπεσε μὴ φυλάξας τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολὴν, ἀλλ' ὕστατον τῆς οἰκονομίας, ὡς ἤδη προείρηται, τοῦτο πάντες εὑρήσομεν, εἴγε τῇ ἀκολουθίᾳ προσέχειν αἱρούμεθα τῆς ἁγίας Γραφῆς. Οὐδὲ γὰρ ὅτε παρῆγε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ὡς ἄνω διείληπται, τότε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ φυτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, » ἀλλὰ πολλῷ μετὰ τὴν αὐτοῦ παραγωγὴν ὕστερον. Μετὰ γὰρ τὸ καθίσαι βασιλέα, μετὰ τὸ ἀναχθῆναι τὰ ζῶα πρὸς αὐτὸν, μετὰ τὸ πέρας ἐπ' αὐτῷ δέξασθαι τὰ τῆς θείας βουλῆς, τότε πρὸς αὐτὸν ἡ τοιαύτη γέγονε θεία φωνὴ, τότε δὴ, τότε καὶ χώραν ὁ θάνατος ἐλάμβανε κατ' αὐτοῦ. Διὰ τί δὲ ταῦτα, καὶ τίνος ἕνεκεν; Ἵνα μὴ ἀθανάτου μείναντος αὐτοῦ μετὰ τὴν παράβασιν μείνῃ σὺν αὐτῷ καὶ τὸ κακὸν ἐξ ἀνάγκης ἀθάνατον.

A mortalis erat mortalis factus sit, necessario de hoc etiam dubitaverit, nec resuscitationem ipsius ex mortuis facile admittendam existimaverit. Quamobrem illud tuum, quo pacto, missum facito. Ubi Deus, ibi quo pacto locum non habet. Condidit enim Deus hominem ad statum interitus expertem, omnium terrestrium principem constituit, perpetuam ei largitus **92** est immortalitatem, uti supra declaratum est, ipsum denique quod attinet, habiturus hanc erat homo sæculis æternis, cum munera Dei sint irrevocabilia; sed quia videbat eum ad peccatum delabi ac propterea sublimi illo vitæ genere, quod angelorum vitæ par erat, excidere, ipso concedente mors adversus eum occasionem arripit. Quippe ne expediebat quidem hominem ex eo tempore immortalem esse. Nam nisi tale quiddam accidisset, nisi condonatio deinceps facta fuisset ex benevolentia, ne malum perpetuum foret, nequaquam permisisset Deus ut mors ad hominem primum in statu experte interitus conditum ad imaginem æternitatis Dei accederet; nec corpus illud supra mortem et interitum omnem prius positum corruptioni factum fuisset obnoxium. Quæ cum ita sint, quo tandem pacto dicemus eum mortalem pariter et immortalem esse conditum a Deo? Quanquam enim non servato mandato sibi præscripto in mortem incidit, tamen hoc ipsum referri debere ad posteriorem illam administrationem, uti superius indicatum est, repericmus, si quidem seriei sacrarum Litterarum advertere animum volemus. Non enim tum cum conderet hominem Deus, ut antea dicebamus, his ad ipsum verbis usus est: «Quacunque die vescemini hac arbore, morte multabimini [73], » sed aliquanto post ejus creationem interjecto tempore. Posteaquam enim regem ipsum constituerat, posteaquam animalia cuncta deduxerat ad eum, posteaquam divinum de ipso consilium ad exitum perductum erat, tum demum hac eum voce compellat. Simul adversus ipsum id temporis mors locum invenit. Quamobrem hoc? Ne si mansisset immortalis post transgressionem, necessario peccatum quoque cum ipso sine fine maneret.

Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἔμελλε μεῖναι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ γέγονέ τις οἰκονομία θεία ὥστε μὴ καὶ ἡμᾶς ἀθάνατα πάσχειν κατὰ τοὺς ἐκπεσόντας ἀγγέλους, ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος τοῖς ἁμαθέσι δίδωσι τέως ἡμῖν ἐννοεῖν. « Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις, » φησὶ, « γεγόνασιν οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἀπεγυμνώθησαν, χιτῶνας δερματίνους, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ζώων νεκρότητα, οἰκονομικῶς ἐνέθηκε τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ. » Καλῶς δὲ εἶπεν οἰκονομικῶς ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ· κηδόμενος γὰρ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν ἀθάνατα καὶ ὥστε μὴ συμπαραμένειν εἰς αἰῶνας τῇ ἐπωδύνῳ ταύτῃ καὶ μοχθηρᾷ βιοτῇ, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησι, παραχωρεῖ τῷ θανάτῳ κατὰ τοῦ ἀθανάτου χωρῆσαι, καὶ γίνεται τούτῳ τῷ τρόπῳ θνητὸς ὁ ἀθάνατος καὶ φθαρτὸς ὁμοίως ὁ ἄφθαρτος. Καὶ πειθέτω ἡμᾶς ἐπὶ πλέον ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω περὶ τούτου λέγων·

Et vero immortalem futurum fuisse hominem etiam post peccatum, nisi dispensatio divina quædam accessisset, ne ipsi quoque perpetuis pœnis subjiceremur, ut angelis lapsis accidit, divinus ille vir, Gregorius antistes Nyssenus ostendit. Posteaquam, ait, homines illi principes velita commiserunt ac beatitate sua nudati sunt, pelliceis tunicis, hoc est animalium mortalitate, certo quodam consilio et dispensatione Deus naturam ad immortalitatem conditam induit, ne malum perpetuo duraret. Quibus in verbis præclare dictum fecisse Deum hoc certo quodam consilio et dispensatione. Nam sollicitus de nobis, ne forte perpetuo peccaremus neu tristis hæc et ærumnosa vita duraret æternum, uti Joannes etiam Chrysostomus inquit, morti potestatem facit immortalem invadendi, atque hoc modo mortalis fit qui immortalis erat, et corruptibilis qui nulli erat interitui obnoxius. **93** Idem nobis etiam Basilius persuadeat, cujus hæc verba

[73] Gen. II, 17.

sunt: «Mortem Deus non prohibuit, ne infirmitas, ac morbus ille noster æternum duraret. Quo fit ut in lucro mors poni debeat, et hæc pœna beneficii loco haberi, quemadmodum Gregorius ille cognomento Theologus scripsit; adeoque nos idcirco mœrere non convenit. Quamvis enim in terram, unde sumpti sumus, revertimur juxta imprecationem illam Dei: «Terra es, et in terram redibis[74],» tamen indidem, uti Chrysostomus scripsit, suscitamur ac meliorem ad conditionem transformamur, ita ut tales rursum evadamus quales eramus prius, hoc est interitus expertes et immortales.

Nihil igitur hic hæsitandum, quando Patres illi divini resurrectionem ex mortuis nihil aliud nobis polliceri tradunt quam lapsorum in integrum et conditionem pristinam restitutionem. Vide, si placet, quid præ cæteris divinus ille vir Anastasius in hac parte dicat: «Fecit, inquit, hominem Deus, et quidem eum ad imaginem Dei fecit. Hæc prima hominis creatio fuit, simplex, expers conjugii, expers interitus; ad quam creationem corporum resurrectio respicit, uti quæ sit lapsorum ad pristina reversio. Quid multa proferri opus est? exposita in Evangeliis[75] de ove aberrante similitudo, itidemque altera de drachma perdita, prorsus ipsam hominis tam decorationem atque lapsum quam ad pristinum statum reversionem declarant. Nam illam ob causam relictis cœlis Deus in terram descendit et homo factus est, ut nos, qui lapsi eramus, ad pristinum adeoque primum illum honorem reduceret. Cæteroqui reversus filius ille prodigus non audisset: «Induite ipsum priore stola[76].»

Quodsi qui dicunt Adamum quidem a Deo conditum fuisse immortalem, verum nihilominus talem exstitisse qui mortalis esse posset, hoc est qui mortalitati posset obnoxius fieri, siquidem mandatum sibi præscriptum non observaret, hanc nos quidem ipsorum orationem admittimus, atque admitti posse videatur, præsertim iis qui altius sacrorum Patrum scripta pervestigare nolunt; non tamen eum quidquam fuisse passum, id est ulli affectioni naturali ante transgressionem subjectum fuisse, concedimus. Quo enim id pacto concederemus? cum tale quiddam de Adamo traditum ab ullo sanctorum Patrum nusquam reperiamus. Quin potius aiunt cum affectionum expertem fuisse, supraque cunctas necessitates corporales positum. Primum divinus vir, Joannes ille Damascenus, hominem ante lapsum dicit ab affectionibus universis immunitate summa præditum fuisse. Nam fames, sitis, fatigatio, somnus et sudor, quemadmodum tradit idem capite LXIV, **94** post transgressionem primum vitam humanam invaserunt. Præter hunc Anastasius Sinaites, in oratione sua de resurrectione has expertes vitii, quæque vituperari non merentur affectiones, una cum peccato exortas in nobis una

[74] Gen. III, 19. [75] Luc. XV, 8. [76] ibid. 22.

A «Οὐκ ἐκώλυσε δὲ τὸν θάνατον ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀρρωστίαν τηρήσῃ.» Ἐπὶ κέρδει λοιπὸν ὁ θάνατος, καὶ ἐπ' εὐεργεσίαν ἡ τιμωρία δίδοται κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον. Ἐφ' ᾧ καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ καὶ εἰς γῆν ὅθεν ἐλήφθημεν ἀποστρεφόμεθα κατὰ τὴν ἀρὰν ἐκείνην τὴν οὕτω λέγουσαν «Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ,» ἀλλ' ἐκεῖθεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ αὖθις ἀναλαμβανόμεθα, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταστοιχειούμεθα, καὶ τοιοῦτοι γινόμεθα πάλιν ὁποῖοι καὶ πρότερον ἦμεν, τουτέστιν ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι.

Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ δίκαιον, εἴγε καὶ μᾶλλον οἱ θεῖοι Πατέρες οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον ἐπαγγέλλεσθαι λέγουσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἢ τὴν πρὸς B τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, πρὸ τῶν ἄλλων τῷ θειοτάτῳ Ἀναστασίῳ περὶ τούτων οὕτως λέγοντι· «Καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Πρώτη ποίησις αὕτη, ἁπλῆ, ἄζυγος, ἄφθαρτος· πρὸς ἣν δὴ ποίησιν ἀφορᾷ καὶ ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις.» Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἡ ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ πλανωμένου προβάτου παραβολὴ καὶ ἡ τῆς ἀπολλυμένης ὡσαύτως δραχμῆς αὐτὴν ὑπεμφαίνουσι πάντως τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάνην καὶ ἔκπτωσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ πάλιν ἐπιστροφὴν καὶ ἀνάκλησιν. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ κλίνας οὐρανοὺς ὁ Θεὸς κατεβέβηκε καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα τοὺς ἐκπεσόντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν καὶ πρώτην ἐπαναγάγῃ τιμήν. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπιστρέψας ὁ ἄσωτος ἤκουσεν· «Ἐνδύσατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν.»

C

Εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες πλασθῆναι μὲν ἀθάνατον ὑπὸ Θεοῦ τὸν Ἀδὰμ, δυνάμει δὲ θνητὸν εἶναι, τουτέστι δύνασθαι θνητότητι περιπεσεῖν, εἴγε μὴ φύλαξ ἔσεῖται τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, δεχόμεθα μὲν τὸν λόγον αὐτῶν (εὐπαράδεκτος γὰρ εἶναι δοκεῖ, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ θέλουσι ταῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐμβαθύνειν γραφαῖς), πάσχειν δὲ ὅλως αὐτὸν, τουτέστιν οἱῳδήτινι φυσικῷ πάθει πρὸ τῆς παραβάσεως ὑποκεῖσθαι, οὐδαμοῦ τοῦτο καταδεχόμεθα. Πῶς γὰρ, εἴ γέ τινα τῶν ἁγίων Πατέρων τοιοῦτόν τι περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διεξιόντα οὐχ εὑρομεν; Μᾶλλον μὲν οὖν ἀπαθῆ λέγουσι τὸν τοιοῦτον εἶναι, καὶ σωματικῶν πασῶν ὑπέρτερον ἀναγκῶν. Αὐτίκα γὰρ ὁ θειότατος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς ἄκραν ἔχειν ἀπάθειαν τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως ἄνθρωπον ἔλεγε· πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος καὶ ὕπνος καὶ ἱδρὼς, ὡς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ λέγων εὕρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ περὶ Ἀναστάσεως λόγῳ αὐτοῦ τὰ ἀδιάβλητα ταῦτα πάθη τῇ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἡμῖν ἔλεγεν ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ. Οὐδὲ γὰρ συμπεφυκὼς οὗτος τῇ λογικῇ φύσει καθὰ τοῖς

D

ἀλόγοις ἐγίνετο, ἀλλ' ὕστερον ἐπετίθει, χιτῶνας δερματίνους περιβαλλόμενος. Σῶμα γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐν τιμῇ μὲν ὄντα μὴ συνιέντα δὲ, κἀντεῦθεν εἰς ὑπόμνησιν ἄγων ὧν ἐξέπεσεν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης τὸ τοῦ πρώτου παριστῶν ἀπαθὲς ἔλεγεν « Ἐννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολήν, πῶς ἀνώτεροι πάντων τῶν σωματικῶν οἱ πρωτόπλαστοι ἦσαν, πῶς καθάπερ τὸν οὐρανὸν οὕτω τὴν γῆν ᾤκουν, καὶ ἐν σώματι τυγχάνοντες τὰ τῶν σωμάτων οὐχ ὑπέμειναν. » Οὔτε γὰρ στέγης οὔτε ὀρόφου οὔτε ἱματίων οὔτε ἄλλου οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐδέοντο. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος μὴ δέεσθαι λέγων τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἄνθρωπον, τὰ αὐτὰ τῷ Χρυσορρήμονι πάντως ἐνέφηνε. Σῶμα γὰρ ῥήτε χρυμοῖς ὑποπίπτον μήτε θάλψεσιν. Εἰ γὰρ ἐλύπει τοιοῦτόν τι πάθος αὐτὸ, καὶ σκεπάσματος ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ προβλήματος ἐπιδεὲς ἦν. Οὐκ ἂν αὐτὸν πάσχειν ᾠήθη κατά τι ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, εἴγε καὶ μᾶλλον τὴν παχυτέραν σάρκα καὶ θνητὴν, ἀφ' ἧς ἄρα καὶ τὸ πάσχειν ἡμῖν, ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ τὸν Ἀδὰμ ἐνδύσασθαι ἔλεγεν. Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι, πρὸ τῆς τοιαύτης περιβολῆς ἀπαθὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν ἅτε δὴ σάρκα λεπτοτέραν ἐνδεδυμένος, ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον. Ἀλλ' ἐπὶ ταύταις ταῖς λέξεσι χαλεπαίνειν οὐ χρή. Κατὰ γὰρ τὸν Χρυσορρήμονα Ἰωάννην πάσης ἀπήλλακτο τὸ σῶμα ἐκεῖνο φθορᾶς. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ δικαίως ὁ λόγος ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ ἄφθαρτον, εὔδηλον ὅτι καὶ ἀθάνατον ἦν. Εἰ γὰρ ἐπάσχεσθαι εἰώθασι καὶ νόσοι καὶ θάνατοι ἔκ τε πλεονεξίας καὶ ἐλλείψεως τῶν τεσσάρων χυμῶν, καθὰ δὴ τῷ Χρυσορρήμονι δοκεῖ, τὸ δέ γε σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἐν ἀπαθείᾳ διῆγε καὶ ὡσαύτως εἶχεν ἀεί. Οὐδὲ γὰρ ἀλλοίωσιν ἐδέχετό τινα παραπλησίως ἡμῖν, ἅτε δὴ πολλῶν παντοίων ὑπέρτερον ὄν), φαίνεται πάντως ὅτι καὶ ἀθανασίας ὑπῆρχε μέτοχον, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν. Ὅτι δὲ φυσικῶν παθῶν ἀνώτερος ὁ ἄνθρωπος ἦν ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, καὶ ὁ μέγας ἔδειξε Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὑτωσί· « Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν, οὕτως εἰ ἦμεν ἐν ἀπαθείᾳ κατά γε τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα, οὐδενὸς ἂν τῶν ἐξ ἰατρικῆς πρὸς παραμυθίαν ἐχρῄζομεν. » Εἴπερ οὖν ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα εἶχε πρὸ τοῦ παραπτώματος ἀπαθείας ὁ ἄνθρωπος, πῶς εἴπωμεν οἵῳ δή τινι φυσικῷ πάθει περιπίπτειν αὐτὸν ἐν τῷ τῆς ἀπαθείας καιρῷ; Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Μάξιμος τὰ πάθη ταῦτα, λύπην ἡδονὴν ἐπιθυμίαν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρόσεστι τὴμερον, ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ἔλεγε μοίρας ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἰσδραμεῖν· ἐπειδὴ γὰρ ὁμοιωθῆναι κατεδικάσθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι κατὰ γένεσιν, ἐκεῖθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ πάθη ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Οὐδὲ γὰρ προηγουμένως συνεκτίσθη ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ, καθὼς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγεν, διὰ δὲ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ὑπεισῆλθε τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Εἰ

A cum pelliceæ tunicæ amictu dicit. Etenim illa naturæ rationis participi, tanquam brutis animalibus, naturaliter non adhærebat, sed deinceps accessit, ut ei pœnæ loco foret, qui cum esset in honore, animum tamen non advertit; quo per ipsam sellicet admoneretur quibus bonis excidisset. Joannes item Chrysostomus ostendens hominem primum expertem affectionum fuisse, verbis hisce utitur: «Considera mihi beatitatis abundantiam, quo pacto superiores corporeas omnes positi fuerint homines illi principe loco formati a Deo; quo pacto terram sic incoluerint ac si cœlum incolerent, quo pacto in corporibus exsistentes, quæ propria corporum sunt non pertulerint. Nec enim vel tecto vel laquear vel indumentis vel alia quapiam tali re indigebant.» Consimiliter Gregorius ille theologus hominem primum nec tegumento nec vestitu indiguisse dicit. Habebat enim corpus, quod neque frigori nec æstui foret obnoxium. Quippe si ejusmodi quæpiam affectio læsisset ipsum, etiam necessario tam tegumento quam vestitu indiguisset. De quo colligitur divinum hunc virum existimasse nihil omnino tale ullo pacto corpus illud hominis primi perpessum esse. Imo tradit idem Adamum carnem hanc crassiorem et morti obnoxiam, a qua ipsa proficiscuntur hujusmodi affectiones, una cum amictu pellicea tunicæ induisse. Quo indicare voluit ante amictum ejusmodi fuisse hominem affectionum expertem, ut qui carne subtiliore immortali et incorruptibili prius indutus esset. Quæ voces exhibere tibi molestiæ nihil debent. Nam de Chrysostomi sententia corpus illud ab interitu erat immune; quam ob causam merito incorruptibile dicitur. Quodsi erat incorruptibile, planum est etiam immortale fuisse. Nam cum morbi atque mortes tam ex abundantia quam delecto quatuor humorum oriri consueverint, assentiente nobis in hoc ipso etiam Chrysostomo, et vero corpus Adami expers affectionum fuerit, eodem modo scilicet affectum perpetuo (non enim mutationem ullam admittebat, quod in nobis usuvenire cernimus, tanquam supra omnes affectiones positum), perspicuum prorsus est etiam particeps immortalitatis fuisse, quemadmodum jam multoties est indicatum; et fuisse hominem id temporis supra omnes affectiones positum, magnus ille Basilius in *Asceticis* suis ostendit ubi ad verbum hæc exstant: «Quemadmodum si essemus in paradiso deliciarum, non vel consideratione vel labore agricultionis indigeremus, ita si essemus in statu affectionum experte, secundum illam gratiam quæ nobis erat ante lapsum in creatione concessa, nihil arte medica nostrum ad usum egeremus.» Quodsi ergo gratiam hanc ante lapsum in creatione habuit homo, quo tandem ore dicemus eum ulli affectioni naturali obnoxium id temporis fuisse, cum prorsus expers affectionum foret? quin etiam magnus ille Maximus affectiones hasce, mœstitiam, voluptatem, appetitum aliasque tales,

quæ hodie insunt humanæ naturæ, de sorte brutorum in hominem translatas esse dicit. Posteaquam enim condemnatus est, ut ortu brutis juventis consimilis sit, necessario quoque tales affectiones inde nactus est. Non enim illæ prius erant in homine conditæ, quemadmodum divinus hic vir in iis quæ ad Thalassium scripsit inquit, sed propter amissionem perfectionis furtim velut ingressæ sunt, parti naturæ nostræ magis aliquanto brutæ adhærescentes. Quæ cum ita sint, qui dicemus in ipsa perfectione primum illum hominem hujusmodi quidquam perpessum esse?

A δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς εἴπωμεν ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι πάσχειν ὅλως τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον;

Quapropter multis jam demonstratum est ante transgressionem nulli prorsus affectioni naturali hominem obnoxium fuisse, ut qui concessæ per gratiam immortalitatis minime fuerit expers. Quo posito qui pati vel affici potuit? Nam si passus est, etiam necessario naturam mortalem ac interitui obnoxiam habebat. Enimvero ne hac in parte sic sentiamus, non modo sanctorum hominum a nobis indicatorum cœtus vetat, sed etiam synodus illa quæ Carthagine convenit. Ejus enim hæc verba sunt, canone 109: « Si quis dicit Adamum a Deo conditum esse mortalem ac non post peccatum prolapsum esse in interitum, exsecrabilis esto. » Quo fit ut minime mihi vel convenire vel pium esse videatur ad convellendam hanc sententiam Gregorii theologi verba producere. Quanquam enim is dicere videtur hominem illum principem fuisse terrenum corpore, cœlestem animo, caducum pari et immortalem, aspectabilem et intellectilem, medium inter magnitudinem et humilitatem, eumdem tam spiritum quam carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam, illud quidem ut maneat suumque benefactorem celebret, hoc vero ut patiatur ac patiens commoneat propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur, non tamen ita nos statuendum esse censemus, quando divina istæc verba nequaquam debere primum ad hominem referri existimamus. Qui enim hæc faciamus? cum theologum ipsum alibi audiamus ad verbum ita loquentem: **96** « Quandoquidem ob invidiam diaboli mors ingressa est mundum hominemque dolo circumscripsit, idcirco Deus homo factus passione nostra vexatur et afficitur. » Quæ sane verba considerari attente cupio. Nam si mors, uti noster hic Theologus loquitur, hominem dolo circumscripsit atque surripuit, omnino patet existimasse divinum hunc virum ante fraudem illam corporis etiam ratione hominem immortalem fuisse. Quodsi demus, quo tandem pacto dixit: « Ut patiatur, et patiens commoneat, propterque magnitudinem arroganter sibi placens castigetur ac eruditur? » Quippe quod est immortale, nequaquam sic comparatum est ut ullo modo pati possit. Quid multis verbis opus est? si passionibus homo fuit ante peccatum obnoxius, etiam necessario sequitur eum fuisse fluxum et caducum; si fluxus erat, perspicue patet mortalem quoque fuisse; si erat mortalis ab initio, restat interitum atque mortem ex inobedientia non esse ortam. Id vero, mea quidem opinione, nemo ra-

A ὅτι τοῦ κακοῦ ποιητὴς οὐκ ἔστιν ὁ Θεός. Οὐχὶ δὲ τῶν μὴ ὄντων. Εἰ γὰρ τὰ καλὰ παραχθῆναι λέγεται παρὰ Θεοῦ, ταῦτα καὶ ὄντα πάντως εἰσί. Τὸ δὲ κακὸν ἐπειδὴ οὐ παρήχθη παρὰ Θεοῦ, οὐδὲ ὄν ἐστι. Τοῦ κακοῦ λοιπὸν οὐκ ἔστι ποιητὴς ὁ Θεός, εἴγε τῶν μὴ ὄντων, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἔστι ποιητής, λέγεται δὲ μὴ εἶναί τι τὸ κακὸν, ἐπειδὴ ἀνυπόστατον καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ μὴ ὑφέστηκε.

Talis ergo, nimirum bonus, a Deo conditus diabolus, terrestris ordinis et ipsius adeo terræ custodiam a Deo sibi mandatam accepit. Cum autem ferre non posset illustrationem et honorem, quem Deus ei largius fuerat, de naturali statu **107** in B alienum a natura sua exorbitavit, adversusque suum opificem fastu quodam elatus est : « Collocabo, inquit, solium meum in nubibus, et supremo par ero [91]. Quam quidem ob causam etiam fulguris instar de cœlo in terram cecidit, uti Dominus ipse loquitur [92]; » estque avulsa cum eo, simulque lapsa multitudo quædam angelorum ipsi subjectorum infinita. Significavit hoc vates Isaias hisce verbis : « Qui delapsus est Lucifer ille, qui pridem oriebatur, terræque allisus est? » Luciferum appellans ob splendorem divinitus ei concessum. Consimilia Gregorius ille theologus tradidit, cum Lucifferum vocari ait splendoris sui causa, qui caligo deinceps propter elationem factus sit et appelletur. Secundum hæc impuri genii bellum adversum nos susceperunt. Nequeunt enim æquo animo pati ut homines eo studiose contendentes videant, unde ipsi pessimo consilio deciderunt, quemadmodum magnus ille Basilius ait. Quippe cum omnis improbitatis receptacula sint, etiam invidiæ morbo sunt infecti. Nec sic creatus a Deo putari debet diabolus, ut hostis noster esset; sed ex æmulatione quadam nos oppugnat. Cum enim se cerneret angelorum ordine locoque motum, ferre non poterat ut hominem terrestrem ad angelorum dignitatem profectu suo subvectum aspiceret. Est et angelis malisque geniis una quædam essentia sive natura, verum non eadem electio; quemadmodum et in hominibus tum bonis tum improbis est videre naturam quidem unam et eamdem, sententiam vero voluntatemque diversam.

Τοιοῦτος οὖν ἦγουν ἀγαθὸς ὑπὸ Θεοῦ παραχθεὶς ὁ διάβολος τῆς περιγείου τάξεως καὶ τῆς γῆς ἐνεχειρίσθη τὴν φυλακὴν παρ' αὐτοῦ. Μὴ ἐνέγκας δὲ τὸν τε φωτισμὸν καὶ τὴν τιμὴν ἣν ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐχαρίσατο, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐτράπη, καὶ ἐπήρθη κατὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν Θεοῦ· « Θήσω » καὶ γὰρ εἶπε « τὸν θρόνον μου ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. » Ἔνθεν τοι καὶ ὡς ἀστραπὴ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γῆς ἔπεσε. Συναπεσπάσθη δὲ αὐτῷ καὶ συνέπεσε πλῆθος ἄπειρον τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων ἀγγέλων. Ταῦτα δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐδείξεν οὕτως εἰπών· « Πῶς ἐξέπεσεν ὁ Ἑωσφόρος ὁ τὸ πρωΐ ἀνατέλλων, καὶ συνετρίβη εἰς τὴν γῆν; » Ἑωσφόρον δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν δι' ἣν ἀπὸ Θεοῦ ἔσχε λαμπρότητα. Τούτοις οὖν ἀκολούθως καὶ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ δεδίληπται. Ἑωσφόρον γὰρ αὐτὸν εἶπε διὰ τὴν λαμπρότητα, σκότος δὲ διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ γενόμενον καὶ λεγόμενον. Ἔκτοτε δὲ οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεδέξαντο πόλεμον. Οὐδὲ γὰρ ἀνέχονται τοὺς ἀνθρώπους ὁρᾷν ἐκεῖσε σπεύδοντας ἀνελθεῖν ὅθεν κακοβούλως ἐξέπεσον, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Δοχεῖα καὶ γὰρ πάσης ὄντες κακίας καὶ τὴν τοῦ φθόνου νόσον ἐδέξαντο. Οὐδὲ γὰρ ἐχθρὸς ἡμῖν ὁ διάβολος ἐκτίσθη παρὰ Θεοῦ. ἀλλ' ἐκ ζηλοτυπίας ἡμᾶς πολεμεῖ. Ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἀγγέλων καταῤῥιφέντα, οὐκ ἔφερε βλέπειν τὸν γήϊνον ἐπὶ τὴν ἀξίαν τῶν ἀγγέλων διὰ προκοπῆς ἀνυφούμενον. Καὶ μία μὲν παρά γε τοῖς ἀγγέλοις καὶ τοῖς δαίμοσιν ἡ οὐσία, οὐχὶ δὲ καὶ ἡ προαίρεσις, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων καὶ πονηρῶν ἔστιν ἰδεῖν· μία μὲν καὶ παρ' αὐτοῖς ἡ φύσις ἐστὶν, οὐ μὴν δὲ καὶ γνώμη καὶ θέλησις ἡ αὐτή.

Hæc de malis geniis eorum est sententia qui rectam Ecclesiæ fidem amplectuntur. At Græcorum illi sapientes, Porphyrius et Jamblichus, genios essentia naturaque differre a se invicem tradunt, eorumque volunt aliquos rationis expertes et crassiore materia præditos esse. Addunt irruere ipsos in nos non ut infestos, sed tanquam castigatores, a quibus puniamur. Eosdem aiunt futura prospicere atque nosse, non tamen universos : nam superiora loca nactos genios omnino vera prædicere perhibent, cum alii Tartaro conclusi mendaces sint;

Καὶ τὸ μὲν ὀρθόδοξον τῆς Ἐκκλησίας φρόνημα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ, Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος, διαφέρειν τοὺς δαίμονας κατὰ τὴν οὐσίαν λέγουσι, καὶ ἀλόγους τινὰς αὐτῶν καὶ ὑλαίους εἶναι, ἐμπίπτειν δὲ αὐτοὺς ἡμῖν οὐχ ὡς δυσμενεῖς ἀλλ' ὡς ἡμῶν κολαστάς. Ἀλλὰ καὶ προγινώσκειν αὐτοὺς καὶ τὸ μέλλον εἰδέναι λέγουσι, πλὴν οὐχὶ πάντας· τοὺς μὲν γὰρ τὰ ἄνω λαχόντας δαίμονας ἀληθεύειν παντάπασι, τοὺς δὲ ταρταρωθέντας ψευδεῖς εἶναί φασι, τοὺς δὲ περιγειοτέρους καὶ μέσους λοξοὺς εἶναι καὶ ἀμφιβόλους λέγουσιν. Ἀλλ'

[91] Isa. xiv, 14 [92] Ibid.

ἡμῖν οὐχ οὕτω δοκεῖ. Ἐὰν γὰρ οἱ φωτεινοὶ ἄγγε- A
λοι τὸ τῆς προγνώσεως ἄκοθεν οὐκ ἔχουσι χάρισμα (καὶ γὰρ ἐκεῖνα προλέγουσι, καθὰ δὴ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησίν, ὅσα ἂν αὐτοῖς ἀποκαλυφθῆναι παρὰ Θεοῦ φθάσωσι), πολλῷ μᾶλλον οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες προλέγειν οὐ δύνανται. Προγνώστης γὰρ καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ Θεός. Καὶ παίθου τῷ θείῳ Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεὸν οὕτω λέγοντι· « Σὺ γινώσκεις τὰς καρδίας μονώτατος. »

ancipites ac ambiguos esse. Qua in sententia nos minime sumus. Nam si etiam luci consimiles angeli non ex se donum futura prospiciendi habent, ut qui prædicunt ea teste Joanne Damasceno quæcunque divinitus ipsis revelata fuerint, multo magis impuri genii nihil quod prædicant habent. Quippe futurorum notitia cum agnitione cordium soli Deo peculiaris est. Cujus quidem rei fidem tibi **108** Davidis hæc verba faciant: « Tu solus omnino corda nosti [93]. »

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, κατ' ἐπιτομὴν ὁ λόγος διῆλθέ σοι. Καὶ μὴ δυσχέραινε τούτου ἕνεκεν ὅτε φιλομαθὴς ὤν· ἀλλαχοῦ γὰρ, οἶδας, ἐσχεδίασθη σοι τὰ περὶ τούτων πλατύτερον.

Hæc compendio quodam explicare tibi, dilecte fili, voluimus; neque brevitas esse tibi molesta debet, homini discendi perstudioso, cum noris hæc a nobis alibi prolixius exposita.

Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· « Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε. » Πρόσεχε, ἀγαπητὲ, τῷ μεγάλῳ κάνταῦθα Βασιλείῳ. Φησὶ γὰρ διὰ τί δὲ καὶ ἦν ἐν παραδείσῳ τὸ ξύλον τῆς βρώσεως; εἰ μὴ γὰρ ἦν αὐτὸ, οὐκ ἂν ἡμᾶς ὁ διάβολος ἀπατήσας εἰς θάνατον κατήγαγεν. Ἔδει εἶναι ἐντολήν τὴν δοκιμάζουσαν ἡμῶν τὸ ὑπήκοον. Διὰ τοῦτο ἦν φυτὸν ὡραίων καρπῶν εὔφορον, ἵνα ἐν τῇ ἀποχῇ τοῦ ἡδέος τὸ τῆς ἐγκρατείας καλὸν ἐπιδειξάμενοι τῶν τῆς ὑπομονῆς στεφάνων δικαίως ἀξιωθῶμεν. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. B

Caterum sacris in Litteris hæc verba legimus: « Ut vidit mulier arborem esse ad vescendum accommodam et oculorum aspectui gratam, et ad discendum pulchram, sumpsit de fructu ejus et comedit [94]. » Hic attente mihi, quid magnus ille Basilius dicat, advertito. Quamobrem, inquit, erat in paradiso lignum de quo vesci quis posset? Nam absque illo fuisset, nequaquam diabolus nos deceptos in mortem præcipites egisset. Nimirum oportebat esse mandatum quoddam in quo nostra obedientia exploraretur. Idcirco arbor istæc erat elegans et fructuum ferax, ut per abstinentiam a re suavi temperantiæ bono declarato digni censeremur quibus tolerantiæ serta merito tribuerentur.

Ὁ δέ γε Νύσσης ὑψηλότερον ἐπιλαμβάνει τὰ περὶ τούτου, καὶ οὕτω φησί. Προδείκνυσιν ὁ ὄφις τὸν πονηρὸν τῆς ἁμαρτίας καρπὸν, οὐχ ὡς ἔχει φύσεως (οὐ γὰρ ἠπατήθη ὁ ἄνθρωπος τῷ προδήλῳ κακῷ), ἀλλὰ διά τινος ὥρας τὸ φαινόμενον ἀγλαΐσας, καί τινα κατὰ τὴν αἴσθησιν ἡδονὴν ἐγγοητεύσας τῇ γεύσει, πιθανὸς ἐφάνη τῇ γυναικί. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἄνθρωπον ὁ διάβολος εἴωθεν ἀπατᾶν. Καὶ εἰ μὴ δύσλου νήφων ὁρᾶται, οὐκ ἂν ἐκφύγοι τὰς αὐτοῦ μηχανὰς, οὐκ ἂν εὑρεθείη τῶν παγίδων ἀνώτερος. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. C

Sic ille de his disserit. Nyssenus autem antistes sublimius hæc verbis hujusmodi exponit. Malum illum peccati fructum serpens commonstrat, non illum quidem eo pacto quo comparatus erat a natura (non enim aperto malo circumscriptus homo fuisset), sed externa ejus specie per venustatem quamdam exornata, et in ipso sensu dulcedine gustui præstigiis quibusdam inulita, visus est mulieri fidem omnino mereri. Eo pacto fallere diabolus hominem consuevit, qui nisi plane prudens atque sobrius sit, molitiones ejus vitare laqueosque superare nequit. Atque hæc in hunc modum comparata sunt.

Ἡ δὲ Λεπτὴ Γένεσις λέγει τὸν Ἀδὰμ ἀπροόπτως ἀπὸ τοῦ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν, καὶ μὴ προσσχεῖν ὅλως τῷ λόγῳ τῆς Εὔας, ὅτι λειποθυμῶν ἦν ἀπό τε μόχθου καὶ πείνης. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, σιωπᾷν ἄμεινον, ὅτι καὶ σιωπῆς, ὡς προείρηται, τυγχάνουσιν ἄξια. Εἰ μὴ βούλει καὶ σὺ λέγειν ὅτι γυναῖκα ἔλαβεν ὁ Ἀδὰμ, ἵνα μὴ ἐφ' ἕτερα τῶν ζώων τραπήσεται. Ὁ ὄφις ἀπὸ κτήνους ἑρπετὸν ἐγένετο, χεῖράς τε καὶ πόδας ἐκέκτητο. Ἀφῃρέθη δὲ ταῦτα διὰ τὸ ταλαιπώρως εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν, καὶ διὰ τὸ πρῶτος ἀπὸ τοῦ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν. Ὁ Ἀδὰμ ἀπεσόβει τὰ πετεινὰ καὶ ἑρπετὰ, συνῆγε τὸν καρπὸν ἐν παραδείσῳ, καὶ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἤσθιεν αὐτόν. Ταῦτα μὲν οὖν, ἵνα μὴ λέγω, καὶ ἔτι πολλῷ πλείονα τούτων, ἡ Λεπτὴ διέξεισι Γένεσις. D

Caterum parvus ille de ortu rerum liber Adamum citra circumspectionem sumpsisse de ligno et comedisse, prorsus Evæ verbis haud impulsum, tradit. Sensisse nimirum molestiam animi quamdam ex fatigatione ac fame. Verum hæc silentio tegi præstat, cum perpetuum silentium mereamur, nisi tu quoque velis dicere mulierem Adamo concessam, ne alia se ad animalia converteret; serpentem ex jumento factum bestiam reptibilem, cum manus ac pedes prius haberet, quibus spoliatus propterea fuerit quod paulo audacius paradisum fuisset ingressus ac primus de ligno sumpsisset et comedisset; Adamum volucres et reptiles bestias abegisse, ac fructibus paradisi congestis una cum uxore victitasse; quæ quidem, ne multo his plura

[93] II Paral. VI, 30. [94] Gen. III, 6.

commemorem, parvus ille de rerum ortu liber narrat, omnino tibi rejicienda, uti quæ pro ludo jocoque ducant quotquot aliquo saltem modo Litteras sacras inspectarunt.

A

Ἀλλ' ἄφες αὐτά. Τοῖς γὰρ ὀπωσοῦν ἐγχύπτουσι τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ γέλως ἀντικρυς δοκοῦσι καὶ παίγνια.

De tunicis pelliceis.

109 Tunicis, inquiunt Litteræ sacræ, pelliceis induit eos. Tradit hic Gregorius antistes Nyssenus Dominum pelliceis quidem tunicis homines illos principe loco formatos amicivisse, non autem pellibus. Etenim quibus, obsecro, mactatis animalibus pelles detraxit, ut hominibus amictum reperiret? Restat igitur Deum certo consilio de natura brutorum petitam mortalitatem indidisse naturæ huic ad immortalitatem conditæ, ne malum perpetuum foret. Joannes autem Chrysostomus hasce tunicas intelligens, ut verba sonant, inquit: « Si quis est hominum in alios sensus scripta sacra torquentium, qui ambitiose roget unde pelles istæ repertæ fuerint, cum animalia nulla mactata forent, is sciat me quoque audientem de Ægypti sanguine scire cupere quo pacto Deus Nilum in sanguinem converterit, qualianam mactarit animalia? Nimirum in sanguinem commutatus est amnis, cum animal nullum mactatum esset. Itidem pelles exstitere duæ, atque illi quærunt de quibus animalibus sumptæ fuerint? ut ibi scilicet absque animali sanguis erat, ita hic absque animali pellis. »

B

Περὶ χιτώνων δερματίνων.

« Καὶ χιτῶνας δερματίνους ἐνέδυσεν αὐτούς. » Ὁ μὲν οὖν θεῖος Γρηγόριος ὁ Νύσσης φησὶν ὅτι χιτῶνα; δερματίνους ἐπιβάλλει τοῖς πρωτοπλάστοις ὁ Κύριος, οὐ δέρματα δέ. Ποίων γὰρ ἀποσφαγέντων ζώων καὶ δαρέντων ἐπινοεῖται αὐτοῖς ἡ περιβολή; Ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων λοιπὸν φύσεως νεκρότητα ἐντέθεικεν οἰκονομικῶς τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ ἀθάνατον ᾖ τὸ κακόν. Ὁ δὲ χρυσορρήμων Ἰωάννης κατὰ τὸ γράμμα τοὺς τοιούτους ἐκλαμβάνων χιτῶνας καὶ τάδε φησίν· « Εἰ πόθεν εὑρέθησαν τὰ δέρματα μὴ σφαγέντων τῶν ζώων, φιλοτιμούμενοι λέγουσιν οἱ ἀλληγορηταί, οὐκοῦν ἀκούω κἀγὼ αἷμα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ζητῶ πόθεν μετέβαλε τὸν Νεῖλον εἰς αἷμα, ποῖα ἔθυσεν ζῶα; καὶ ὁ ποταμὸς γέγονεν εἰς αἷμα, καὶ οὐδὲν αἷμα ἐτύθη ζώων. Δέρματα δύο γέγονε, καὶ ζητοῦσιν ἀπὸ ποίων ζώων ἐγένετο. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ ἐκτὸς ζώου αἷμα, οὕτως ἐνταῦθα ἐκτὸς ζώου δέρμα. »

C

Hoc quoque scire debes, non tantopere patrem de liberorum educatione sollicitum esse atque mater est, quippe quæ id temporis sibi dici audiverit: «Cum dolore natos paries [35].» Secundum hæc Deus ait: «Exsecratione quadam infelix erit humus propter ea quæ designasti.» Nimirum me peccante solum sterilitate flagellatur, adeoque infelix humus est facinorum nostrorum causa: hoc est, quæ ex ea nascuntur, non jam amplius sponte proveniunt, uti prius consueverant. Et folia ficulna consuerunt, immortalitatem exuerunt, amictus ille gloriosus eis ademptus est, corpusque nudatum et in lutum redactum. Ea scilicet de causa sibi ficulnea folia consuerunt. Artem ipsam consuendi unde repererit homo, noli quærere: nam si erat imago Dei, de scientia ipsius ambigendum non est.

Γίνωσκε δὲ ὅτι οὐ τοσοῦτον ὁ πατὴρ ἐπὶ τῇ τῶν παίδων ἀνατροφῇ μεριμνᾷ ὡς ἡ μήτηρ, ὅτι καὶ αὐτὴ τότε ἤκουσεν· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. » Ἐγὼ ἁμαρτάνω, καὶ ἡ γῆ ταῖς ἀφορίαις μαστίζεται. Ἐπικατάρατος ἡ γῆ διὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, τουτέστιν οὐχ ἕτοιμα εὑρίσκονται ἀπὸ γῆς τὰ ἐκεῖθεν ἀναδιδόμενα ὥσπερ δὴ καὶ τὸ πρότερον. Καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, ἀπεδύσαντο τὴν ἀθανασίαν, ἡ στολὴ περιῤῥέθη τῆς δόξης, ἐγυμνώθη τὸ σῶμα καὶ ἦν λοιπὸν πηλός. Ὅθεν καὶ φύλλα συκῆς ῥάπτουσιν. Ὅθεν δὲ τὴν ῥαπτικὴν εὗρε, μὴ ζήτει· εἰ γὰρ ἦν Θεοῦ εἰκών, μὴ ἀμφιβάλλῃς περὶ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ.

D

Atque hoc loco Chrysostomus eos irridet qui paradisum in cœlo collocant et spiritualem esse volunt. Quippe si superioribus istis in locis erat, dicere debebant Litteræ sacræ flumina ejus deorsum ferri, non exire. Quæ ratio Origenem illum execrabilem quasi suffocatum manifesto perimit, simulque vanam ipsius orationem, qua corporis expertem Adamum fecit. Nam si corporis fuisset expers, non sumpsisset unam ex eo costam Deus mulieremque de illa formasset. Itaque perspicuum est, quod cum ex eo costam sumpserit, quæ in expertibus corporis nulla est, statui debeat **110** hominem primo formatum corporis expertem non fuisse. Cæterum posteaquam Adamus ejectus paradiso fuisset, Evam uxorem suam cognovit et Cainum procreavit. Quonam autem pacto cognovit? non citra corporis affectiones. Quippe cum homo ange-

Ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ Χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐμπαίζει καὶ τοῖς ἐν οὐρανῷ λέγουσι τὸν παράδεισον εἶναι καὶ πνευματικόν. Εἰ γὰρ ἄνω ἦν, κατέρχεσθαι ἂν ἐλέγοντο οἱ ποταμοί, οὐ μὴν ἐξέρχεσθαι. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ κατάρατος Ὠριγένης ἀποπνιγόμενος φαίνεται, καὶ μᾶλλον ἐν οἷς ἐκενολόγησεν ἀσώματον τὸν Ἀδάμ. Εἰ γὰρ ἀσώματος ἦν, οὐκ ἂν ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ ὁ Θεὸς καὶ ᾠκοδόμησε τὴν γυναῖκα· πρόδηλον οὖν ὡς ἐπειδὴ πλευρὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀδάμ, πλευρὰ δὲ τοῖς ἀσωμάτοις οὐ πρόσεστιν, οὐκ ἦν ἄρα κατ' ἐκεῖνον ἀσώματος ὁ πρωτόπλαστος. Μετὰ μέντοι τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου ὁ Ἀδὰμ ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γεννᾷ τὸν Κάϊν. Ἔγνω δὲ πῶς; ἐμπαθῶς, τὴν ἀγγελικῆς ἐκπεσὼν ὁ ἄνθρωπος διαγωγῆς, ἐπειδὴ παραβάτης ὤφθη τῆς ἐντολῆς, τῷ κτηνώδει τούτῳ τρόπῳ καὶ ἐμπαθεῖ περιέπεσε. Ταύτῃ τοι καὶ ὀδυρόμενος ὁ Δαβὶδ ἔλε-

[35] Gen. III, 16.

γον· « Οἶμοι ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε. Παρασυνεβλήθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. » Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Μάξιμος ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγεν ὅτι τὰ πάθη ταῦτα, ἤγουν ἡδονὴ λύπη ἐπιθυμία καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως οὐ συνεκτίσθησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ἐπεισῆλθε ταῦτα τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως, δι' ὧν ἀντὶ τῆς θείας καὶ μακαρίας εἰκόνος εὐθὺς ἅμα τῇ παραβάσει διαφανὴς καὶ ἐπίδηλος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ὁμοίωσις. Ἔδει γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ λόγου καλυφθείσης ὑφ' ὧν γνωμικῶς ἐπεσπάσατο τῶν ἀλόγων γνωρισμάτων, ἐνδίκως τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κολάζεσθαι, σοφῶς εἰς συναίσθησιν τῆς λογικῆς μεγαλονοίας ἐλθεῖν οἰκονομοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον. Πλὴν οὐχ ἀναγκαίως τῷ ὄντι κατέδησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς μετὰ τὴν παράβασιν ταῖς ἐπιθυμίαις ταύταις, ὑφ' ὧν ἐπί τε βρώσεις καὶ πόσεις καὶ ἐπὶ ἀφροδίσια καταφερόμεθα. Ἐντεῦθεν γὰρ τοῖς γεννητοῖς ἡμῶν σώμασι τὸ γεννᾶσθαί τε καὶ τρέφεσθαι καὶ διαμένειν ἕως πλείστου, καθ' ὅσον ἂν ἑκάστῳ τοῦ σώματος ἡ σύστασις ἐπιδέχηται. Καὶ γὰρ ἐκ τεσσάρων αὐτὸ στοιχείων συγκείμενον ἐπακολουθοῦσαν ἐξ ἀνάγκης κέκτηται τὴν διάλυσιν. Σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ διαστάσεως, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ Γρηγόριος. Λέλυται οὖν ἐπὶ τισὶ μὲν τάχιον, ἐπὶ τισὶ δὲ βράδιον. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ λέγοντι· « Εἴασε δὲ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν ἕκαστον ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἐκπληροῦν ὡς ἂν ἔτυχε κράσεως. » Ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ τὰ συστατικὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν, καρδίαν δηλονότι ἐγκέφαλον ἧπαρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, στερρόις ἀπαντα-χόθεν ὀστέοις ἡ φύσις ἐφρούρησεν, ὥστε μὴ καὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσι καταβλαπτομένων αὐτῶν ἑτοίμως οὕτω τὸν θάνατον ἕπεσθαι. Ταύταις μέντοι ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδονὴν ὥσπερ τι δέλεαρ ἐγκατέμιξεν, ὡς ἐντεῦθεν ἡμᾶς ἑτοίμως καθέλκεσθαι. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ βρώσεις καὶ πόσεις ἐτρέχομεν, οὐκ ἂν ἀφροδισίοις ὁλοσχερῶς προσεκείμεθα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τάχα ἂν ἐξ ἀνάγκης τὸ γένος ἀπόλωλε τὸ ἀνθρώπινον. Κατὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἡ γαστὴρ, περίττωμα οἷον οὖσα, κατεπείγει καὶ ἀνιᾷ καὶ ἀναγκάζει τὸ ζῶον ὁρμᾷν ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν αὐτῆς, εὐμεθόδως καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος ἕνεκα τῆς τοῦ γένους διαμονῆς. Ταῦτα δὲ Μάνης καὶ Οὐαλεντῖνος ἠγνοηκότες, ὡς ἔοικε, κτίσμα τοῦ διαβόλου ἔλεγον εἶναι, ὑπ' αὐτοῦ τε πυροῦσθαι καὶ πρὸς ἕψησιν ἀποκυλίεσθαι. Πλὴν οὐκ ἀφῆκε πρὸς συναφείας ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἶναι πάντη κατωφερεῖς, οὐδὲ ζῆν ἀνεπαισθήτως εἴασεν ὡς τὰ ἄλογα. Ἵῃ γὰρ ἡδονῇ καὶ ἀηδίαν συνέζευξεν καὶ σύμμικτον ταύτην ἐποίησεν, ὡς ἐκεῖθεν μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ γένους αὔξησιν ἕλκεσθαι, ἐντεῦθεν δὲ ταλανίζειν ἑαυτοὺς, τῶν προτέρων ἐπιμεμνῆσθαι, καὶ τῆς ἁμαρτίας μέγα καταβοᾷν, δι' ἣν τοῖς ἀνοήτοις παρασυνεβλήθημεν κτήνεσι.

lica vita excidisset, ex quo mandati violator exstitit, in statum vitæ brutorum consimilem et affectionibus obnoxium lapsus est. Idcirco Davides plorans inquit: «Hei mihi, cum homo dignitate floreret, animum non advertit; idcirco brutis jumentis est comparatus, eisque factus similis [96].» Idem eximius etiam ille maximus in iis ad Thalassium quæ perscripsit exposuit, affectiones nimirum hasce, voluptatem dolorem appetitum, cæteras, initio cum hominum natura non fuisse conditas, sed propter amissionem perfectionis irrepsisse, ac parti naturæ paulo longius a ratione recedenti adhæsisse, per quas statim una cum transgressione pro divina beataque imagine brutorum animalium similitudo in homine manifesta et conspicua exstitit. Erat enim necesse ut cooperta rationis dignitate natura mortalium æquissimo jure per ea puniretur brutorum naturæ indicia et argumenta, quæ ipsa sibi sponte sua arcessivit, sapienter efficiente Deo ut hoc pacto intelligentiæ rationalis amplitudinem homo secum expenderet. Enimvero post transgressionem reapse nos Deus cupiditatibus illis alligavit et constrinxit, per quas ad cibum, potum res Venereas impellimur. Hinc est in corporibus nostris per procreationem in lucem editis, quod et gignantur et alantur, et tam diu maxime durent quandiu cujusque corporis constitutio vitæ capax est. Cum enim corpus ex elementis quatuor constet, ita necessario comparatum est ut ejus dissolutio tandem sequatur. Quippe compositio nostri ortus initium est, quemadmodum Gregorius ille theologus inquit. Idcirco corpus in quibusdam celerius dissolvitur, in aliis tardius. Persuadeat hoc etiam magnus ille tibi Cyrillus, qui ait: «Post lapsum Deus unicuique vitam suam explere pro ratione temperamenti sinit.» Nam illam ob causam partes eas corporis nostri quæ vitam nostram continent, cujus generis sunt cor, cerebrum, jecur aliaque talia, firmis ossibus undique natura munivit; ut ne per quasvis occasiones fortuitas iis læsis extemplo mors consequeretur. Atque his de quibus antea locuti sumus, cupiditatibus voluptatem quoque velut escæ condimentum quoddam miscuit, ut ea nos commode delenitos flecteret. Nam cæteroquin ad cibum potumque nos haud conferremus, et III a rebus Venereis prorsus abstineremus. Quibus rebus omissis ac neglectis necessario genus humanum interiret. Hinc fit ut semen, quod superfluitas quædam est, nos urgeat, et molestia quadam afficiendo cogat ut ejus ad excretionem progrediamur, optima id ratione permittente Deo propter generis nostri durationem. Quæ cum Manes atque Valentinus ignorarent, uti quidem videtur, carnem esse diaboli opificium dixerunt et accendi ab eo, quo turpes in libidines prorumpat. Enimvero non concessit nobis Deus ut nimiopere simus ad complexus Venereos proclives, nec brutorum in morem absque sensu vivendi potestatem fecit. Nam voluptati quamdam insuavitatem adjunxit atque miscuit,

[96] Psal. XLVIII, 13.

ut hinc quidem ad generis propagationem excitaremur, inde vero miserias nostras deploraremus, prioris status memoriam refricaremus, peccatum denique graviter incusaremus, cujus causa paradisi vita spoliati summis brutisque jumentis similes facti.

De tribus animæ partibus.

Præter hæc etiam illud scire te volo, partem eam animi quæ appetendi facultatem continet in jecinore sedem suam obtinere, alteram qua irascendi vis continetur in corde, rationis denique domicilium in cerebro esse. Atque hanc ipsam rationis facultatem gubernator ille rerum universitatis propterea tibi donavit, ut ab irascibili facultate adjutus fortiter adversari brutæ pecuiæque concupiscentiæ possis. Norat enim dominus ille naturæ quantus esset ejus impetus. Et hanc appetendi vim sedem in jecinore suam habere Galenus etiam Tityi commemorata fabula probat, in libro quidem eo cui Diagnostices titulum fecit, jecur ejus ab aquila comedi, in altero autem libro singulari qui est de animi moribus, a vulturibus devorari tradens. Etenim Tityus hic, ut exteræ disciplinæ fabulis continentur, Latonam adamasse perhibetur, eamque ob causam ab illius liberis Apolline ac Diana supplicio affectus. Galeno quidem narrante hominem vel ab aquila vel a vulturibus absumi, aliis vero tradentibus sagittis eum fuisse confixum, quæ quidem adhuc jecinori ejus inhærerent. De quo intelligi non obscure potest appetentem animæ vim esse in jecinore sitam.

Atque hoc loco quid sim dicturus considerato. Cum rationis facultas imperium obtinet eique vis irascibilis paret, appetente debilitate summisseque se gerente, tum vero **112** nec intemperanter homines vivunt, nec prædonum aut tyrannorum in morem, sed honesta plane justaque vita degitur. Hac de re dubitari non debet. Nam si res ita comparata non foret, et si corporis in eadem structura non hic affectionibus foret obnoxius, ille se superiorem iis declararet, nequaquam magnus ille Basilius Isaiam vatem enarrans quondam a natura præcellere diceret aliis, et ipsius etiam carnis comparatione multis præstare, sive in scientia alicujus perceptione sive in cultu virtutis. Hinc videre est varios homines, temperantes et intemperantes, iracundos et mites, prudentes et stolidos, ut supra quoque monuimus. Atque hæc de conditione deteriore in melius commutari possunt, ac vicissim a bono in pejus licet deflectere, quemadmodum ex hisce Gregorii Theologi verbis perspicue intelligimus: «Satis est, inquit, corpori sua vitiositas. Cur animæ materies amplior suppeditetur? cur huic belluæ nutrimentum largius? ut intractabilis scilicet fiat ac rationem violentia sua superet.» Animum igitur adverito. Quantam sibi vim afferant homines ii qui frugi quidem esse cupiunt vitamque angelicam imitari, verum faculiatem appetentem in se validam sentiunt (etenim natura requirit ea quæ sua sunt; cujus voluntati atque motibus adversatur quisquis vitam agere castam instituit), quamque adeo grave sit repugnare naturæ velle, cui re-

Περὶ τριῶν μερῶν τῆς ψυχῆς.

Πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τοῦτό σε βούλομαι, ὅτι τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, τὸ δὲ θυμικὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ποιεῖται τὴν οἴκησιν, τὸ δὲ λογικὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ λογικὸν ἐχαρίσατό σοι ὁ τῶν ὅλων πρύτανις, ἵνα συμμάχῳ καὶ τῷ θυμικῷ χρώμενος γενναίως ἀνθίστασαι κατὰ τῆς ἀλόγου καὶ βοσκηματώδους ψυχῆς, τῆς ἐπιθυμητικῆς δηλαδή· οἶδε γὰρ ὁ τῆς φύσεως δεσπότης ὅση περ ἐκείνης ἐστὶν ἡ ὁρμή. Ὅτι δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν αὐτῷ τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, καὶ τὸν Τιτυὸν παράγει ὁ Γαληνὸς εἰς σύστασιν τούτου τοῦ λόγου, ἐν μὲν τῇ διαγνωστικῇ οὗτοῦ ὑπὸ ἀετοῦ λέγων αὐτοῦ κατεσθίεσθαι τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τῷ περὶ ἠθῶν ψυχῆς μονοβίβλῳ ὑπὸ γυπῶν. Ὁ γὰρ Τιτυὸς οὗτος κατὰ τὴν ἔξω μυθολογίαν ἐρασθῆναι λέγεται τῆς Λητοῦς, ἐφ' ᾧ καὶ παρὰ τῶν παίδων αὐτῆς Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος κολάσει καθυποβληθῆναι, καὶ κατὰ μὲν τὸν Γαληνὸν ὑπὸ ἀετοῦ εἴτε καὶ γυπῶν τὸ ἧπαρ ἐσθίεσθαι, κατὰ δέ τινας ἄλλους τοξευθῆναι αὐτὸν κάντεῦθεν ἔχειν τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα τῷ ἥπατι. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν τῷ ἥπατι τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικόν ἐστι.

Πρόσεχε λοιπόν. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ λογιστικὸν ἄρχῃ, πειθόμενον μὲν ἑαυτῷ τὸ θυμοειδὲς ἔχον, ἀσθενὲς δὲ καὶ ταπεινὸν τὸ ἐπιθυμητικόν, οὔτε ἀκόλαστος ὁ τοιοῦτος βίος οὔτε οἷον οἱ λῃσταὶ βιοῦσι καὶ τύραννοι, ἀλλὰ σώφρων πάντη καὶ δίκαιος. Καὶ τούτου χάριν ἀμφιβάλλειν οὐ χρή. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ ἐξ αὐτῆς τῆς σώματος κατασκευῆς οὗτος μὲν ὑπὸ παθῶν ἥττητο, ἐκεῖνος δὲ πάλιν ἐγκρατὴς αὐτῶν κατεφαίνετο, οὐκ ἂν ὁ μέγας Βασίλειος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἐξηγούμενος εἰσῆγέ τινας ἐκ φύσεως ἔχοντος τινα προτερήματα καὶ κατά γε τὴν σύγκρισιν τῆς σαρκὸς πολλῶν διαφέροντας εἰς ἀνάληψιν ἐπιστήμης ἢ ἄσκησιν ἀρετῆς. Ἐντεῦθεν οὖν καὶ σώφρονα ἴδοι τις ἂν καὶ ἀκόλαστον, θυμώδη καὶ πρᾶον, ἐχέφρονα καὶ μὴ τοιοῦτον, ὥσπερ δὴ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. Ταῦτα μὲν οὖν δύναιτ' ἂν τις ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταφέρειν ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὖ μεταστρέπειν ἀπὸ τοῦ κρείττονος. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἔλεγεν· « Ἀρκετὸν τῷ σώματι ἡ κακία αὐτοῦ. Τί δὲ δεῖ τῇ φλογὶ πλείονος ὕλης, τῷ θηρίῳ δυσφιλεστέρας τροφῆς; ἵνα δυσκάθεκτον γένηται καὶ τοῦ λογισμοῦ βιαιότερον. » Πρόσεχε οὖν ὅσα βιάζουσιν ἑαυτοὺς οἱ θέλοντες μὲν σωφρονεῖν, ἔχοντες δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰσχυρόν· ἡ μὲν γὰρ φύσις τὰ ἑαυτῆς ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ, ὁ δὲ ἁγνεύειν αἱρούμενος τοῖς θελήμασι τῆς σαρκὸς ἀντιπίπτει καὶ βίον ἀγγελικὸν μιμεῖσθαι φιλονεικεῖ. Ὅσον δὲ βαρὺ τὸ πρὸς φύσιν μάχεσθαι, καὶ οἷον ἐντεῦθεν τὸ ἔπαθλον, ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης ὁ ἁγιώτατος ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· « Ὁ σῶμα νικήσας φύσιν ἐνίκησεν· ὁ δὲ φύσιν

νικήσας ὑπὲρ φύσιν ἐγένετο· ὁ δὲ τοῦτο γενόμενος βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλάττωται, ἵνα μὴ λέγω μηδέν. » Πρόσεχε δὲ ὅτι καὶ σφόδρα βαρυαλγοῦσι καὶ ἄχθονται οἱ θέλοντες μὲν σωφρονεῖν, ἔχοντες δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰσχυρὸν πολυπλῃθῆ τε τὴν γονήν, πρὸς ἔξοδον ἀεὶ ἐπειγομένου τοῦ ἐνοχλοῦντος αὐτοῖς· καὶ μὴ κατά τι ἀμφίβαλλε. Εἰ γὰρ ὁ Διογένης ἐκεῖνος ὁ Κυνικὸς, τὸ τῆς φύσεως βάρος οὐκ ἐνεγκών, καὶ ταῦτα τοσοῦτον ἀσκητικώτατος ὤν, γυναῖκα ζητῆσαι λέγεται ὥστε τὸ βαρῦνον ἀποθέσθαι καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κουφίσαι, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅσον ὑπομένουσι κάματον οἱ σφοδρὸν μὲν, ὡς εἴρηται, λαχόντες τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν ἁγνείᾳ δὲ φυλάσσειν ἑαυτοὺς προθυμούμενοι; Ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, τῶν ὁσίων τινὲς, ἵνα τὴν φυσικὴν ἀποσβέσωσι πύρωσιν, καὶ γυμνοὶ τὸ σῶμα μέσον ὑδάτων διημερεύοντες ὤφθησαν. Μηδεὶς λοιπὸν ἐπὶ μέσου προσφερέτω τὴν γένεσιν, μηδεὶς οὐκ ἀγαθοὺς ἀστέρων προφασιζέσθω σχηματισμούς. Ἀστέρων μὲν γὰρ κινήσεις, ἀνατολὰς καὶ δύσεις αὐτῶν, τοῖς προσήκουσι γίνεσθαι καιροῖς ᾠκονόμησεν ὁ σοφῶς τὰ πάντα διευθετῶν, ὡς ἐντεῦθεν ἀέρος μετατρεπομένου καὶ ὄμβρων καταῤῥηγνυμένων εὐκαίρως αὔξεσθαι τὰ φυτά. Καὶ γὰρ τῶν τροφῶν ὡς ἐν κύκλῳ διηνεκῶς χορηγουμένων ἀνελλιπὴς καὶ ἡ τῶν προσφερομένων τοὺς καρποὺς διαμένει φύσις, ὡς εὑρίσκεσθαι μὲν ἐκεῖνα διὰ τοὺς καρποὺς, τοὺς δὲ καρποὺς διὰ τὰ ζῶα καὶ τὸν ἄνθρωπον. Οὐ γνώμας λοιπὸν οἱ ἀστέρες μετατρέπουσιν, οὐδὲ καθάπερ τι ἀνδράποδον τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ περιάγουσιν ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἂν εὑρεθείην ἄδικοι, τοὺς μὲν μοιχοὺς ποιοῦντες, τοὺς δὲ φονέα, καὶ ἁρπαγας. Ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν ἀστέρων ὁ δημιουργὸς αὐτῶν τὴν αἰτίαν ἀποφέρεται, εἴπερ τοιαῦτα κατεσκεύασεν ἃ τὴν ἐπιφορὰν ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης τῶν κακῶν ἐπιτίθησι, καθὰ δὴ καὶ πρὸς Φαῦστον ὁ κορυφαῖος ἔλεγε Πέτρος, γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ τὸ πᾶν ἐπιτρέπων κ.

ספנדet ipsius etiam præmii magnitudo, sanctus ille vir Joannes auctor scalæ hisce verbis declarat: «Qui corpus vicit, naturam vicit; qui naturam vicit, supra naturam semet extulit; hoc qui consecutus est, paulum angelis est inferior, ne nihil ab iis differre dicam.» Nimirum scito gravibus eos molestiis premi qui casti esse desiderant, cum appetitum in se fortem experiantur et genitalæ magnam copiam, quæ negotii plurimum eis facessit ac nunquam non, ut emittatur, urget. Nihil de hoc ambigendum. Quippe si Diogenes ille Cynicus, cum onus illud naturæ nequiret amplius ferre, homo perpetuis et maximis exercitationibus ad abstinentiam condoctefactus, mulierem aliquando quæsisse perhibetur, quo rem molestam sibi deponeret et corpus onere velut exonerato levaret, quantum illos sustinere laboris atque molestiarum existimandum est, in quibus a natura vehemens est appetitus impetus, cum nihilominus servare seipsos in continentia velint? Atque hanc ob causam, dilecte fili, quidam viri religiosi nudis corporibus totos dies in medias aquas semet abjecisse traduntur, quo inflammationem et æstum illum **113** naturalem restinguerent. Itaque nemo posthac nativitatem suam in medium proferat, nemo inauspicatos siderum positus et inter se conformationes causetur. Nam sapiens ille Moderator universorum præclaro consilio instituit, ut suis temporibus certi siderum motus, ortus, occasus eveniant, quo commutato per has causas aere pluviisque delabentibus plantæ incrementum commode sumant. Cum enim alimenta quodam velut ambitu perpetuo suppeditata non desiderantur, etiam illorum natura, qui fructus ipsos percipiunt, vel egere vel deficere nequit. De quo intelligimus sidera quidem cum motibus suis fructuum, fructus autem animalium et hominis esse causa factos. Quapropter animorum voluntates atque sententias sidera non mutant, nec hominem ad imaginem Dei factum mancipii cujusdam vilis instar hac illac ducunt. Non tam enim ipsa deprehenderentur injusta esse, quosdam adulteros efficientia, quosdam homicidas ac prædones, quam eorum opifex, qui præcipuam in hac parte culpam mereretur, ob res ejusmodi conditas quæ necessario nos ad mala proclives redderent. Idcirco non abs re scripsit eximius ille Petrus ad Faustum, quosdam falso universum hoc natalitiis sideribus et fato committere.

Ὥρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ ἐπὶ πλέον τοῖς λόγοις αὐτῶν ζορυβοῦ. Εἰ γὰρ καὶ λέγουσιν ὅτι ἡ ὥρα καθ' ἣν ἡ σύλληψις τοῦ συλλαμβανομένου γίνεται, ἐκείνη καὶ τὸ πλαστουργούμενον, εἴτε ἄῤῥεν εἴτε θῆλυ, διατάττειν ἄριστα εἰωθεν, ἀλλ' εὐθέως ἀνθυποφέρειν ἔχεις καὶ σὺ, καὶ οὕτω λέγειν αὐτοῖς, ὡς εἴπερ ἐν μιᾷ ὥρᾳ καὶ τῇ αὐτῇ καταβολῇ τῶν διδύμων ἡ σύλληψις γίνεται, ἔπρεπε πάντως μὴ τὸ μὲν αὐτῶν ἄῤῥεν, τὸ δὲ θῆλυ, ἀλλ' ἄῤῥενα καὶ ἄμφω κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν ὥραν ἢ θήλεα ταυτὶ διαπλάττεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν ἔδει μὴ τὸ μὲν αὐτῶν τάχιον τελευτᾶν, τὸ δὲ βράδιον, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ ἄμφω τῶν ὧδε μεθίστασθαι· κατὰ γὰρ ἐκείνους εἰπεῖν, ὁ αὐτὸς ἀστὴρ κἀκείνῳ καὶ τούτῳ τὴν ζωὴν ἐχαρίσατο. Ἀλλὰ καὶ ἐπί τισι παθήμασι καὶ σινώμασιν ὑφ' ὧν ἁλίσκονται πολλάκις τὰ κατὰ μήτραν πηγνύμενα (τά τε γὰρ θήλεα σχῆμα πολλάκις ἀνδρῶν

Prudenter igitur hæc considerato, nec horum verbis plus æquo perturbari te sinito. Cum enim dicunt eam horam qua fetus conceptio fiat, fetum ipsum, tam marem quam femineum, optime formare, mox eis objicere vicissim potes quod si quidem una et eadem hora, una et eadem seminis dejectione geneliorum conceptio fiat, omnino necesse sit alterum eorum non esse marem, alterum feminam, sed vel ambos mares vel feminas formari. Consimiliter eadem ratione sequeretur alterum eorum non debere citius exstingui, tardius alterum, sed utrumque rebus humanis pariter eximi. Nam, ut ipsi loquuntur, idem sidus tam huic quam illi viam præbuit. Quin etiam eo progredimur, ut morbos quosdam et formas quæ fetibus in ipsa matrice nonnunquam accidunt (solent enim interdum feminæ verendis in partibus virilem habere

speciem, ac vice versa mares femineam) astris auctoribus tribuant. Vocant ejusmodi fetus, de quibus modo loquebamur, hermaphroditos. Nam perbelle fingunt Mercurium (qui Græcis Hermes est) et Venerem (quæ Aphrodite) in iisdem centris conjunctos. Saturno etiam accedente certaque conformatione aeris, fetus quosdam præter naturam affectos producere. Sed enim hoc minime verum est. Nam ipsa fetus formatrix **114** natura nonnumquam ejusmodi elicit, quemadmodum est supra demonstratum. Hermes quidem ille philosophus, quem Græci tanto habent in honore, scriptis ad sapientem Ammonem litteris, morborum in iis causas qui furore corripiuntur et mente sunt alienati, ad sidera refert. Cum enim, inquit, sidus illud in cujus potestate cerebrum est, fetum bono quodam aspectu intuetur, ejusque cerebrum in ipsa formatione radiis ejusmodi collustrat, omnino fit ut facultates animi principes in tali fetu præclare comparatæ sint. At si quomodocunque sidus ipsum male afficiatur, etiam diversa erit et contraria priori ejus effectio. Hunc in modum spectatores illi sublimium sentiunt atque loquuntur. Eorum tu opinionem rejicito, ac pravis quibusdam humoribus cerebrum ejus repletum esse credito, quem animo alienatum conspexeris. Nam cerebrum mentis est instrumentum, ideoque pro ipsius instrumenti affectione mens etiam, velut artifex, agere consuevit. Propterea Deus herbas quasdam condidit quibus variis doloribus atque morbis medeamur, et hominibus medicam sapientiam abunde largitus est. Hinc et cerebrum purgari videmus, et morbos alios, qui curationem requirunt, convenientium medicamentorum adhibitione sanari. Non igitur eorum verbis decipi te patitor. Ac ne fato quidem, ceu dictum est, hi morbi hominibus accidunt. Quid enim aliud sibi fati vult vocabulum, de ipsorum sententia, quam quod sit eventus quidam inevitabilis, ortus ex serie perpetua motus cœlestium corporum? Quod ipsum totus ille sanctorum virorum cœtus longissime rejicit. Quamobrem istuc? Quia multum amentiæ stoliditatisque continet, plus impietatis, ut magnus ille Basilius loquitur.

Naturaliter quidem, ceu diximus, gubernari regique corpus nostrum ipse rerum Dominus voluit; absque quo foret, nec aere puro nec acquis pellucidis nec loco salubri nec sumptis per vices esculentis ac poculentis vita nostra indigeret. Enimvero, charo fili, fac divinam mihi sapientiam intueare, siquidem nonnihil de rerum natura nobis est commentandum. Etenim ne maxime principales necessariæque corporis nostri partes quibusvis de causis læderentur, caput nostrum, uti quod cerebrum continet quo vita nostra tota nititur, tum capillis tum ossibus præter illos solidis durisque munivit. Cerebrum ipsum natura tenerum fecit, quandoquidem

A περὶ που τὰ γεννητικὰ φέρουσι μόρια, καὶ τοὐναντίον αὖθις τὰ ἄῤῥενα), τοὺς ἀστέρας αἰτίους ἡγηνται. Ταύτῃ τοι καὶ ἑρμαφροδίτους τοὺς τοιούτους ἐπονομάζουσι. Κομψεύονται γάρ, ἐπειδὰν ὁ Ἑρμῆς καὶ ἡ Ἀφροδίτη εὑρεθείσιν ὁμόκεντροι, συνόντος αὐτοῖς τοῦ Κρόνου, πρὸς δὲ καὶ σχηματιζομένου τοῦ Ἄρεος, αἴτιοι τηνικαῦτα καὶ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν τοῖς τικτομένοις καθίστανται. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ἡ γὰρ διαπλάττουσα τὸ ἔμβρυον φύσις αἰτία πολλάκις τῶν τοιούτων εὑρίσκεται, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται. Ἀλλὰ καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς, τοῖς Ἕλλησι τιμώμενος Ἑρμῆς Ἄμμωνι τῷ σοφῷ ἐπιστέλλων αὐτοὺς αἰτιᾶται τοὺς ἀστέρας ἐπί τε τοῖς μαινομένοις καὶ τὸ φρόνημα κεκτημένοις παράφορον ὡς αἰτίους δῆθεν τοιούτων παθῶν. Φησὶ καὶ γάρ ὡς ἐπειδὰν ἐξ ἀγαθοῦ σχήματος ὁ τοῦ ἐγκεφάλου κυριεύων B ἀστὴρ κατοπτεύει τὸ πλαστουργούμενον, κἀκεῖθεν ἀκτῖνα βάλλει τῷ ἐγκεφάλῳ τοῦ πηγνυμένου, καλῶς ἔξουσιν αἱ ἡγεμονικαὶ δυνάμεις τῷ πλαττομένῳ τηνικαῦτα ἐμβρύῳ· εἰ δὲ κακούμενος ὁπωσδήποτε τύχῃ ὁ τοιοῦτος ἀστὴρ, τῶν ἐναντίων ἔσται πάντως ποιητικός. Καὶ οὕτω μὲν οἱ τοῖς μετεώροις προσέχοντες καὶ φρονοῦσι περὶ τούτων καὶ λέγουσιν (24). Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, μὴ οὕτως, ἀλλὰ μοχθηροῖς τισι χυμοῖς κατακρατεῖσθαι τὸν ἐγκέφαλον πίστευε, ἡνίκα δὲ θεάσῃ τινὰ παρακοπὴ φρενῶν συνεχόμενον· ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὄργανόν ἐστι τοῦ νοός· ταύτῃ τοι καὶ κατὰ τὴν ὀργάνου διάθεσιν καὶ ὁ τεχνίτης εἴωθε νοῦς ἐνεργεῖν. Ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ βοτάνας ἀλεσωδύνους παρήγαγεν ὁ Θεὸς, καὶ σοφίας ἰατρικῆς τοὺς ἀνθρώπους ἐνέπλησεν· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ κεφαλὴν καθαιρομένην ἴδῃ τις, καὶ πάθη ἄλλα τινὰ θεραπείας ἀξιούμενα φαρμάκων καταλλήλων ἐπαγωγαῖς. Μὴ οὖν συναρπάζου τοῖς λόγοις αὐτῶν, ὅτι μηδὲ καθ' εἱμαρμένην, ὡς εἴρηται, τὰ πάθη τοῖς ἀνθρώποις ἐμπίπτουσιν. Τί δὲ τὸ τῆς εἱμαρμένης ἐστὶ σημαινόμενον; Ὦ, ἐκεῖνοι φασὶν, ἡ ἀπὸ τῆς καθ' εἱρμὸν τῶν οὐρανίων σωμάτων κινήσεως ἀπαράβατος ἔκβασις, ἣν δὴ καὶ πάντων ὁ τῶν ἁγίων χορὸς πόῤῥω που ῥίπτει καὶ ἀποπέμπεται. Τίνος; ἕνεκεν; Ὅτι πολὺ μὲν τὸ ἀνόητον κέκτηται, πολλαπλάσιον δὲ τὸ ἀσεβὲς, ὦ, ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος.

D Φυσικῶς μὲν οὖν, ὡς προεῖρηται, καὶ διοικεῖσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ διεξάγεσθαι συγκεχώρηται πάντως παρ' αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου τῆς φύσεως. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἡ τῆς ζωῆς ἡμῶν σύστασις καὶ ἀέρος ἔχρῃζε καθαροῦ καὶ ὑδάτων διειδῶν τόπου τε ὑγιεινοῦ καὶ καταλλήλων ὡσαύτως βρωτῶν καὶ ποτῶν. Ἀλλ' ὅρα τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἀγαπητὲ, εἴ γε καὶ φυσιολογίας μικρὸν ἅψασθαι. Ἵνα γὰρ μὴ τὰ καιριώτατα τοῦ σώματος ἡμῶν μόρια καὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσι καταβλάπτωνται, πολυτρόπως, ὡς προείπομεν, καὶ πολυειδῶς ἠσφαλίσατο. Αὐτίκα γὰρ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, ὅτε δὴ τὸν ἐγκέφαλον αὐτὸν περιέχουσαν ἐν ᾧ τὰ

(24) *Ἐπί τε . . . . . λέγουσιν.* Ex V. et F.

τῆς ζωῆς ἡμῶν περιείληπται, καὶ θριξὶ κατῴχύρωσε καὶ ὀστέοις πρὸ τούτων στερροῖς. Ἁπαλὸν δὲ ἡ φύσις τοῦτον ἐποίησεν, ἐπειδὴ ταῖς αἰσθήσεσι πάσαις αὐτὸς χορηγεῖ τὰς πηγάς. Ἵνα δὲ μὴ τῇ στερρότητι τῶν ὀστῶν συντριβόμενος περὶ τὴν οἰκείαν βλάπτηται φύσιν, ἁπαλὸς καὶ γάρ, δυσὶ μήνιγξιν αὐτὸν περιέλαβε, καὶ ταύταις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἁπαλῇ μὲν οὔσῃ τῇ ἔσωθεν διά γε τὴν τοῦ ἐγκεφάλου ἀνάπαυσιν, στερροτέρᾳ δὲ πάλιν τῇ ἔξωθεν, ὡς ἐντεῦθεν ἄμφω φυλάττεσθαι· οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας ἐποίησε, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν, ὀστέοις μὲν περικυκλώσας, παραθεὶς δὲ αὐτῇ καθάπερ ἁπαλὸν στρῶμα τὸν πνεύμονα, ἵνα μὴ τῇ ἀεικινησίᾳ καὶ αὐτὴ τοῖς ὀστέοις συντρίβηται. Ἀλλὰ πολλαχόθεν ἔχειν ῥαφὰς πολλῆς ἀσφαλείας ὑπόθεσις· ἐξατμίζεται γὰρ ἐκεῖθεν αὐτὸς, ὥστε μὴ συμπνίγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν. Πληγή τε εἴ τις ἐπενεχθείη ποτὲ, οὐχ ὁλοσχερῶς ἡ βλάβη γίνεται· εἰ μὲν γὰρ ἓν καὶ συνεχὲς ἦν τὸ ὀστοῦν, καὶ μία κατενεχθεῖσα πληγὴ τὸ πᾶν ἐλυμήνατο, εἰς πολλὰ δὲ νυνὶ διαιρουμένου γενέσθαι τοῦτο πάντως ἀμήχανον. Εἰ γὰρ καὶ συμβαίη τρωθῆναι μέρος ἕν, ἀνάγκη πᾶσα τὸ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος κείμενον ὀστοῦν παραβλάπτεσθαι, ἀσινῆ δὲ τὰ λοιπὰ πάντα διαφυλάττεσθαι, τοῦ συνεχοῦς τῆς πληγῆς διακοπτομένου τῇ τῶν ὀστῶν διαιρέσει. Περὶ δὲ τῶν τῆς κεφαλῆς περιττωμάτων τί χρὴ καὶ λέγειν, εἴ γε τὰς ἐκκρίσεις αὐτῶν, ὡς ὁρᾷς, ἡ ἔσφρησις πεπίστευται; Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς κάτωθεν ἀναπεμπομένους ἀτμοὺς ὡς ὑπερκειμένη αὐτὴ τοῦ σώματος ὑποδέχεσθαι εἴωθεν, ἡ δὲ τούτων πλημμύρα πολλὴν ἂν εἰργάσατο τῷ ἐγκεφάλῳ τὴν λώβην, οὐδὲ τούτου κατημέλησεν ὁ τῶν ἁπάντων ποιητής, ἀλλὰ πόρους τινὰς ἐν τοῖς ὀστέοις ἐργασάμενος τὰ ὑγρὰ καὶ παχέα τῶν περιττωμάτων ἐπὶ τὴν ὑπερῴαν καὶ τοὺς μυκτῆρας ὡδήγησε, καὶ δύο τούτοις ἐκκρίσεων ἀπένειμε μόρια, ἵνα συντόμως τὸ βλαβερὸν ἐκφορῆται. Τὸ δέ γε ἀτμῶδες περίττωμα διὰ τῶν τοῦ κρανίου ῥαφῶν ἄνωθεν ἐξωθεῖται. Μὴ θαύμαζε εἴ γε ψυχρός ἐστιν ὁ ἐγκέφαλος φύσει, καὶ ὅτι μείζονα τοῦτον ὁ ἄνθρωπος ἢ τὰ λοιπὰ ζῶα κέκτηται. Τὴν γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότητά τε καὶ ζέσιν χωρεῖν ἐπὶ τὸ εὔκρατον ἐντεῦθεν ὁ Ἀριστοτέλης φησὶν, αὐτὸν δὲ αὖ τὸν ἐγκέφαλον μὴ ὑπερθερμαίνεσθαι τῇ ἀναφερομένῃ θερμότητι. Ὅρα δὲ νουνεχῶς· ἐπειδὴ γὰρ ἡ τοιαύτη θερμότης μείζων ἐστὶ, μείζων ἄρα καὶ ἡ ἐξ ἐγκεφάλου ψυχρότης τε ὁμοῦ καὶ ὑγρότης ἀντίκειται, ἧς ὑγρότητος ἕνεκα καὶ ὀψιαίτατα πήγνυται τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν ὀστοῦν, ὃ δὴ καὶ βρέγμα καλοῦσί τινες. Ἀλλὰ καὶ ῥαφὰς πλείους ὁ ἄνθρωπος κέκτηται, καὶ μᾶλλον ὁ ἀνήρ. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι καὶ πλείων ὁ ἐγκέφαλος αὐτῷ πρόσεστιν· ἵνα γοῦν ἔμπνους ὁ τόπος ᾖ, πλειόνων ὁ ἀνὴρ ἐδεήθη ῥαφῶν. Καὶ ξηρὸς μὲν ὁ τοιοῦτος καὶ ἀπέριττος ὢν συνετόν τινα ποιεῖ καὶ νηφάλιον, κάθυγρος δὲ ὢν τἀναντία ποιεῖ, νωθρὸν δηλονότι καὶ ὑπνώδη καὶ ῥᾴθυμον. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τῷ σοφῷ Ἡρακλείτῳ· ξηροτέρη ψυχὴ

A cunctis sensibus suos quasi fontes suppeditat. Rursum ne tam tenera substantia propter ossium duritiem collisa velut attereretur ac detrimentum caperet, duabus eam membranis **115** est complexa, iisque non unius generis, sed interiore quidem molli ob cerebri quietem, exteriore vero solidiori, quo per illam utriusque saluti consuleretur. Idem in corde factum, Joanne Chrysostomo teste, quod ossibus quidem cinxit Deus; sed nihilominus eidem, quasi teneram quamdam vestem stragulam, pulmonem adjunxit, ne et ipsum ad ossa propter perpetuitatem motus allideretur. Quin illud etiam, quod non continuum et unum sit os quo cerebrum tegitur, sed omni ex parte suturas habeat, quam præclare consultum sanitati nostræ sit, argumento est. Nam per eas vapores suos emittit, ne per halitus sursum contendentes suffocetur; et eadem ratione consequimur ut illata forte cerebro plaga non totum lædat. Quippe si os continuum et unum foret, ab uno vulnere totum læderetur. Nunc cum in ossa plura divisum sit, fieri hoc omnino nequit. Nam si maxime pars una vulneretur, necesse est illud os lædi quod illa est in parte situm, cum illæsa cætera maneant, vulneris continuitate per ossium divisionem interrupta. Quid de capitis excrementis dicam? quorum egestioni nares sunt, uti vides, destinatæ. Cum enim caput tanquam supremum in corpore locum consecutum vapores deorsum ascendentes excipere soleat, quorum redundantia cerebro plurimum detrimenti allatura erat, ne id quidem opifex ille rerum negligere voluit, sed quibusdam meatibus effectis in ipsis ossibus excrementa humida et crassa in palatum ac nares deduxit, quas ipsas quoque duas in partes divisit, quibus excretio fiat, ut compendiaria quasi via brevilerque noxia egerantur et excrementa sursum exhalantia per cranii suturas sursum expellantur. Neque cerebri naturam esse frigidam miraberis, nec quod in homine cerebrum sit amplius quam in animalibus cæteris. Nam hinc tradit Aristoteles calorem ebullitionemque cordis temperatiorem effici, et ipsum cerebrum propter calorem sursum tendentem non nimium effervescere. Quod sane si fieret, non parum effectiones ejus impedirentur. Atque hoc loco mentem mihi velim adhibeas: Quia magnus est cordis calor, idcirco etiam major illi frigiditas cerebri et humiditas opponitur; cujus humiditatis causa perquam sero capitis os consolidatur, quod bregma nonnulli vocant. Et suturas capitis, ceu diximus, homo plures habet, præsertimque vir. Quamobrem istuc? Quia cerebrum in eo quoque majus est. Ut igitur hic locus fetoris expers esset maxime, vir pluribus suturis egebat pro ipsius nimirum cerebri amplitudine. **116** Quodsi cerebrum quis siccum minimeque gravatum ab excrementis habeat, prudens atque sobrius evadit, cum ejusdem humiditas contrarium quiddam efficiat, hominem videlicet desidem, somnolentum, iguavum. Licet hoc de sapientis Heraclili

verbis intelligas, qui animam sicciorem dixit esse sapientiorem. Nam in cerebris humidis spiritus animalis veluti submersus, ut et in feminis est videre, præclarissime suas effectiones absolvere nequit. Idcirco divinus ille Cyrillus sexum femineum dimidia parte virorum indoli cedere dixit. Atque hæc de statu conditioneque cerebri naturali dicta sunto. Cum autem plus æquo siccescit, necesse est hominem lædi et affligi. Nam vehementes quædam temperamenti justi perturbationes partium ipsarum effectiones quasi retundere consueverunt. Itaque fieri plerumque solet, ut vel jejunia vel vigiliæ naturalem cerebri siccitatem plus æquo augentes hujusmodi morbos gignant. Estque propterea necessarium ut homines in hunc modum affecti victus ratione aliquanto humidiore utantur; nam orti de siccitate morbi per humiditatem curantur. Rursum si ex morbo quodam plus æquo sit humidum cerebrum, subsequi rerum oblivio et infatuatio quædam solet, eaque tanta ut sæpenumero tam artium quam litterarum suique adeo nominis homo prorsus obliviscatur. Tribus nimirum membranis cerebrum distinguitur, ac ventriculus quidem ejus anterior facultatis informantis et imaginantis est instrumentum; medius vero cogitantis, posticus denique recordantis. Etenim primo rem hanc aut illam informatione quadam concipimus; deinde de informato rationamur, quid et quotuplex a natura sit, atque ita in memoriam tandem recondimus. Et hæc quidem accipienda de iis sunt qui recte affecti sunt atque sani. Quodsi vel unum aliquid horum morbo quodam quocunque pacto afficiatur, tunc ejus partis ratione anima pure nequit efficax esse. Hæc tibi, dilecte fili, monendo subjicio, ne siderum inter se conformationes et aspectus causeris, cum naturalibus hujusmodi quædam rationibus evenire consueverint.

(25) *Καὶ οὕτω μὲν..... θεραπεύονται.* Ex V et F.

σοφωτέρη. Ἐπὶ γὰρ τῶν ὑγρῶν κατακλυζόμενον οἶονεὶ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἔστιν ἰδεῖν, ἐνεργεῖν ἀρίστως οὐ δύναται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν εὐφυΐας καὶ ἐξ ἡμισείας ἀπολείπεσθαι τὸ θῆλύ φησιν ὁ θειότατος Κύριλλος. Καὶ οὕτω μὲν ὁ λόγος περὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων διέξεισιν. Ἡνίκα δὲ ξηρότερος ἑαυτοῦ καὶ πλέον τοῦ δέοντος ὁ ἐγκέφαλος γένηται, παραπαίειν ἐξ ἀνάγκης ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. Αἱ μεγάλαι γὰρ δυσκρασίαι τὰς ἐνεργείας τῶν μορίων ἀμβλύνειν εἰώθασιν. Ὅθεν ἡ ἀσιτία πολλάκις, ναὶ μὴν καὶ ἡ ἀγρυπνία, τὴν κατὰ φύσιν ἐπεκτείνουσα τοῦ ἐγκεφάλου ξηρότητα, ποιεῖν εἴωθε τοιαῦτα συμπτώματα. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὑγροτέρᾳ διαίτῃ κεχρῆσθαι τοὺς οὕτω διατεθέντας ἐπάναγκες· τὰ γὰρ διὰ ξηρότητα πάθη τῇ ὑγρότητι θεραπεύονται (25). Ψυχρότερος δὲ πάλιν ἑαυτοῦ διά τινα νόσον γεγονὼς ὁ ἐγκέφαλος καὶ λήθην ἐπάγει καὶ μώρωσιν, κατὰ τοσοῦτον δὲ ὥστε καὶ τεχνῶν καὶ γραμμάτων καὶ τοῦ ὀνόματος πολλάκις αὐτοῦ μετὰ τὴν ὑγείαν ἐπιλελῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. Τρισὶ καὶ γὰρ ὑμέσι διῄρηται ὁ ἐγκέφαλος. Καὶ ἡ μὲν ἡ ἐμπρόσθιος αὐτοῦ κοιλία ὄργανόν ἐστι τοῦ φανταστικοῦ, ἡ δὲ μέση κοιλία ὄργανόν ἐστι τοῦ διανοητικοῦ, καὶ ἡ ἑτέρα πάλιν τοῦ μνημονευτικοῦ. Πρότερον μὲν γὰρ φαντάζόμεθα τόδε τὸ πρᾶγμα· μετὰ ταῦτα διαλογιζόμεθα τὸ φαντασθὲν, τί τε καὶ ποταπὸν αὐτὸ τὴν φύσιν ἐστίν· εἶθ' οὕτως τῇ μνήμῃ τὸ τοιοῦτον ἐναποτίθεμεν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἐχόντων καλῶς τε καὶ ὑγιῶς· ἀλλ' ἐπειδάν ἓν ἐξ αὐτῶν πάθει τινὶ ὁπωσδήποτε περιπέσῃ, τότε κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἡ ψυχὴ καθαρῶς ἐνεργεῖν οὐ δύναται. Ταῦτα δὲ, τέκνον, ὑποτίθημί σοι, ὅπως μὴ τοὺς τῶν ἀστέρων σχηματισμοὺς αἰτιάσει καθυποβάλλης, εἴ γε φυσικοῖς τισι λόγοις τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι εἴωθε.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ*.

PARS II.

AB ADAMO USQUE AD CÆSARIS IMPERIUM.

Ac sumus quidem hactenus longioribus in expositione hac digressionibus usi, verum id omne studio discendi tuo, quo sane singulari flagras, tributum est. Quippe dum cupiditati, ceu vides, tuæ gratificamur, magno hæc labore atque industria collegimus et in hunc commentarium studiose digessimus.

Ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ παρεκβατικώτερον εἴρηται, ἀλλὰ φιλομαθείας ἕνεκα πάντως τῆς σῆς. Ἐφέσει καὶ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τῇ σῇ χαριζόμενος, καὶ φιλοπόνως ταῦτα συνέλεξα καὶ φιλοτίμως τῷδε διεξῆλθα τῷ συντάγματι.

* In ms. F. titulus apparet augustior ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑΣ, deinde alter minor, *Περὶ τῆς φυσιολογίας τοῦ ἀνθρώπου.*

Γεννᾷ τοίνυν ὁ Ἀδὰμ τὸν Κάϊν, τὸν Ἄβελ, τὸν Σὴθ, θυγατέρας δὲ δύο, καθά φησι Γεώργιος, τὴν Ἀζούραν, ἣν ὁ Κάϊν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα, καὶ τὴν Ἀσουὰμ, ἣν ἔλαβεν ὁ Σήθ· ὁ γὰρ Ἄβελ φονευθεὶς παρὰ τοῦ Κάϊν διὰ φθόνον ἀπῆλθε παρθένος. Ἐφθόνει δὲ τῷ Ἄβελ ὁ Κάϊν, ὅτι προσέσχε ταῖς αὐτοῦ θυσίαις ὁ Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς τοῦ Κάϊν. Ἀπεστρέφετο δὲ παρὰ τοῦ Κάϊν τὰ προσαγόμενα οὐχ ὅτι καρποὶ ἦσαν ἀπὸ τῆς γῆς, καθά φησιν ὁ παράφρων Ἰουλιανὸς, τὴν ζωοθυσίαν εὐμεθόδως εἰσάγων, ἀλλ' ὅτι ἄχρηστα ἦσαν. Προσέσχε λοιπὸν τοῖς τοῦ Ἄβελ· ἀπὸ τῶν πρωτοτοκίων καὶ γὰρ ταῦτα, τουτέστι τῶν ἐξαιρέτων, ὡς ὁ χρυσορρήμων φησί. Τὴν προαίρεσιν λοιπὸν καὶ ἀποδέχεται καὶ οὐ ἀποστρέφεται, οὐμενοῦν αὐτὰ τὰ προσαγόμενα.

A **117** Secundum hæc Adamus Cainum, Abelum Sethumque genuit, et filias duas, uti Georgius memoriæ prodidit, Azuram videlicet, quæ cum Caino nupta fuit, et Asuam, quam Sethus uxorem accepit : etenim Abelus per invidiam a Caino necatus exsors conjugii ac virgo decessit. Causa, quamobrem Abelo Cainus invideret, hæc erat, quod sacrificiis ejus magis Deus esset propitius quam Cainicis, quæ omnino aversabatur, non quia terræ fructus ille offerret, quemadmodum vesanus ille Julianus scripsit, animalium mactationes hoc argumento comprobare volens, sed quod inutilia prorsus essent. Ita nempe Deus Abeli sacrificia respiciebat, quæ ille de pecorum suorum, et quidem eximiorum, primigenis offerebat : hoc est, ut Chrysostomi verbis utar, institutum animi vel probat vel improbat, non res ipsas quæ offerruntur.

Ἀλλὰ πόθεν ὁ Κάϊν εἰς τοιαύτην ἦλθεν ἔννοιαν, ὥστε θυσίαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ; ἢ πάντως ἐκ τῆς ἐν τῷ συνειδότι αὐτοῦ γνώσεως, ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησί. Καὶ πόθεν ὁ Κάϊν ἐπέγνω ὅτι οὐ προσέσχε τοῖς αὐτοῦ δώροις ὁ Θεός; Ἀπὸ τοῦ μὴ κατελθεῖν ἄνωθεν πῦρ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ, καθάπερ ἐπὶ ταῖς τοῦ Ἄβελ γέγονεν· ἐπὶ γὰρ ταύταις κατῆλθε πῦρ καὶ ἠνάλωσεν αὐτάς, τὴν ἀποδοχὴν ἐντεῦθεν τοῦ Θεοῦ παριστῶν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ζητοῦσιν ἐνταῦθα, διά τί κατ' ἀρχὰς πῦρ μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατῆρχετο καὶ τὰς προσαγομένας τῷ Θεῷ θυσίας ἐπεβόσκετο, νυνὶ δὲ τοῦτο οὐ γίνεται. Μὴ ταῖς τῶν ζώων θυσίαις ὁ Θεὸς ἔχαιρεν; Οὐχί· κατὰ γὰρ τὸν θειότατον Κύριλλον τύπος ἦν ἐκεῖνο τὸ πῦρ καὶ προεικόνισμα τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦ κατιόντος μὲν ἀοράτως καὶ τὰς πνευματικὰς ἡμῶν θυσίας προσδεχομένου, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν Χριστὸν αὐτὸν κατῆλθεν ἐν Ἰορδάνῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς δεόμενον Πνεύματος, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ ἐπὶ παντὶ βαπτιζομένῳ ἀοράτως τὸ Πνεῦμα κάτεισι καὶ ἁγιάζει αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ νῦν, ἀγαπητὲ, σημεῖα τοιαῦτα οὐχ ὁρᾷς, μὴ ἀπίστει· εἰ γὰρ καὶ ὄψεις ἐγένοντο κατ' ἀρχὰς αἰσθηταὶ διά γε τοὺς ἀνοητοτέρως ἐπικειμένους, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ μηδεμίαν ἔννοιαν ἀσωμάτου φύσεως δυναμένους λαβεῖν, ἀλλ' ἡμῖν αἰσθητῶν ὄψεων οὐκ ἔστι χρεία λοιπὸν, ἀντὶ πάντων ἀρκούσης τῆς πίστεως· τὰ γὰρ σημεῖα, φησὶ, τοῖς ἀπίστοις, οὐ μὴν αὐτοῖς τοῖς πιστεύουσι.

Γεννᾶται οὖν, ὡς εἴρηται, ὁ Χριστὸς, κἀντεῦθεν ὀκταήμερος περιτέμνεται, ἐν τῷ ναῷ προσάγεται μεθ' ἡμέρας μ'. « Καὶ ἐπλήσθησαν » γάρ φησιν, « αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, καὶ ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα, » κατὰ τὸν οὕτω λέγοντα νόμον · « Ἐὰν σπερματισθῇ γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς καὶ τέκῃ παιδίον ἄῤῥεν, ἀκάθαρτος αὕτη μενέτω ἡμέρας μ', ἐὰν δὲ θῆλυ τέκῃ παιδίον, ἡμέρας π'. » Διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν ταῦτα; ὁ ἐμπρόθεσμος οὗτος τῆς ἀκαθαρσίας καιρὸς διπλασίων ἐδόθη τῇ μητρὶ τοῦ θήλεως; Ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος οὕτως εὕρηται περὶ τούτων διεξιών, ὅτι τὰ τῆς τοιαύτης ἀκαθαρσίας ἀναπαύσεως χάριν ἐνομοθετήθη ταῖς γυναιξὶ, βαρυνομέναις ὄῆθεν τῷ τῆς ἐγκυμονίας καιρῷ· διὰ γὰρ τοῦ φόβου τῆς ἀκαθαρσίας ἀναχαιτίζει τοὺς ὁμοζύγους ὁ νόμος, καὶ πείθει τηνικαῦτα ταῖς γαμεταῖς αὐτῶν μὴ προσέρχεσθαι. Καὶ ἐπειδὴ τὸ θῆλυ μείζονι καθυποβάλλει ἀχθηδόνι τὴν αὐτὸ φέρουσαν (λέγεται γὰρ ὅτι τάχιον ἐν τῇ γαστρὶ σκαίρει τὸ τοιοῦτον ἢ τὸ ἄῤῥεν), τούτου χάριν ὁ τῆς ἀκαθαρσίας καιρὸς διπλασίων ἐδόθη ταῖς τικτούσαις τὰ θήλεα, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὰς διπλασίῳ κεκτῆσθαι καὶ τὴν ἀνάπαυσιν. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Θεοδωρήτου τοιαῦτα · ὁ δὲ θειότατος Κύριλλος ἐν ἡμέραις μὲν εἰδοποιεῖσθαι τὸ ἄῤῥεν φησὶ μ', τὸ θῆλυ δ' αὖ ἡμερῶν π' δέεσθαι πρός γε τὴν εἰς εἶδος τὸ ἀνθρώπινον πάροδον. Καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄῤῥεν καθαρισμοῦ χάριν ἐν ἡμέρᾳ τῇ τεσσαρακοστῇ, τὸ δὲ θῆλυ τῇ ὀγδοηκοστῇ προσεφέρετο τῷ ναῷ, φαίνεται πάντως ὅτι καθάρσεως ἡ τοιαύτη πλάσις δέεται παρὰ Θεοῦ. Καὶ οὕτω μὲν οἱ θεῖοι περὶ τούτου Πατέρες · ἡ δὲ λεγομένη Λεπτὴ Γένεσις (53), οὐκ οἶδ' ὅθεν συγγραφεῖσα καὶ ὅπως, φησὶν ὅτι μεθ' ἡμέρας π' εἰσῆλθεν ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν παράδεισον, ἡ δὲ Εὔα μεθ' ἡμέρας π', καὶ τούτου χάριν ἐν ἡμέραις τοσαύταις προσάγονται τῷ ναῷ τό τε ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ, ἀναλόγως τάχα τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ. Ἀλλ' ἄφες αὐτήν · ἡ γὰρ τοῦ Μωσέως ἀληθὴς ἱστορία δείκνυσιν ὅτι τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὸν Ἀδὰμ ἔπλασεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔθετο αὐτὸν εὐθέως ἐν τῷ παραδείσῳ · καὶ τὴν Εὔαν ὡσαύτως ἐν αὐτῷ πλάττει τῷ παραδείσῳ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, μίαν τῶν πλευρῶν λαβὼν τοῦ Ἀδάμ · μετὰ γὰρ τὴν ἕκτην ἐποίησεν οὐδέν.

Qua vero ratione Christus Dominus Mosaicæ fuerit legi subjectus, disputant theologi, sacrarumque Litterarum interpretes.

[38] Luc. II, 22. [39] Levit. XII, 6.

(53) Quis sit auctor Λεπτῆς Γενέσεως, *Parvæ Geneseos*, quam citant præter Glycam, Cedrenus et Zonaras, ignoratur, quove sæculo e tenebris emerserit : nam antiquioribus fuit prorsus incognita.

Ἀνήγαγον οὖν εἰς Ἱεροσύλυμα τὸν Ἰησοῦν, ὡς προείρηται, τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ καὶ αὐτὸν ὑποκείμενον (54). Μετὰ μέντοι τὸ ἀναχθῆναι τὸν Ἰησοῦν εἰς Ἱεροσόλυμα, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, φεύγει πρὸς Αἴγυπτον. Ἐκεῖθεν εἰς Ναζαρὲθ ἔρχεται, κἀκεῖ τὴν σωματικὴν αὔξησιν δέχεται. Ὡσεὶ ἐτῶν λ' γίνεται, καθά φησιν ὁ θεηγόρος Λουκᾶς, πρὸς Ἰορδάνην πορεύεται, παρὰ Ἰωάννου τὸ βάπτισμα δέχεται. Τότε δή, τότε καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι γνώριμος γίνεται· εἰ μὴ γὰρ ἄγνωστος παντάπασιν ἦν, οὐκ ἂν ὁ Πρόδρομος τοῖς ἀπεσταλμένοις πρὸς αὐτὸν ἱερεῦσι καὶ Λευίταις ἔλεγεν· « Ἰδοὺ μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Ὁ Πατὴρ ἄνωθεν διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος αὐτὸν ὑποδείκνυσι. Καὶ πρόσσχες τῷ βαπτιστῇ λέγοντι· « Ἐγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταρχόμενον, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός. » Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς ἐν Ἰορδάνῃ ἐπιφανείας αὐτοῦ κατάδηλος οὐκ ἦν οὐδενί· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Πρόδρομος ἔλεγεν· « Ἐγὼ διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων ἐν ὕδασιν, ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ· » καὶ αὖθις· « Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα τῇ ἀληθείᾳ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀγαπητέ, διὰ τοῦτο κατῆλθεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι χάριν τοῦ Βαπτιστοῦ κατηνέχθη ἄνωθεν ἡ πατρικὴ καὶ θεία φωνή, εἴγε καὶ μᾶλλον ἐκεῖνος μείζων ἐδόκει τοῦ βαπτιζομένου· καὶ ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱὸς καὶ ἐκ στείρας γεγέννηται, καὶ μᾶλλον ὅτι τὸν Ἰησοῦν αὐτὸς ἐβάπτιζεν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν ἐκεῖσε παραγενόμενον. Οὐδέπω καὶ γὰρ δῆλα γενέσθαι τὰ κατ' αὐτὸν ἔφθασεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον δωδεκάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησίν.

Igitur, ut diximus, Hierosolymam Jesus defertur tanquam et ipse Mosaicæ legi subjectus. **212** Post id temporis vero, quemadmodum Chrysostomus censet, in Ægyptum fugit, ac inde Nazaretam revertitur, ubi corporis incrementum accipit. Annos autem, ceu Lucas indicat [40], triginta jam natus ad Jordanem se confert, et a Joanne baptizatur. Atque hoc tempore cunctis innotescit, incognitus antea. Nam nisi plane fuisset incognitus, non vates ille sacerdotibus ac Levitis ablegatis ad se dixisset: « En medius inter vos versatur, quem vos ignoratis [41]. » Deinde Pater cum cœlitus per Spiritum sanctum commonstrat. Atque hic mihi vide quid ipse Baptista dicat: « Equidem, ait, non noram ipsum; verum qui me ad baptizandum ablegavit, is mihi dixit: In quem Spiritum sanctum descendere videris, ille mihi charissimus est Filius [42]. » De quibus sane verbis admodum perspicuum est ante ipsius ad Jordanem adventum nemini Christum fuisse notum. Quippe si notus fuisset, Præcursor ille non dixisset se venisse propterea baptizatum aqua, ut Israelicis Christus innotesceret. Idem rursus ait: « Vidi ego, veritatique testimonium perhibui, eum Dei Filium esse [43 44]. » Spiritus etiam sanctus, dilecte fili, propterea descendit in Jesum, ne quis existimaret Baptistæ causa paternam divinamque vocem illam cœlitus auditam esse, quanquam is baptizato longe major esse videretur. Nam et patre pontifice natus fuerat, et matrem habuerat antea sterilem; denique maximum illud erat, quod Jesum ipse baptizaret, qui tanquam unus ex multis eo venerat. Etenim necdum ipsius conditio et status mortalibus nota erant, quemadmodum Joannes ille Chrysostomus ait in orationum illarum quibus Matthæi declaravit Evangelium duodecimo.

Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι παντάπασιν ἄγνωστος ἦν, τὰς εὑρισκομένας ὁπουδήποτε λοιπὸν ἱστορίας, περί τε τοῦ ὕδατος δηλοδὴ τοῦ ἐλεγμοῦ καὶ περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτῆς, ἣν λέγουσι παρὰ τῶν Ἰουδαίων δέξασθαι τὸν Χριστόν, ὡς οὐδὲν ἡγοῦ καὶ ἀπόῤῥιπτε. Εἰ γὰρ τοιοῦτόν τι γενέσθαι προέφθασεν, οὐκ ἂν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἔλεγε· « Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς αὐτόν. » Εἰ γὰρ καὶ περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ ἀνῆλθεν εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐνεφάνισε δῆθεν ἑαυτόν, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν

Quæ cum ita sint, cumque prorsus ante baptismum ignotus fuerit, historias illas, ubicunque tandem eas repereris, nimirum de aqua explorationis deque pontificatu, quem a Judæis Christo delatum esse perhibent, flocci plane facito proque rejectitiis ducito. Nam si quid ejusmodi ante contigisset, Joannes evangelista non dixisset: « Hoc miraculorum initium Canæ in Galilæa Jesus præbuit, suamque majestatem declaravit, et ipsius discipuli fidem ei habuerunt [45]. » Etenim quanquam id quoque temporis, cum duodecim natus esset annos, illa de ætate loquendo, ad carnem quæ referenda est, in templum ascendit seque palam exhibuit,

[40] Luc. III, 23. [41] Joan. I, 26. [42] Ibid. 33. [43.44] Ibid. 34. [45] Joan. II, 11.

(54) Post vocabulum ὑποκείμενον, in F. quædam habentur, quæ in C, V, JM. et Leunclaviano codicibus desiderantur. Ea sunt de S. Josepho: *Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκετο τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.* Τέθεικεν οὖν ἐνταῦθα τὸ ἕως οὗ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι πρὸ τῶν ὠδίνων ἀνέπαφος ἦν ἡ παρθένος ἐν ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ μετὰ ταῦτα ἡμῖν κατέλιπε συλλογίζεσθαι, ὅτι τὴν οὕτω γενομένην μητέρα καὶ καινῶν ὠδίνων καὶ ξένων λοχευμάτων καταξιωθεῖσαν· οὐκ ἂν οὐδὲ μετὰ ταῦτα δίκαιος ἦν ἐκεῖνος ὑπέμεινε γνῶναι λοιπόν· καὶ οὕτω μὲν ὁ τὰ θεῖα πολὺς Ἀθανάσιος, ἐπὶ τῷδε τῷ εὐαγγελικῷ καὶ θείῳ ῥητῷ. Οἱ δὲ τοῦ καταράτου Μανέντος κληρονόμοι Παυλικιανοὶ μηδέν τοι τοῦτο ἐννοῆσαι δυνηθέντες, καὶ τοῦτο παρέχθησαν, ὡς προείρηται, εἰπεῖν ἐπὶ τῇ ἁπλῷ καὶ παναμώμῳ τοῦ Κυρίου μητρί, ὅτι μετὰ τὸν σωτήριον τόκον ἑτέρους υἱοὺς ἔσχεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ. Μετὰ μέντοι, et quæ sequuntur.

non tamen divinitatem suam istic hoc ipso patefecit, quando nullum Hierosolymis prodigium id temporis edidit, sed tantum insidentem labris suis gratiam commonstravit. Et ab eo tempore rursum in umbra quasi quadam delituit, quemadmodum orator ille aureus in enarratione scripti per Joannem Evangelii loquitur.

A θεότητα κατάδηλον ἐντεῦθεν ἐποίησεν, ὅτι μηδὲ σημεῖον ἐκεῖσε τηνικαῦτα εἰργάσατο, μόνην δὲ τὴν ἐπικαθημένην τοῖς αὐτοῦ χείλεσι χάριν ὑπέδειξε καὶ ἔκτοτε πάλιν ἑαυτῷ συνεσκίασεν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ φησίν.

213 Secundum hæc, videlicet post baptismum ac editum Canæ miraculum, 12 quidem numero discipulos eligit, at homines prorsus inopes et indoctos, nimirum piscatores, litterarum doctrinæque rudes et plebeiæ conditionis atque status. Quibusnam, obsecro de causis istud? Ut quidquid ipsi praeclare dicerent atque facerent, id omne Dei potestati sapientiæque tribueretur. Atque hoc illud ipsum est quod Dominus ad Paulum pronuntiavit : « Satis esto tibi gratia mea : quippe mea vis et potestas in imbecillitate perficitur[46]. » Non dubium est autem quin verum sit Christi discipulos pauperes ac rudes fuisse. Nihilo tamen minus Epiphanius quidam presbyter in oratione sua, quam de impollutæ Domini Matris nativitate dixit, Joannem Zebedæi filium inquit post patris obitum possessiones universas quas Zebedæ habuerit vendidisse, cumque se contulisset Hierosolymam, sanctam eum Sionem emisse. Qua de causa factum sit ut quoniam Joannis emptioni Caiaphas adfuisset, deinceps pontifici notus perhibeatur. Quippe dimidium bonorum suorum pontifici dederat, reliquum dimidium in adornandum pascha impenderat, hoc est in cœnam illam Christi mysticam. Ideoque Christum, cum discipulis diceret : « Ad certum illum hominem divertite, » Joannem Theologum intelexisse tradit, apud quem deinde cœnam illam mysticam sumpserint atque permanserint. At vero Joannes Chrysostomus asserit tanta Zebedæum et filios ipsius inopia laborasse, ut etiam aliquando naviculæ assidentes vetera fractaque retia consuerint. Et quanam, obsecro, fronte audet Epiphanius dicere cœnam illam mysticam in Joannis domo præparatam fuisse, atque ipsum Joannem esse ad quem discipulos Dominus ablegaverit? Nam si Joannes cum Petro præparandi Paschatis causa certum quemdam ad hominem missus fuit, quemadmodum evangelica historia narrat, manifesto paret Epiphanium hunc seniorem Evangelium non

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤγουν μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τὸ ἐν Κανᾷ σημεῖον, ἐκλέγεται μαθητὰς, δυοκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν, ἀπόρους δὲ πάντας καὶ ἰδιώτας, ἁλιεῖς, ἀγραμμάτους καὶ τῆς μερίδος ὄντας τῶν ἀφανῶν. Διὰ τί δὲ ταῦτα καὶ τίνος ἕνεκεν; Ἵνα τὸ δι' αὐτῶν κατορθούμενον τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ σοφίᾳ λογίζηται. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἔλεγε πρὸς Παῦλον ὁ Κύριος· « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Καὶ ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος πτωχείαν καὶ ἰδιωτείαν λέγει προσεῖναι τοῖς μαθηταῖς τοῦ Χριστοῦ (55)· Ἐπιφάνιος δέ τις πρεσβύτερος ἐν λόγῳ αὐτοῦ, ὃν ἐπὶ τῷ γενεθλίῳ δῆθεν τῆς παναμώμου Μητρὸς τοῦ Κυρίου ἐξέδωκε, καὶ τάδε φησὶν, ὅτι ὁ υἱὸς Ζεβεδαίου Ἰωάννης μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐπώλησε πᾶσαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν τὴν ἐν Ζεβεδῇ καὶ ἐλθὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἠγόρασε τὴν ἁγίαν Σιών· ὅθεν ὡς τοῦ Καϊάφα καταμένοντος ἐν τῇ ἀγορασίᾳ Ἰωάννου, κατὰ τοῦτο λέγεται οὗτος εἶναι γνώριμος τῷ ἀρχιερεῖ· καὶ τὰ μὲν ἡμίσῃ ἔδωκε τῷ ἀρχιερεῖ, εἰς δὲ τὰ λοιπὰ ἡμίσῃ ἡτοίμασε τὸ πάσχα, ἤγουν τὸ μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Χριστοῦ. Ἡνίκα καὶ γὰρ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὁ Χριστός· « Ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα, » Ἰωάννην ἐδήλου τὸν Θεολόγον. Ἐκεῖ λοιπὸν ἐτέλεσαν τὸ μυστικὸν δεῖπνον, καὶ ἐκεῖ ἔμειναν· καὶ ὡς οὐκ ἦμην ἐκεῖ, μηδὲ πιστεύσῃς μοι. Ὁ γὰρ χρυσορρήμων Ἰωάννης τοσαύτην ἔλεγε πτωχείαν ἔχειν τόν τε Ζεβεδαῖον καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ὥστε καθῆσθαι παρὰ τῷ πλοίῳ καὶ δίκτυα ῥάπτειν διερρωγότα καὶ παλαιά. Πῶς δὲ καὶ παρὰ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἰωάννου τὸ μυστικὸν δεῖπνον ὁ διαληφθεὶς ἀνὴρ ἑτοιμασθῆναι λέγει, τὸν δεῖνά τε αὐτὸν εἶναι πρὸς ὃν οἱ μαθηταὶ παρὰ τοῦ Κυρίου ἐστάλησαν; Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης σύναμα τῷ Πέτρῳ ἀπεστάλη πρὸς τὸν δεῖνα τῆς τοῦ πάσχα χάριν ἑτοιμασίας κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, φαίνεται προφανῶς ὅτι ὁ πρεσβύτερος οὗτος Εὐαγγέλιον οὐκ ἀνέγνω ποτέ. Εἰ γὰρ ἀναγνῶναι ἔφθασεν, ἔγνω ἂν ὅτι ὁ Ἰωάννης ἀπεστάλη πρὸς τὸν δεῖνα, οὐ μὴν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης

[46] II Cor. xii, 9.

(55) Post μαθηταῖς τοῦ Χριστοῦ, in F. sequuntur, quæ absunt ab editione Meursiana, Leunclavii versione, et codicibus V. et C : Ὁ μέντοι καλοσχέπαστος ὁ Μεταφραστὴς ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ συγγραφέντι μαρτυρίῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρτολομαίου καὶ Βαρνάβα φησὶ ταῦτα· Ἄρτι δὲ τὸν παράλυτον ὁ Σωτὴρ ἰασάμενος κατὰ τὴν προβατικὴν εἶχε θεατὴν τοῦ θαύματος τὸν Βαρνάβαν· διὸ καὶ πρὸς τὰ βάθη τῆς καρδίας ἀποβλεψάμενος, καὶ λόγου μετέδωκε, καὶ παῤῥησίας τῆς πρὸς αὐτὸν, ὁ τοίνυν Βαρνάβας τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, ὃς Μάρκος ἐπελέγετο, κατελαβὼν (θείαν δὲ τούτου ταύτην εἶχεν ὁ λόγος) φησὶ πρὸς αὐτήν· « Ὦ μέλλω ἔρχεσθαι, ὃν ἐπιθύμουν ἰδεῖν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἰδοὺ παραγέγονε. » Καὶ ἅμα καταλιποῦσα πάντα κατέλαβε τὸν ναὸν, καὶ τῷ Χριστῷ προσπεσοῦσα πρὸς τὸν οἶκον αὐτῆς εἰσελθεῖν αὐτὸν παρεκάλει, καὶ δὴ καὶ ἀφίκετο. Καὶ ἔστιν οὗτος ἐν ᾧ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν ἐπετέλεσε. Λόγος δὲ ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς καταβέβηκεν, ὡς κεράμιον βαστάζων τοῦ ὕδατος, ᾧ κατακολουθεῖν ὁ Χριστὸς τοὺς μαθητὰς ἐπέτρεψε. Μάρκος ἦν ὁ σοφὸς, ὁ τῆς Μαρίας ταύτης υἱός· ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ οἴκῳ καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ἀνῆλθον ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι μετὰ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν, ἐν οἷς ἦν καὶ Βαρνάβας, καὶ Μάρκος. Ἐπιφάνιος δέ τις, et reliqua.

ἦν ὁ δεῦνα ἐκεῖνος πρὸς ὃν ἀπεστάλησαν οἱ μαθη- A legisse; quod sane si prius legisset, Joannem ad
ταὶ παρὰ τοῦ Κυρίου. alterum illum certum hominem ablegatum animadvertisset, nec illum fuisse ad quem a Domino mittebantur.

Περὶ δὲ τοῦ Παύλου τί χρὴ καὶ λέγειν, εἴ γε καὶ τοῦτον εἶναι νομίζεις ἕνα τῶν δώδεκα κατὰ τὴν πλειόνων ὑπόληψιν; Ἄφες τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, καὶ τοῖς ἱεροῖς πρόσεχε γράμμασι. Δώδεκα μὲν οὖν ἐξελέξατο μαθητὰς ὁ Χριστὸς, οἷς οὐκ ἔστι συνηριθμημένος ὁ Παῦλος. Πῶς καὶ γὰρ, εἴγε μετὰ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος κάθοδον προσελήλυθε τῷ Χριστῷ; Δώδεκα μὲν οὖν οἱ μαθηταὶ, ἐφ' ὧν ὁ Ἰούδας τῇ τῆς φιλαργυρίας νόσῳ κάτοχος γεγονὼς τοῦ τῶν μαθητῶν ἐκπίπτει χοροῦ. Εἰσάγεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν ὁ Ματθίας, ὡς ἡ βίβλος διαγορεύει τῶν Πράξεων. Οὐκοῦν οἳ τὸν Παῦλον ἕνα λέγουσιν εἶναι τῶν δώδεκα, ἢ τὸν ἐκπεσόντα τοῦ χοροῦ δειξάτωσαν ἡμῖν (εἰ μὴ γὰρ ἐξέπεσέ τις, οὐκ ἂν ὁ Παῦλος εἰσῆλθεν), ἢ τὸν Παῦλον ἕνα εἶναι τῶν δώδεκα μὴ λεγέτωσαν. Πλὴν εἰ καὶ μὴ τῷ χορῷ τῶν ιβ' συνηριθμημένος ἐστὶν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐπάνω στήσεται Παύλου, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. Εἰ γὰρ ἕκαστος κατὰ τὸν ἴδιον κόπον καὶ τὸν μισθὸν λήψεται, Παύλου δὲ πλεῖον οὐδεὶς ἐκοπίασε, τί χρὴ καὶ λέγειν; Εὔδηλον γὰρ ἐντεῦθεν ὡς οὐκ ἔστιν αὐτοῦ μείζων οὐδείς. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Cæterum de Paulo nihil dicendum aliud quam quod in numero discipulorum illorum duodecim non fuerit, quod tamen vulgus hominum existimat. Tu illis opinionibus omissis, quæ sacris in Litteris tradita sunt retineto. Duodecim videlicet discipulos Christus selegit, quorum in numero Paulus nequaquam exstitit. Nam qui referri possit inter eos, cum a sancti Spiritus in apostolos descensu primum Christo accesserit? Ex duodecim vero discipulis cum Judas unus avaritiæ morbo correptus hoc ordine ac cœtu excidisset, post Domini ascensionem in cœlum **214** Matthias in ejus locum suffectus est, sicut Actorum liber commemorat [47]. Itaque si qui Paulum in numerum illorum duodecim referre volunt, vel quis eo cœtu exciderit demonstrent, in cujus ipse locum successerit (quippe ne quis exciderit, Paulus inter eos relatus fuisse dici non potest), vel Paulum facere de duodecim unum desinant. Utut autem cœtu illorum duodecim comprehensus non fuerit, nemo tamen alium quemquam apostolum supra Paulum collocabit, ut Joannes ille Chrysostomus ait. Quippe si pro laboris sui ratione merces etiam Paulo laboravit, quid, obsecro, discendum? Perunicuique tribuetur, et si nullus illorum plus spicuum hinc profecto est neminem eo majorem esse. De his hactenus.

Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τὸ C βαπτισθῆναι καὶ τοῦ θαυματουργεῖν, ὡς προείρηται, καὶ τοῦ διδάσκειν ἀπάρχεται, ἐφ' ᾧ καὶ λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐφέλκεται. Ταύτῃ τοι καὶ φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς· ὅθεν ὕβρεσι πλύνουσι καὶ μώμους αὐτῷ προσεπιτρίβουσι, Σαμαρείτην ἀποκαλοῦντες καὶ δαιμονῶντα φάγον τε καὶ οἰνοπότην αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ λίθοις βάλλουσι, καὶ μᾶλλον ἡνίκα τετραήμερον ἤγειρε τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν. Οὐκέτι λοιπὸν παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλ' ἀπῆλθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ὡς Ἰωάννης φησί. Μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἐκεῖθεν ἔρχεται, καὶ μετὰ βαΐων προσυπαντῶσιν αὐτῷ τοῦ κατὰ τὸν Λάζαρον ἕνεκα θαύματος. Ἐν δέ γε τῇ μεγάλῃ τετράδι παρὰ Σίμωνι ἑστιᾶται τῷ πατρὶ τοῦ Λαζάρου (56), ὃν αὐτὸς τῆς λέπρας ἰάσατο. Τότε δὴ τότε ἡ γυνὴ πόρνη τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ μύρον ἐπιχέει πολύτιμον. Ὅρα δὲ νουνεχῶς ὅτι αἱ γυναῖκες αἱ τὸ μύρον ἀλείψασαι τὸν Κύριον τρεῖς αἱ πᾶσαί εἰσιν. Ἄλλη μὲν γάρ ἐστιν ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τιμία δὲ αὕτη, καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ Λαζάρου. Ἄλλη δὲ ἡ παρὰ τῆς οἰκίας Σίμωνος τοῦ λεπροῦ· πόρνη δὲ αὕτη προσελθοῦσα τῷ Χριστῷ, καθὼς ὁ Ματθαῖος ἱστο-

Dominus autem noster Jesus Christus posteaquam baptizatus esset, tum miracula quædam edere, ceu prius indicabamus, cœpit, tum docendi fecit initium. Quo factum ut populum ad se non exiguum pertraheret, quam rem pontificum et scribarum invidia secuta est. Hinc injuriarum aspersiones et reprehensionum usurpationes, quibus eum exagitabant, Samaritanum appellantes et genio malo obnoxium et comedonem et temulentum. Quin etiam lapidibus ipsum petebant, ac tum præsertim cum Lazarum toto triduo mortuum in vitam revocasset. Quare non jam amplius audacter inter Judæos versabatur, sed in vicinam solitudini regionem, ubi oppidum erat quam Ephraemam dicebant, secedebat, ibique cum discipulis D suis aliquandiu, ceu Joannes memoriæ prodidit [48], degebat. Post aliquot dies revertenti palmarum cum ramis occurrunt, ejus miraculi causa quod in resuscitando Lazaro ediderat. Inde magna illa quarta feria apud Simonem Lazari patrem, cujus lepram sanaverat, convivio excipitur; quo in convivio mulier quædam, quæ corpore suo meruisset, unguento maximi pretii caput ejus perfundit. Atque hic prudenter advertito quod mulieres quæ Christum unguento perfuderint omnino

[47] Act. I, 26. [48] Joan. XI, 54.

(56) Simonem Leprosum patrem fuisse Lazari, et a lepra fuisse a Christo sanatum Glycas asserit, et in eorum concedere videtur opinionem, qui tres omnino, easque a se invicem diversas, statuunt mulieres, quæ Dominum inunxerint: sed hæc ac similia firmare aut refellere pluribus non est animus.

tres fuerint. Harum una erat illa cujus mentionem Joannes fecit; mulier certe præclara Lazarique soror. Altera vero, quæ cum antea se prostituisset, in domo Simonis leprosi ad Christum accessit, ut Matthæus narrat. Tertia vero et ipsa meretrix erat, ut Lucas indicat [49], quæ Christum in ædibus Simonis Pharisæi convenit, offensi ea de causa, secumque verba hujusmodi prolocuti : « Si vates hic foret, cognovisset quænam hæc sit, quæ ipsum attrectavit. »

Ῥαΐ. Καὶ ἑτέρα πόρνη πάλιν, ὡς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἡ προσελθοῦσα παρὰ τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ Φαρισαίου, τοῦ καὶ σκανδαλισθέντος ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ οὕτως εἰπόντος· « Εἰ προφήτης ἦν, ἔγνω ἂν ὁποία τίς ἐστιν ἡ ἁψαμένη αὐτοῦ. »

Scio quoque, dilecte fili, quosdam contentiose disceptare ac asserere transformationem Domini nostri Jesu Christi magna illa quarta feria factam esse : verum ea ratio qua nituntur, mihi quidem videtur parum **215** esse probabilis. Nam si prodigium quidem istud in monte Thabore accidit, at vero Dominus Hierosolymis die magnæ illius quartæ feriæ in Simonis leprosi domo conviva erat, manifesto patet miraculum hoc transformationis non ista quarta feria, sed alio die quodam contigisse. Quippe cum mons Thabor ab Hierosolymis intervallo duum dierum absit, quo tandem pacto dicent uno eodemque die Christum et in monte Thabore pariter et Hierosolymis fuisse? Poterat ille quidem ceu Deus efficere ut eodem tempore tam hic quam illic reperiretur ; verum ne id pro re quadam imaginaria duceretur, ante passionem tale quid facere noluit. Quapropter etiam, pro communi corporum natura, localiter hinc inde proficiscebatur.

Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ μεγάλῃ τετράδι γενέσθαι τινὲς ἀπομάχονται. Πλὴν ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ λίαν ἐστὶν ἀναπόδεικτος. Εἰ γὰρ τὸ θαῦμα τοῦτο κατὰ τὸ Θαβώριον ὄρος ἐγένετο, ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ ὁ Κύριος κατά γε τὴν μεγάλην τετράδα παρὰ τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ ἑστιώμενος ἦν, φαίνεται προφανῶς ὡς ἐν ἄλλῃ γέγονεν ἡμέρᾳ τὸ τῆς μεταμορφώσεως θαῦμα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τετράδα πάντως αὐτήν. Εἰ γὰρ ἀναμέσον τοῦ τε Θαβὼρ καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὡσεὶ δύο ἡμερῶν ὑπάρχει τὸ διάστημα, πῶς λοιπὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ λέγουσιν ἔν τε Θαβὼρ εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν Χριστόν ; Ἠδύνατο μὲν οὖν ὡς Θεὸς ὧδε κἀκεῖσε κατ' αὐτὸν εὑρεθῆναι, ἀλλ' ἵνα μὴ φαντασία νομισθείη τὸ πρᾶγμα, πρὸ τοῦ πάθους τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἤθελεν. Ἔνθεν τοι καὶ κατὰ τὴν καινὴν τῶν σωμάτων φύσιν τὰς τοπικὰς αὐτοῦ μεταβάσεις ποιούμενος ἦν.

Secundum hæc duos ex discipulis ad certum quemdam hominem ablegat, qui pascha legale appararent, quod quidem ante passionem comedit, ipsa magnæ quintæ feriæ vespera, quemadmodum Joannes Chrysostomus inquit. Deinde accubans prune ac vino pascha suum discipulis præbuit, cum his verbis uteretur : « Sumite, comedite : hoc est corpus meum. » Item : « Bibite omnes : hic meus est sanguis [50]. » Et quidem ante discipulos ipse proprium corpus atque sanguinem participavit. Quamobrem istuc? Ne scilicet rursum discipuli perturbarentur, quemadmodum ante acciderat, cum Christum dicentem audivissent : « Nisi comederitis carnem Filii hominis, et sanguinem ejus biberitis, vitam in vobis nullam habetis [51] » Quo quidem tempore ab eo recedentes non amplius cum ipso ambulabant, quod dicerent verbum istuc durum esse, quod audire nemo facile possit. Quamobrem ne rursum ejusmodi quiddam ipsis accideret, ut qui carnem comesturi et bibituri sanguinem essent, primus ipse carnem suam degustavit, ut qui citra omnem vacillationem et ipsos hisce rebus saturari vellet. Atque hanc cœnam Dominus ad consolandos discipulos instituit. Videbat enim illos non parum pavidis et fractis animis esse propter suam ab ipsis discessionem. Itaque, ceu dictum est, corpus et sanguinem proprium cum ipsis communicat, hæc verba subjiciens : « Hoc in mei recordationem

Μετὰ δὲ ταῦτα δύο τῶν μαθητῶν ἀποστέλλει πρὸς τὸν δεῖνα τῆς τοῦ νομικοῦ πάσχα χάριν ἑτοιμασίας· ὃ δὴ καὶ προλαβὼν ἔφαγε κατὰ τὴν τῆς μεγάλης πέμπτης ἑσπέραν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησίν. Εἶθ' οὕτως ἀναπεσὼν δι' ἄρτου καὶ οἴνου τὸ οἰκεῖον πάσχα τοῖς μαθηταῖς παρέδωκε· « Λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πίετε πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. » Πρὸ μέντοι τῶν μαθητῶν αὐτὸς τοῦ οἰκείου μετέλαβε σώματός τε καὶ αἵματος. Τίνος ἕνεκεν ; Ἵνα μὴ καὶ πάλιν οἱ μαθηταὶ θορυβηθῶσι, καθάπερ καὶ πρότερον. Ἡνίκα καὶ γὰρ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἤκουσαν, « Ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, » ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω καὶ οὐκέτι περιεπάτουν μετ' αὐτοῦ, λέγοντες· « Ὁ λόγος οὗτος σκληρός ἐστι· τίς δύναται ἀκούειν αὐτοῦ ; » Ἵνα γοῦν μὴ καὶ πάλιν τοιοῦτόν τι πάθωσιν, ἅτε σάρκα ἐσθίειν καὶ αἷμα πίνειν μέλλοντες, πρῶτος αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ἀπεγεύσατο, θέλων ἀνενδοιάστως τῶν τοιούτων ἐμφορηθῆναι καὶ αὐτούς. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἑτοιμάζει δεῖπνον ὁ Σωτὴρ εἰς παράκλησιν τῶν μαθητῶν· ἐώρα γὰρ αὐτοὺς οὐ μικρῶς ἀδημονοῦντας ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτοῦ. Μεταδίδωσι λοιπὸν αὐτοῖς, ὡς προείρηται, τοῦ οἰκείου σώματος καὶ αἵματος, « Τοῦτο ποιεῖτε, » εἰπὼν, « εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Μεταλαμβάνει πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ Ἰούδας, καὶ τηνικαῦτα πρὸς Ἰουδαίους ἀπέρχεται, τὰ πεπραγμένα παρὰ τοῦ Κυρίου καταμηνύων αὐτοῖς

[49] Luc. VII, 39. [50] Matth. XXVI, 26, Marc. XIV, 22; Luc. XXII, 19; 1 Cor. XI, 24. [51] Joan. VI, 54.

Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν ὅτι καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ. Ἀπέρχεται οὖν πρὸς οὓς συνεφώνησε παραδοῦναι τὸν Κύριον.

sumpsit bucceam exivit, cum quidem nox esset [51].» Abit igitur ad eos quibuscum pactus fuerat se Dominum ipsis traditurum.

Καὶ ὁ μὲν Κύριος τὰ τελευταῖα τοῖς μαθηταῖς διατίθεται· εἶθ' οὕτως εἰς τόπον ἔρχεται ὃν ἤδει καὶ ὁ προδότης, ὃς αὐτίκα καὶ λαβὼν τὴν σπεῖραν ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων. Ἐπερωτᾷ λοιπὸν αὐτούς· πίπτουσι χαμαί. Ἀποκόπτει τὸ ὠτίον τοῦ Μάλχου ὁ Πέτρος, εἰ καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτεμεῖν οὐκ ἴσχυσε· τοῦτο καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον. Τότε δὴ τότε καὶ πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ Κύριος· « Ἦ δοκεῖ σοι ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι οὕτως δεῖ γενέσθαι; » Ταῦτα δὲ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ, ἐκφοβῶν αὐτοὺς καὶ παίθων ἐντεῦθεν μηδέν τινων γινομένων πολυπραγμονεῖν. Εἰ γὰρ ταῖς Γραφαῖς, φησὶ, τοῦτο δοκεῖ, τὸ παθεῖν ἐμὲ δηλονότι, πῶς ὑμεῖς ἐναντιοῦσθε μαχαίραις χρώμενοι; τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό;

Interim Dominus rebus suis postremum inter discipulos ordinatis atque dispositis, in locum quemdam se recipit proditori non ignotum. Is vero cohorte militum continuo **216** secum sumpta cum pontificibus et Pharisæis ministris, eo cum lucernis et facibus advolat. Ibi Christo eos interrogante humi corruunt. Petrus Malcho auriculam abscindit, cum caput homini abscindere non posset, id quod studiose facere conabatur. Tum his cum verbis Dominus compellat: « An non existimas posse me Patrem exorare modo ut plures mihi quam duodecim legiones angelorum suppeditet? at quonam pacto conferent quæ fieri oportere sacris proditum est Litteris [52]? » Quæ sane Dominus ad discipulos ita protulit, ut metum eis inculeret, ac persuaderet ne quid eorum quæ acciderent curiosius scrutarentur. Nam si sacris ita visum est Litteris ut patiendum mihi sit, qui fit ut vos gladiis utentes adversari velitis? poculum illud, quod Pater mihi dedit, non bibam?

Δήσαντες οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς Ἄνναν πρῶτον, κἀκεῖσε κρίνεται. Περὶ τῆς αὐτοῦ διδαχῆς καὶ τῶν μαθητῶν ἐρωτᾶται. Ἀποκρίνεται ὡς εἰκός. Ῥάπισμα δέχεται, καί φησιν· « Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐκεῖθεν οὖν ἄγεται πρὸς Καϊάφαν, ἔπειτα πρὸς Πιλάτον πρωΐας οὔσης· πρὶν ἢ μὲν ἀλέκτορα φωνῆσαι πρὸς Καϊάφαν ἄγεται, πρωῒ δὲ πρὸς Πιλάτον. Δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς ἅπαν ὑπὸ Κα ἄφα ἐρωτώμενος οὐδὲν ἐξηλέγχετο, διὸ καὶ παρέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Καὶ ὁ μὲν Μάρκος περὶ τ ης ἀλεκτοροφωνίας διεξιὼν οὕτω φησίν· « Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, τρὶς ἀπαρνήσῃ με » (ὅτε γὰρ ἅπαξ ἠρνήσατο, ἐφώνησεν ὁ ἀλεκτρυὼν τὸ πρῶτον, ὅτε δὲ τρίτον ἠρνήσατο, τὸ δεύτερον ἐφώνησεν), ἀκριβέστερον ἐξηγούμενος τὴν τοῦ Πέτρου ἀσθένειαν, παρ αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου μαθὼν, ὅτι καὶ φοιτητὴς ἐκείνου ἦν. Ὁ δὲ Ματθαῖος εἰπὼν ὅτι « Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με, » τὴν ὅλην ἀλεκτοροφωνίαν ἐνέφηνε, τοῦτ' ἔστι τὴν πρώτην, ἥτις διὰ διαφόρων ἐκφωνήσεων γίνεται, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ δευτέρα ἀλεκτοροφωνία καὶ ἡ τρίτη. Πρὶν οὖν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ὁ Ματθαῖος εἰπὼν, τρὶς ἀπαρνήσῃ με, τοῦτο ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι Καὶ πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν πρώτην παρελθεῖν ἀλεκτοροφωνίαν τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

Interim Dominus rebus suis postremum inter discipulos ordinatis atque dispositis, in locum quemdam se recipit proditori non ignotum. Is vero cohorte militum continuo **216** secum sumpta cum pontificibus et Pharisæis ministris, eo cum lucernis et facibus advolat. Ibi Christo eos interrogante humi corruunt. Petrus Malcho auriculam abscindit, cum caput homini abscindere non posset, id quod studiose facere conabatur. Tum his cum verbis Dominus compellat: « An non existimas posse me Patrem exorare modo ut plures mihi quam duodecim legiones angelorum suppeditet? at quonam pacto conferent quæ fieri oportere sacris proditum est Litteris [52]? » Quæ sane Dominus ad discipulos ita protulit, ut metum eis inculeret, ac persuaderet ne quid eorum quæ acciderent curiosius scrutarentur. Nam si sacris ita visum est Litteris ut patiendum mihi sit, qui fit ut vos gladiis utentes adversari velitis? poculum illud, quod Pater mihi dedit, non bibam?

Igitur colligatum vinculis Jesum ad Annam primum abducunt, ibique judicio sistitur, de doctrina et discipulis interrogatur: respondet ut par erat. Cum alapam accepisset: « Si male locutus sum, inquit, testificare de malo: sin bene, cur me cædis? » Inde ad Caiapham ducitur; a Caiapha rursus ad Pilatum. Atque hic ostendit evangelicæ historiæ scriptor tota dimidia nocte interrogatum a Caiapha nullius improbæ rei convinci potuisse, ideoque ad Pilatum a Caiapha missum esse. Cæterum de galli cantu Marcus ita locutum esse Dominum refert: « Priusquam bis gallus cantet, ter me negabis [53]. » Quippe cum vice prima negaret, primum gallus cantavit: cum vero negaret tertium, gallus secundo cecinit. Hoc modo accuratius ille imbecillitatem Petri exposuit, re tota de ipsius magistri sui narratione cognita; fuit enim Marcus Petri sectator et discipulus. Matthæus autem cum ait: « Priusquam gallus cantet, ter me negabis [54], » totum galli cantum indicare voluit, videlicet primum, qui diversis editur vocibus, et secundum, et tertium. Quapropter cum Matthæus inquit: « Priusquam gallus cantet, me ter negabis, » hujusmodi quiddam dicere videtur, futurum scilicet ut Petrus eum ter prius negaret, quam galli cantus finem haberet.

Μετὰ μέντοι τὸ κριθῆναι τὸν Κύριον ὑπὸ τοῦ Πιλάτου μαστίζεται τὸν νῶτον λώροις πλεκτοῖς· τοιοῦτον καὶ γὰρ τὸ φραγγέλλιον. Εἶθ' οὕτως εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται. Ταῦτα δὲ πάντα πεποίηκεν ἡ ἄκαιρος ἀνανδρία τοῦ Πιλάτου· τοὺς γὰρ Ἰου-

Posteaquam in Dominum Pilatus inquisivisset, tergum ei loris implexis cæditur: hoc enim vocis flagelli est significatum. Deinde ad crucifigendum traditur. Atque hæc omnia per importunam animi dejectionem in Pilato acciderunt, qui Judæos re

[51] Joan. XIII, 30. [52] Matth. XXVI, 53. [53] Marc. XIV, 30. [54] Matth. XXVI, 34.

verebatur accusantes Dominum tanquam hominem seditiosum. Ideoque suas etiam pœnas ille commeruit. Quippe cum potestatem ejus absolvendi haberet, ut qui dicere non dubitaret se habere potestatem ipsius vel **217** dimittendi vel crucifigendi, quod facere poterat non præstitit. Formidabat enim Judæos clamantes : « Si istum absolvis, non es Cæsaris amicus [48]. » Quare non dubium est eum condemnatum esse, de ipsis etiam Domini verbis hoc ipso non obscure apparente, cum ait : « Qui me tibi tradidit, in majore culpa est. »

Cæterum Joannes historiæ scriptor evangelicæ tempus indicare volens, quo tempore Pilatus in loco quodam consederit qui Lapidipavium dicebatur, ut Jesu causam cognosceret, ait factum hoc fuisse in præparatione Paschæ, hora fere sexta. Cur sextus hic dies septimanæ ab evangelista Paschæ præparatio dicitur? Ejus rei causam tibi perspicue subjiciam. Quemadmodum Sabbatum dies septimanæ septimus est, et nihilominus Sabbatum vocatur, hoc est requies, propter requietem qua tunc quibusvis operibus abstinebant, otium agentibus eo die mancipiis, jumentis et cæteris omnibus, sic præparatio dies est septimanæ sextus, et præparatio propterea nuncupatur, quod in eo Judæi præparent omnia quibus usuri per Sabbatum erant; quo die nec ignem accendendi facultatem habebant, nec congerendorum lignorum, nec cibos adeo coquere licebat. Quæ omnia quod die sexto appararentur, nomen ille præparationis accepit. Igitur cum Joannes evangelista diem hunc præparationem Paschæ vocat, aperte ostendit Judæos eo tempore se ad Paschæ festum ex præscripto legis præparasse. Quippe post horam sextam, die mensis quarto decimo, fermentati panes omnes igne concremati e medio tollebantur et infermentati de more præparabantur. Quæ cum ita sint, manifesto licet intelligere, id quod Christus discipulis porrecto pane ac vino dederit ipsa magnæ quintæ feriæ vespera, fermentatum fuisse : quippe necdum id tempus appetierat, quo non fermentatis panibus utendum esset, ut hominum vulgus existimat. Eorum tu sermonibus valere jussis seriei sacrorum oraculorum inhæreto. Nam quod magnæ quidem præparationis vespera, non autem magnæ quintæ feriæ mactandus fuerit agnus, cum aliis multis ex argumentis colligi perspicue potest, tum vero in primis ex illis quæ nunc indicaturi sumus. Diem illum, sub cujus vesperam Pascha mactabatur, et infermentatorum panum diem, et consimiliter etiam Paschæ vocabulo appellare solebant, nimirum ab ejus vespera. Nam quia mactabatur agnus et infermentati panes comedebantur ipsa diei decimi quarti vespera, idcirco etiam dies hic quartus decimus tum Paschæ, tum Azymorum nomen habebat. Has autem

δαίους δυσωπῆσαι θέλων ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν, ἀντάρτην αὐτὸν ἀποδεικνύοντες, εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδωσι, φραγγελλίοι; πρότερον μαστίξας αὐτόν. Διὰ τοῦτο καὶ κολάσεως ὁ Πιλᾶτος ἄξιος, ὅτι καὶ δυνάμενος ἀπολῦσαι αὐτὸν (« Ἐξουσίαν, γὰρ, φησὶν, ἔχω ἀπολῦσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε ») τοῦτο οὐκ ἐποίησε, τοὺς Ἰουδαίους μάλιστα πτοούμενος λέγοντας· « Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. » Ἐφ' ᾧ καὶ κατακρίνεται· καὶ δῆλόν ἐξ ὧν ὁ Κύριος ἔλεγε πρὸς αὐτόν· « Ὁ παραδιδούς μέ σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. »

Τὸν μέντοι καιρὸν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης παριστῶν, ἡνίκα ὁ Πιλᾶτος ἐκάθισεν εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, ἵνα κρίνῃ τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, ἔλεγεν· « Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. » Διὰ τί δὲ ἡ ἕκτη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα παρασκευὴ τοῦ πάσχα λέγεται παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ; Σαφὴς ἡ αἰτία σοι πρόκειται. Καθάπερ γὰρ τὸ Σάββατον ἑβδόμη μὲν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστὶ, λέγεται δὲ ὅμως Σάββατον ἤτοι κατάπαυσι; διὰ τὴν ἐν αὐτῷ γενομένην ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων κατάπαυσιν (τότε γὰρ ἀργεῖ ὁ δοῦλος, τὸ κτῆνος καὶ τὰ λοιπὰ πάντα), οὕτω καὶ ἡ παρασκευὴ ἕκτη μὲν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστὶ, λέγεται δὲ παρασκευὴ διὰ τὸ παρασκευάζειν καὶ οἷον εἰπεῖν ἑτοιμάζειν τοὺς Ἰουδαίους ἐν αὐτῇ τὰ τοῦ Σαββάτου. Ἐν αὐτῷ γὰρ οὔτε πῦρ ἅψαι συγχωροῦνται οὔτε ξύλα συνάξαι οὔτε τὰ πρὸς τροφὴν ἁπλῶς ἑτοιμάσαι. Ταῦτα λοιπὸν ἡ ἕκτη παρασκευάζουσα παρασκευὴ κατωνόμασται. Ὁ τοίνυν εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης παρασκευὴν τοῦ Πάσχα τὴν τοιαύτην ἡμέραν καλέσας ἔδειξε προφανῶς ὅτι πρώτην τοῦ Πάσχα τηνικαῦτα παρεσκευάζοντο ἑορτὴν οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν· ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τῆς σελήνης ἡμέρας πᾶς μὲν ζυμωτὸς ἄρτος πυρὶ καιόμενος ἠφανίζετο, τὰ δέ γε ἄζυμα κατὰ τὸ εἰωθὸς ἡτοίμαζον. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, φαίνεται προφανῶς ὅτι τὸ δοθὲν δι' ἄρτου καὶ οἴνου παρὰ Χριστοῦ κατὰ τὴν τῆς μεγάλης πέμπτης ἑσπέραν ἔνζυμον ἦν, ὅτι μηδὲ καιρὸς ἀζύμων ἐτύγχανε τότε κατὰ τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν. Ἄφες λοιπὸν τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν ἱερῶν λογίων πρόσεχε. Ὅτι μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς μεγάλης παρασκευῆς, οὐ μὴν ἐν τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ τυθῆναι ὁ ἀμνὸς ἔμελλε, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη ῥηθησομένων σοι. Τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἥ; τῇ ἑσπέρᾳ τὸ Πάσχα ἐθύετο, καὶ ἀζύμων ἡμέραν καὶ Πάσχα ὁμοίως καλεῖν εἰώθασιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πάντως αὐτῆς· καὶ γὰρ διὰ τὸ τὸν ἀμνὸν θύεσθαι καὶ τὰ ἄζυμα ἐσθίεσθαι τῇ ἑσπέρᾳ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ ἰδ' αὕτη καὶ Πάσχα καὶ ἀζύμων ἡμέρα ἐλέγετο. Ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὴν μεγάλην παρασκευὴν κεκτημένην εὑρίσκομεν. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. Πρώτη τῶν ἀζύμων λέγεται ἡ

[48] Joan. xix, 10 seqq.

μεγάλη πέμπτη ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσα. Καθάπερ γὰρ ὁ Μάρκος τὴν παρασκευὴν προσάββατον ἔλεγεν ὡς οὖσαν πρὸ τοῦ Σαββάτου, οὕτω καὶ τὴν μεγάλην πέμπτην πρώτην τῶν ἀζύμων λέγει ὁ Ματθαῖος ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσαν, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς· « Τὴν μεγάλην ἐνέφηνε πάντως παρασκευήν. » Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς, ἐλθεῖν λέγων, τουτέστιν ἠγγικέναι, τὴν τῶν ἀζύμων ἡμέραν, τὰ αὐτὰ τῷ Ματθαίῳ ἠνίξατο. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰωάννης, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα γενέσθαι λέγων τὸ δεῖπνον, αὐτὴν εἶπε τὴν παρασκευήν, καὶ δηλοῦσι τὰ μετὰ ταῦτα· λέγει γάρ· « Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα· » καὶ αὖθις, « Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχατι, » τῷ ἐνισταμένῳ δηλαδή. Ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν παριστῶν ἡνίκα ὁ Πιλᾶτος ἐκάθισεν εἰς τόπον τινὰ Λιθόστρωτον λεγόμενον, οὕτω φησίν· « Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. » Καὶ παρακατιών, « Ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ Σαββάτου. » Μεγάλην δὲ αὐτὴν οὐκ ἂν ἄλλως ἐκάλεσεν εἰ μή που συνέπιπτε τῷ Σαββάτῳ ἐκείνῳ ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων ἡμέρα, ἡ καὶ ἁγία παρὰ τῷ νόμῳ καλουμένη. Ταῦτα δὲ πάντα σαφῶς ὑπεμφαίνουσιν ὅτι κατὰ τὴν παρασκευὴν ἐκείνην ἑσπέρας ὁμολογουμένως τὸ Πάσχα ἐθύετο. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ παρασκευὴν τοῦ Πάσχα εἶπεν αὐτὴν ὡς παρασκευάζουσαν τὰ τοῦ ἐνισταμένου πάντως Πάσχα. Χωρὶς οὖν ἀντιλογίας ἐν τῇ ἑσπέρᾳ φαίνεται τῆς παρασκευῆς τὸ Πάσχα γίνεσθαι. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τοῦτο ἔλεγε, « Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. » Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπισφραγίζοντι τὰ τοιαῦτα καὶ λέγοντι ὅτι τὸν τύπον τιμῶντες ἤτοι τὸ πρόβατον, κἀντεῦθεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ πραιτώριον οὐ προαιρούμενοι, τὴν ἀλήθειαν αὐτὸν τὸν Χριστὸν ὕβριζον· ἔμελλον γὰρ θύειν τὸ Πάσχα κατὰ τὸν νόμον τὸν μηδὲν παρ' αὐτοῖς ἰσχύοντα. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ματαιάζουσι προφανῶς οἱ λέγοντες ὅτι κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς μεγάλης πέμπτης τὸ τιμώμενον ἐσθίεται πρόβατον· τὰ γὰρ ἄζυμα συστῆσαι φιλονεικοῦντες παραχαράττειν ἐπιχειροῦσι κακοθελῶς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ μή μοι τὸν χρυσορρήμονα παρείσαγε Ἰωάννην ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον πδ' ὁμιλίᾳ λέγοντα ὅτι τὸν Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπροσδοκήτως κρατήσαντες καὶ τὴν τοῦ Πάσχα παριδεῖν εἵλοντο ἑορτὴν τηνικαῦτα συμπίπτουσαν. Ἔχεις γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ, ἡνίκα λέγεται· « Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα, » τέλεον ἀναιροῦντα τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν. Ἔνθεν τοι καὶ τὰ τοῦ θείου κατεξετάζειν ἀνδρός, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐναντιοῦται πρὸς ἄλληλα, μὴ πρὸς ἰσχύος ἔχοντες, σιωπῇ καὶ μάλιστα τιμᾶσθαι τὰ τοιαῦτα δέον κρίνομεν, εἴγε καὶ μᾶλλον εὔλογον τὰ ὕστατα κατέχειν, ὅτι καὶ σύμφωνα ταῦτα ταῖς τῶν λοιπῶν Πατέρων ἐπεξηγήσεσι φαίνονται. Λέγει καὶ γὰρ ὅτι ὁ Χριστὸς πρὸ μιᾶς ἔφαγε τὸ Πάσχα,

A appellationes et magnæ præparationis diei tribui solere **218** deprehendimus. Et animum, si libet, iis advertito quæ dicturi sumus. Primus Azymorum dies vocatur magna quinta feria, ut qui diem Azymorum proxime antecederet. Quemadmodum enim Marcus magnæ præparationis diem vocavit ante Sabbatum, uti quæ Sabbatum præcederet, sic et magnam illam quintam feriam Matthæus primam Azymorum dixit, uti quæ Azymorum dies proxime antecederet : sic enim aurea lingua præditus orator colligit. Eodem modo Lucas etiam dicens adventasse, hoc est appetiisse diem Azymorum, significare prorsus idem quod Matthæus voluit. Denique Joannes cum ante Paschæ festum cœnam peràctam scribit, diem præparationis hoc Paschæ vocabulo denotat. Licet hoc de verbis apud ipsum deinceps subjectis intelligere. Sic enim ait : « Ipsi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, sed Pascha vescerentur. » Et rursum : « Est vobis mos ut unum vobis in Pascha condonem, » videlicet nunc imminente. Præterea tempus indicans quo tempore Pilatus in loco quodam consederit qui Lapidipavium diceretur : « Erat, inquit; Paschæ præparatio, hora fere sexta. » Hinc ulterius progrediens : « Erat enim, ait, magnus atque celeber ille dies Sabbati. » At vero magnum et celebrem hunc diem non dixisset, si primus dies Azymorum in Sabbatum illud non incidisset, qui sane dies sanctus etiam in lege vocatur. Hæc autem omnia clare ostendunt in more fuisse ut ad præparationis vesperam Pascha citra controversiam mactaretur. Nam ideirco diem hunc evangelista præparationem Paschæ nuncupavit, uti quo res ad eminentem Paschæ diem necessariæ præparentur. Itaque citra omnem adversationem apparet mactari solitum fuisse agnum ipsa præparationis vespera. Nam ni res ita se haberet, Joannes evangelista prius non dixisset : « Ipsi in prætorium non intrarunt, ne polluerentur, sed Pascha vescerentur. » Vide quid magnus ille Cyrillus dicat, cum hujusmodi verbis hæc velut obsignando confirmat : « Cum figuram bonarifice colerent, hoc est agnum, ideoque ingredi nollent in prætorium, veritatem ipsam, videlicet Christum, contumeliis afficiebant. Nam ex lege Pascha mactari debebat, quæ tamen lex parum apud ipsos habebat roboris et auctoritatis. » Quæ cum ita sint, perspicuum est eos vana dicere, qui ad vesperam magnæ quintæ feriæ mactari solitum fuisse typicum illum agnum tradunt. Dum enim panum infermentatorum usum probare insigni contentione nituntur, malevole veritatem depravare conantur. Neque mihi hoc loco Joannem Chrysostomum opposueris, qui in orationum illarum octogesima quarta, quibus orationibus Evangelium Matthæi explanavit, **219** Judæos ait Christo præter exspectationem potitos etiam Paschæ festum negligere non dubitasse, quod in illum diem incidisset. Nimirum habes alia ejusdem verba in explicatione Evangelii a Joanne scripti,

cum dictum hoc declarat : « Ipsi non intrabant, ne pelluerentur, sed Pascha vescerentur. » Hic enim opinionem istam prorsus evertit. Quapropter cum nos verba divini hujus viri a se invicem non parum discrepantia satis examinare nequeamus, tacite venerari potius ea decrevimus. Ac fortasse magis rationi consentaneum fuerit ultimo loco ab ipso perscripta retineri, quod ea cum reliquorum Patrum enarrationibus consentire videantur. Ait enim Christum Pascha comedendo diem unum anticipasse, mactationem suam ad diem præparationis differentem, quo die Pascha legale mactari consueverit. Fuisse autem illud quod in cœna Dominus apostolis præbuit panem fermentatum, non fermenti experiem, ut illi asserunt, idem hic divinissimus vir clarissime significat. Nam de veteri novoque fœdere verba faciens, « Istic, ait, littera erat, hic spiritus. Istic arca, hic virgo. Istic Aaronis virga, hic crux. Istic agnus, hic Christus. Istic infermentata, hic panis. » Hæc quodam in compendio, ceu vides, perscripta tibi sunto : tempus enim non patitur ut diutius de rebus hisce commentemur.

τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν τῇ παρασκευῇ, ὅτε καὶ τὸ νομικὸν Πάσχα ἐθύετο. Ὅτι δὲ τὸ παρὰ Κυρίου τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ δείπνῳ δοθὲν ἔνζυμος ἄρτος ἦν, οὐ μὴν ἄζυμος, ὡς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, ὁ θειότατος οὗτος ἀνὴρ σαφέστατά σοι παρίστησι. Περὶ γὰρ τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας τὸν λόγον ποιούμενος καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· « Ἐκεῖ τὸ γράμμα, ὧδε τὸ πνεῦμα· ἐκεῖ ἡ κιβωτός, ὧδε ἡ παρθένος· ἐκεῖ ἡ ῥάβδος Ἀαρών, ὧδε ὁ σταυρός· ἐκεῖ ὁ ἀμνός, ὧδε ὁ Χριστός· ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος. » Ταῦτα μὲν ἐνεχαράχθη σοι κατ' ἐπιτομήν, ὡς ὁρᾷς· οὐδὲ γὰρ ἐγχωρεῖ τὰ τοῦ καιροῦ πλεῖον ἐνδιατρίψαι τοῖς περὶ τούτων λόγοις.

Deinceps Dominus noster Jesus Christus ad crucifigendum traditur : tu quæ consequta sint, vide. Nam ab hora diei sexta tenebræ terram universam occuparunt ad horam usque nonam, Deo, ceu credi par est, propter ea quæ designabantur indignante. Non enim solis defectum accidisse, quemadmodum Chrysostomus ait, sed rem totam ab ira et indignatione divina profectam fuisse, licet ex ipso etiam tempore colligere ; duravit enim hæc caligo tres horas, quæ carteroqui fieri solet in uno temporis momento. Hæc Chrysostomi est ratio. Divinus autem vir ille, Dionysius Areopagita, non ita simpliciter, sed per objectionem corporis lunaris, solem velut obstruentis, universales hasce tenebras exstitisse novo quodam et inusitato modo tradit. Nam ad Polycarpum hierarcham de eo perscribens quod Apollophanes sophista Christianam religionem non amplecteretur, ad verbum hæc profert : « Dicito autem ei, » nimirum Apollophani, « Quid de illa censes eclipsi, quæ salutiferæ passionis tempore accidit ? nos enim ambo id temporis Heliopoli una eramus, et eodem in loco consistentes lunam inusitato modo in solem incidere cernebamus : quippe non illud coitionis eorum sidereum tempus erat. Deinde rursus eam conspiciebamus ab hora nona usque ad vesperam ratione quadam ultranaturali eo reversam, **220** ut oppositum sibi ex diametro solem haberet. Quinetiam ipse adeo tum temporis perculsus metu quodam obstupuit, ut ad me conversus diceret : Hæc, Dionysi, rerum divinarum sunt vicissitudines. » Hunc in modum hac de re Dionysius. De iisdem tenebris salutiferæ passionis tempore obortis etiam Zacharias vates admiranda quadam ratione loquitur : « Illo, inquit, die lux nulla exsistet [87], » quo videlicet Christus in crucem agetur ; « sed toto die frigus ac gelu durabit ; quem quidem diem Dominus novit. » Deus enim omnia prius cognita habet. Non is dies erit, nec item nox. Nimirum appellari dies proprie non poterat

Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται· καὶ ὅρα τὰ μετὰ ταῦτα. Ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης, ἀγανακτούντος ἐπὶ τοῖς τολμωμένοις, οἶα εἰκός, τοῦ Θεοῦ. Ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἔκλειψις, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἀλλ' ὀργὴ καὶ ἀγανάκτησις, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ ὄφελον· τρεῖς γὰρ ὥρας παρέμεινεν ἡ ἔκλειψις, ἥτις ἐν μιᾷ γίνεται καιροῦ ῥοπῇ. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα· ὁ δὲ θειότατος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης οὐχ ἁπλῶς οὕτω, κατὰ δὲ ἀντίφραξιν τῆς σελήνης τὸ σκότος ἐκεῖνο λέγει γενέσθαι καινοπρεπῶς τὸ παγκόσμιον. Ἐπιστέλλων γὰρ ἱεράρχῃ τῷ Πολυκάρπῳ διὰ τὴν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνην μὴ καταδεχόμενον τὰ Χριστιανῶν καὶ τάδε φησὶ κατὰ ῥῆμα πρὸς αὐτόν· « Εἰπὲ δὲ αὐτῷ τῷ Ἀπολλοφάνει, Τί λέγεις περὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως ; Ἀμφότεροι γὰρ τότε κατὰ τὴν Ἡλίου πόλιν ἅμα παρόντες καὶ συνεστῶτες παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἑωρῶμεν (οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρὸς) αὖθίς τε αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐννάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστᾶσαν. Τοσοῦτον δὲ καὶ αὐτὸς ἐξεπλάγη τότε ὡς οὕτω πρός με εἰπεῖν· « Ταῦτα, ὦ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων εἰσί. » Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Περὶ δὲ τοῦ σκοτασμοῦ ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος γεγονότος θαυμασίως πως καὶ τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ διείληπται· λέγει γάρ, « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς (ἵνικα δηλαδὴ σταυρωθήσεται ὁ Χριστός), ἀλλὰ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν· καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ. » Ἄνω γὰρ ἅπαντα προεγίνωσκεν ὁ Θεός. Καὶ γὰρ οὐχ ἡμέρα καὶ οὐ νύξ. Οὔτε γὰρ ἡμέρα κυρίως ἦν διὰ τὸ τρίωρον ἐκεῖνο σκότος, οὔτε νὺξ ἀληθῶς διά τε τὸ μέχρις ἕκτης ὥρας καὶ μετὰ τὴν ἐννάτην γενόμενον φῶς. Ὃ δὴ καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγε, « Καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Ταῦτα δέ, ἀγαπητέ, οὐ μόνον προῴρηται πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηνται· καὶ σεισμὸν γὰρ μέ-

[87] Zachar. xiv. 6.

γαν τηνικαῦτα λέγουσι γενέσθαι, καὶ σκότος τοσοῦτον ὥστε ἀστέρας φανῆναι.

A propter illas trium horarum tenebras; nec nempe nox erat propter eam lucem, quæ sextam horam antecessit et nonam est subsecuta. Quod ipsum quoque vates innuens subjecit : « Sub vesperam lux erit. » Neque tantum hæc, dilecte fili, sic a vatibus exposita sunt, verum etiam in multis Græcorum monumentis et commentariis reperiuntur, qui eo tempore tradunt terræ motum ingentem accidisse, tantasque tenebras, ut ipsa quoque sidera conspicerentur.

Τότε δὴ, τότε καὶ προφητικὴν ἐπιφέρει ῥῆσιν ἐπὶ σταυροῦ τὴν οὕτω λέγουσαν « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; » Ἑβραΐστὶ δὲ ταῦτα ἔλεγεν, Ἠλὶ, ἠλὶ, λαμμᾶ σαβαχθανί. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ταῦτα κατάδηλα γένηται. Ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον ἀκόλαστοι καὶ ἀσελγεῖς ὄντες ἐκεῖνοι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἐνόμισαν Ἠλίαν καλεῖν. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. Ἀλλ' ἡ φωνὴ ἐκείνη καὶ τὸ καταπέτασμα ἔσχισε, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνέῳξεν. Ἀλλ' οἱ μάταιοι καὶ τοιαῦτα βλέποντες συνιέναι ὅλως οὐκ ἤθελον. Μᾶλλον μὲν οὖν, « Καταβάτω ἐκ τοῦ σταυροῦ, » ἔλεγον, « ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος ἐν τῷ σταυρῷ μένων, ὡς ὁ Χρυσορρήμων φησὶν, ἐν τοῖς τῶν δούλων σώμασιν ἐκ περιουσίας ἐδείκνυε τοῦτο πολλῆς· εἰ γὰρ τὸ τεταρταῖον ἐξελθεῖν τὸν Λάζαρον μέγα, πολλῷ μᾶλλον τὸ πολλοὺς τῶν πάλαι κοιμηθέντων φανῆναι ζῶντας ἀθρόον. Καὶ πρόσσχες τῷ θειοτάτῳ Ματθαίῳ περὶ τούτων οὕτω λέγοντι : « Πολλὰ δὲ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν σοι ἄξιον. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην ἐπὶ σταυροῦ ἔτι ὄντος τοῦ Χριστοῦ τὰ τοιαῦτα ἠγέρθησαν σώματα, πῶς ἐμφανισθῆναι ταῦτα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔγερσιν ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ; Ἐγὼ δέδοικα μήποτε τὸ *αὐτοῦ* ἀντὶ τοῦ *αὐτῶν* ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι· τὰ γὰρ σώματα ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν αὐτῶν καὶ εἰσήλθοσαν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Τότε δὴ, τότε καὶ ἡ προφητικὴ ῥῆσις ἔλαβε πέρας ἡ λέγουσα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, Ἀνακαλύπτεσθε. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην ὥραν, ὡς φασιν αἱ Γραφαὶ, σταυροῦται ὁ Κύριος, κατὰ δὲ τὴν ἐνάτην τὸ πνεῦμα ταῖς πατρικαῖς χερσὶ παρατίθησιν.

salutem impetratam precibus Gregorii Dialogi Tradiderunt e Græcis theologis quidam Joannes Damascenus in his est, sermone περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων. Locus iste est : Δέον τοίνυν τῶν ἄλλων ἱστορίων ἐπιμνησθῆναι πρὸς τούτοις. Γρηγόριος οὖν ὁ Διάλογος, ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἀνὴρ, ὡς ἴσασι πάντες, ἐν ἁγιωσύνῃ, καὶ γνώσει ἐξάρτιστος, ᾧ φασι λειτουργοῦντι οὐράνιος συνλειτουργεῖ καὶ θεῖος ἄγγελος, οὗτός ποτε ἀνὰ τὴν λίθινον πορείαν ποιούμενος, καὶ στὰς ἐξεπίτηδες, εὐχὴν κραταιὰν ὑπὲρ τοῦ φιλόψυχου Κύριον ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐποιήσεν. Ὃς παραυτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκοε, τάδε φησάσης· Τῆς εὐχῆς σου, φησὶν, ἐπήκουσα, καὶ συγγνώμην Τραϊανῷ δίδωμι. Σὺ δὲ μηκέτι προσθῇς ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενεγκεῖν μοι. Meminit quoque Euchologium Græcorum cap. 19, ubi ita sacerdos orat : Ὡς ἔλυσας τῆς μάστιγος Τραϊανὸν ὅτ' ἐκτενοῦς ἐντεύξεως τοῦ ὁσίου σου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν δεομένων σου.

(65) Ἀδριανὸς ἔτη κδ'. Ita etiam Cedrenus et Manasses. Zonaras annos 19. Rectius Fasti annos numerant 21, cum quibus facit Spartianus in ejus Vita : « Imperavit annis 21, mensibus 11. » Idem Meursius ad hæc verba : Καθίστητι δὲ τῶν ἔργων ἐπιστάτην τὸν Ἀκύλαν ἐκεῖνον. Vide Epiphanium lib. περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, et Eutaynium præfatione in Psalmos.

tidie Christianorum augeri numerum cerneret, Deumque ostenta et prodigia percos ere, stimulo quodam animi percitus se Christianis aggregavit. Erat autem astrologiæ peritissimus. Quo factum ut postequam Christianorum religione fuisset imbutus, priora studia deserere nollet. Itaque Christianni sacerdotes, qui eum post multas admonitiones ab astrologicæ disciplinæ studio desistere nolle cernerent, hominem a cœtu sacro prohibent, quod hisce pœnis scilicet ipsum emendaturos se putarent. Tum ille quadam iracundia magis etiam accensus ad Judæorum sacerdotes se confert, ac per exsecrationem Christianismo ejurato circumcisionem recipit. Atque hac ipsa de causa linguam Hebraicam edoctus novam quandam sacrarum Litterarum interpretationem instituit, testimonia de Christo prorsus obscurare ac tegere summo studio conatus. Hinc intelligere, dilecte fili, potes quamobrem iste Aquila divinas Litteras adulterando quasi corruperit.

A Χριστιανὸς γεγονὼς τῶν προτέρων ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ παύσασθαι οὐκ ἠθέλησεν. Οἱ οὖν ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ὡς ἑώρων αὐτὸν μετὰ πολλὰς παραινέσεις τοῦ ἀστρονομεῖσθαι μὴ παραιτούμενον παύσασθαι, τῆς ἐκκλησίας πόρρω που βάλλουσι, τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτὸν διορθωθῆναι νομίζοντες. Ἀλλὰ θυμοῦ μᾶλλον ἐκεῖνος ἐντεῦθεν πλησθεὶς τοῖ; τῶν Ἰουδαίων ἱερεῦσι προσέρχεται, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἀναθεματίσας περιτομὴν καταδέχεται. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκπαιδευθεὶς δευτέραν ἔκδοσιν τῶν Γραφῶν ἐποιήσατο, τὰς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας ἐπικαλύψαι τέλεον μηχανώμενος. Ἔχεις ἰδοὺ καὶ τὴν αἰτίαν, ἀγαπητὲ, δι' ἣν ὁ Ἀκύλας ἐκεῖνος ἐνόθευσε τὰς Γραφάς.

Post Adrianum Antonius, cognomento Pius ob morum benignitatem, annos 22 imperavit; sub quo Justinus philosophus et Dionysius Corinthi antistes, ut doctrinæ Christianæ testimonio essent, vitam amiserunt. Successit huic Marcus Antonius, qui collega Severo genero suo 19 annos imperavit. Ejus imperio ignis conspectus est, qui e cœlo delaberetur. Erat imperator Marcus sapientiæ doctrinarumque studiis innutritus, ideoque homines sapientia litterarumque cognitione præditos magno habebat in pretio. Cum hostibus aliquando ingruentibus ad conscribendum militem pecunias nullas haberet, supellectilem, ut aiunt, ornamentaque imperatoria in foro proposuit, perque præconem proclamari jussit ut quicunque vellet, citra metum ullum gemmas, uniones alinque talia coemeret. Hoc facto large pretium harum rerum in milites erogat, in hostem pergit, eum in fugam conjicit, spoliis potitur, victor revertitur, inde pecunias e præda parias in foro publice deponit. Quamobrem istuc? Ut rursum, qui sane vellet, accepto pretio copias restitueret.

B Μετὰ δὲ Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνος, ὁ διὰ χρηστὸν τρόπον λεγόμενος εὐσεβής, ἔτη κβ' (66), ἐφ' οὗ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος Κορίνθου τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐδέξαντο. Μετὰ δὲ τοῦτον Μάρκος ὁ Ἀντωνῖνος μετὰ Σεβήρου γαμβροῦ ἔτη ιθ', ἐφ' οὗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ φερόμενον ὤρθη. Οὗτος ὁ Μάρκος σοφίᾳ καὶ λόγοις ἐντεθραμμένος τοὺς μετόχους σοφίας καὶ γνώσεως διὰ τιμῆς εἶχεν ὅτι πολλῆς. Οὗτος περιστάντων αὐτόν ποτε πολεμίων, ἐπειδὴ χρημάτων ἐσπάνιζεν εἰς τὸ συλλέξαι στρατὸν, τὸν κόσμον, ὡς φασὶ, τὸν βασίλειον εἰς ἀγορὰν προέθετο, κηρύξας ἀνυποστόλως τὸν βουλόμενον ἐξωνεῖσθαι λίθους μαργάρους καὶ ὅσα τοιαῦτα. Γίνεται ταῦτα· συνῆκτο χρήματα. Σκορπίζει τοῦτα τῷ στρατῷ, ὁρμᾷ κατὰ τῶν ἐναντίων, τροποῦται, C σκυλεύει, νικητὴς ὑποστρέφει. Τίθησι λοιπὸν χρήματα τῇ ἀγορᾷ. Τίνος νεκεν; Ὅστε καὶ πάλιν τὸν θέλοντα τὰ ἐξωνηθέντα διδόναι καὶ τὸ τίμημα λαβεῖν.

Post Marcum Elius ejus Commodus 12 annis imperio præfuit. Is muliebribus et mimis in quotidiana consuetudine delectabatur. Homines potentes et illustres gladio percussos e medio tollebat. Quæ causa fuit ut tandem veneno exstingueretur. In muliebres libidines occasione quadam hujusmodi incidit. Morbus quidam id temporis omnino pestilens in urbe grassabatur. Itaque veritus imperator ne et ipse correptus hoc exitiali morbo periret, unguentis magni pretii supra modum uti cœpit. Hoc modo **242** consecutus ille quidem est ut morbi vim noxiam effugeret, verum ex eo tempore procivior ad res venereas erat.

Μετὰ τοῦτον Κόμμοδος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ'. Οὗτος γυναιξὶ μὲν καὶ μίμοις συνέχαιρε, τοὺς δυνατοὺς καὶ προὔχοντας διὰ ξίφους ἐθανάτου, ἐφ' ᾧ καὶ διὰ φαρμάκου τῆς ζωῆς ἐξίστατο. Οὗτος ὁ Κόμμοδος θηλυμανὴς ἐγένετο τρόπῳ τοιούτῳ. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νόσημα τῇ πόλει λοιμώδες ἐπέσκηψε. Προηθεὶς οὖν μή ποτε καὶ αὐτὸς τῷ τοιούτῳ φθοροποιῷ διαφθαρείη νοσήματι, μύροις πολυτιμήτοις καταχρίεται. Καὶ τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ νοσήματος βλάβην ἐξέφυγεν, ἀλλὰ κατωφερὴς ἐντεῦθεν εἰς ἀφροδίσια D γέγονε.

Post hunc Pertinax menses duos imperavit. Eum secutus in imperio Severus idipsum annis 17 tenuit.

Μετὰ τοῦτον Περτίναξ μῆνας β'. Μετὰ τοῦτον Σεβῆρος (67) ἔτη ιζ', ἐφ' οὗ Κλήμης ὁ Στρωματεύς

(66) *Ἔτη κβ'*. JM. Antonino Pio annos 22 tribuit etiam Manasses, Fasti 23, Cedrenus et Zonaras 24, *Chronicon Alexandrinum* 21. Imperavit omnino annis 22, cum dimidio, ab anno 138 ad annum 161. Qui dicitur Græcis quibusdam, ac nominatim Glycæ nostro, Σέβηρος, aliis dicitur Οὔηρος, et vulgo Lucius Verus.

(67) JM. Hic omittit Didium Julianum qui imperium septem menses tenuit: sed librarii culpam censeo, inquit: quod vero subjicit neque Glycam Didii hujus meminisse, mirari profecto desinet qui noverit unum eumdemque esse Glycam cum suo illo Theodoro Metochita. De Zeuxippi balneo notum ex Historia CP., Suida, Codino etc.

καὶ Συμμαχος καὶ Ὠριγένης. Οὗτος τὸ Ζεύξιππον A λουτρὸν ἔκτισεν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τῷ ἱπποδρομίῳ παρέδωκεν. Ὁ μέντοι Ὠριγένης ἀκμάζων τότε τοῖς θείοις λόγοις πολλοὺς ἐχειραγώγει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, πιστούς τε καὶ ἀπίστους· ἀφ' ὧν καὶ Ἀμβρόσιός τις ἀνὴρ ἐπίσημος καὶ φιλολόγος ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου αἱρέσεως ἐκστάς. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν μέγας ἐγνωρίζετο, γεωμετρίας καὶ τὰ λοιπὰ παραδιδοὺς αὐτοῖς· εὐφυὴς γὰρ ἦν ἐκ βρέφους, καὶ ἐπέπληττεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ὡς παρ' ἡλικίαν τὰ θεῖα καὶ μεγάλα ζητοῦντα. Πολλάκις δὲ καὶ καθεύδοντος αὐτοῦ τὰ στέρνα τοῦ Ὠριγένους ὁ πατὴρ κατεφίλει ὡς θείου Πνεύματος μεστά, καὶ τῆς εὐτεκνίας ἑαυτὸν ἐμακάριζε· θεῖος γὰρ ὁ ἀνὴρ, ἐπειδὴ καὶ μάρτυς γέγονεν. Ὁ δὲ Ὠριγένης τοσοῦτον ἦν ἐγκρατὴς ὡς ὀβολοῖς τέσσαρσι καθ' ἑκάστην B ἀρκεῖσθαι, οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπεχόμενος, κατεσκληκώς τε ἦν καὶ ψιαθίῳ κείμενος, ἔν ἔργον ἔχων τὴν θείαν μελέτην. Ἐφ' ᾧ καὶ πολλοὺς Ἕλληνας τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι πεποίηκεν. Ὁ μέντοι Ἀμβρόσιος τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ παρέχων ἐν ὅσοις ἐπὶ πλεῖον τὴν Γραφὴν ἑρμηνεῦσαι ἠνάγκασε. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ ρ' βίβλους συνεγράψατο. Τελευτᾷ δὲ ἐτῶν ξθ', εἰ καὶ δι' αἰτίαν τινὰ τὸ κλέος αὐτοῦ μέχρι τέλους οὐ διέμεινεν ἄσβεστον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἀρειανοὶ καὶ Ἀνόμοιοι τὰς ἀφορμὰς ἔσχον. Τῶν σωμάτων ἀθετεῖ τὴν ἀνάστασιν· τέλος δοξάζει τῆς κολάσεως καὶ τῶν δαιμόνων ἀποκατάστασιν. Τοσαύτην δὲ μετήρχετο ἄσκησιν ὡς καὶ τὸν αὐτοῦ ἀνατραπῆναι θώρακα. Καὶ φάρμακον δὲ λέγουσιν C ἐπιθεῖναι τοῖς γεννητικοῖς αὐτοῦ μορίοις ὥστε καταξηρᾶναι αὐτὰ, καὶ βοτάνην δὲ εὑρεῖν μνήμης ἔνεκεν. Μετὰ ταῦτα φθόνῳ διαβληθεὶς πρός γε τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας συνεργείᾳ Σατανικῇ τῆς πίστεως ἐξίστατο· ἐκεῖνοι γὰρ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ σοφροσύνην εἰδότες προσάγουσιν αὐτῷ Αἰθίοπα, καὶ ἢ πείθεται τοῖς λόγοις ἐκείνων ἢ τῷ Αἰθίοπι καταχραίνεται. Ἐκεῖνος οὖν μηδὲ ἄκροις ὠσὶν ἀνεχόμενος τοιαύτην ἄθεσμον ἀκοὴν ἐνωτίσασθαι, αὐτοχείρῳ θυσίᾳ διὰ λιβανωτοῦ περιέπεσεν. Ὅθεν τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ μὴ ἀναιδίζεσθαι χάριν καταλιπὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔρχεται. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀναγκασθεὶς ἐπ' ἐκκλησίας λόγον εἰπεῖν (πρεσβύτερος γὰρ ἦν) ἐκ τοῦ παρατυχόντος εἶπε καὶ τάδε· « Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; » Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον ἐδάκρυσε σὺν ἅπασι. Μηνὶς οὖν ἕκτοτε τὴν ἁγίαν πᾶσαν Γραφὴν ἀνατρέψαι ἐπηύξατο, ὅθεν καὶ ἀναθεματίζεται μέχρι τῆς σήμερον.

Vixere sub hoc Clemens, qui a librorum varietate Stromateus appellatur, et Symmachus et Origenes. Severus Byzantii balneum exstruxit quod Zeuxippum nuncupant, et circum equestrem ædificare cœpit. Is autem, cujus modo mentionem faciebamus, Origenes id temporis propter doctrinæ sacræ cognitionem clarus complures tum fideles tum infideles ad veritatem manu quasi ducebat. Inter eos fuit Ambrosius quidam, vir illustris et litterarum doctrinæque studiosus, qui ejus auctoritate motus sectam Valentini reliquit. Idem Origenes ob externas etiam disciplinas magnus habebatur, ut qui geometriam artesque cæteras discipulis suis traderet. Nam præclara fuerat a primis annis indole præditus, ipseque pater eum nonnunquam objurgavit ut qui supra modum ætatis res divinas et magnas indagaret. Sæpe tamen ipso dormiente pectus ejus exosculabatur pater tanquam sancti Spiritus plenum, seque propter egregiam hanc sobolem beatum prædicabat. Erat enim Leontius Pater vir omnino divinus, ut qui testis etiam veritatis factus sit. Adeo vero temperanter victitabat Origenes, ut in sumptum quotidianum quatuor obolis contentus esset. A vino et oleo prorsus abstinebat. Corpus omnino propter labores exaruerat. In statu cubabat, nisi modo rei intentus, ut divinas scilicet res meditaretur. Quo ipso effecit ut multi Græci corona testimonii cingerentur. Præbebat Ambrosius ei cuncta quæ ad usus necessarios requirerentur, ideoque perpulit hominem ut Litteras sacras annorum 18 spatio interpretaretur. Litteris etiam consignatum scimus Origenem sex librorum millia conscripsisse. Mortuus est anno ætatis 69. Unam tamen ob causam ipsius gloria usque ad finem non perduravit; nam Ariani et Anomœi suarum hæresium occasiones ab ipso hauserunt. Præterea corporum resurrectioni fidem negat, suppliciorum finem opinione sua statuit, genios malos in integrum restitutum iri censet. Interim tanto studio corporeis exercitiis deditus erat ut etiam pectus ipsius corrumperetur. Perhibent item genitalibus eum quoddam imposuisse medicamentum quo illa exarescerent. Herbam quoque reperit, cujus vis in juvanda memoria permagna foret. Verum D deinceps invidia quadam ad magistratus, qui cum imperio erant ac potestate, delatus, Satanæ auxilio a fide desivit; nam cum illi castitatem in ipso insignem plane cognitam haberent, homini Æthiopem admovent: simul jubent ut vel ipsorum **243** mandatis pareret vel cum Æthiope se polluceret. Hic cum Origenes ne extremis quidem auribus tam nefandam rem audire sustineret, mana sua thure simulacris oblato lapsus est, quapropter Alexandria relicta, ne illius rei causa quidquam audiret exprobrationis, Hierosolymam se confert. Cumque coactus esset in cœtu concioneque publica orationem habere (nam ex casu, qui acciderat ipsi, Petro scilicet similis erat) hujusmodi verba pronuntiavit: « Peccatori dixit Deus: Qui fit ut tu justa mea decreta enarres, et ore tuo fœdus meum usurpes [76]? » Hinc libro complicato cum omnibus lacrymas profudit. Eo modo factum ut deinceps ex quadam mentis insania Litteras sacras universas perverteret, ideoque in hodiernum usque diem execrationi ecclesiasticæ obnoxius est.

[76] Psal. xlix, 16.

Severo mortuo Antonius Caracallus annos 6, A menses 2 imperium obtinuit. Erat eo regnante Serapio quidam mathematicus, qui Antonino in senatu Macrinum quemdam commonstravit, non multo post in imperio successurum. Qua in re negligentius se gerens Antoninus, alium quemdam pro Macrino jussit interfici. Post Antoninum igitur annum unum mensesque duos Macrinus imperavit. Secutus est illum Antoninus Heliogabalus, imperioque potitus est annos 3, menses 9. Is tam prodigiose lascivus erat ut Hieroclem sibi pro marito legitimo jungeret. Praterea, ceu perhibetur, medicos quosdam obsecrabat ut ab anteriore parte corporis sectione facta se utriusque naturæ participem facerent. Post hunc Alexander, Mamææ filius, annis 13 et octo mensibus imperio praefuit. Mamæa, quæ religioso cultu Deum veneraretur, Antiochia Origenem ad se arcessivit, ut ab ipso de Christo mysterio erudiretur. Post Alexandrum Maximinus sex annis regnavit, post Maximinum Maximus et Balbinus dies 22. Excepit hos Gordianus. Deinde Philippus annos 5 regnavit. Is cum Sapore Persarum rege fecit inducias, qui propter magnitudinem proceritatemque corporis in omnium erat admiratione ; nam ad illud usque tempus hominum nemo conspectus fuerat qui corpore tam vasto esset. Sub Philippo Sabellius vixit, eodemque imperante Judæus quidam morbo laboraus, in via publica cum jaceret, a Christiano, et laico quidem, baptizatus mox convaluit. Quapropter ad Dionysium antistitem deductus, secunda vice lustrationem divinam accepit. Quippe de canonum apostolorum præscripto neutini laico fas est, ut quidquam earum rerum peragat quæ ad sacerdotum munus pertinent, etiamsi maxime casus aliquis et necessitas urgeat. Hoc nimirum illi sic constituerunt et decreverunt, **244** ut ne qua in parte contra ordinem delinquatur. Nam diligenter mihi, quæso, adverte, quid in illius magni Athanasii vita sit perscriptum. Cum puer adhuc esset Athanasius, forte suis cum æqualibus marjs ad littus accessit. Ac videbatur ille tum quidem in littore cum eis ludere, sed res tota quædam erat imago ejus quod aliquando futurum esset. Nam pueri eo in lusu tepræsentatis sacerdotum personis, eorumque muneribus sibi sumptis, Athanasium quidem episcopum collatis quasi suffragiis creabant, ipsi vero seniorum et ministrorum (69) in ordinem ascili, quosdam alios pueros ad ipsum perducebant, qui baptismo necdum obsignati forent. Eos Athanasius aqua marina baptizabat. Igitur Alexander antistes Alexandrinorum, cum in littore deambulans hæc conspexisset et admiratus esset, pueros jungit et per baptismum perficit. Canon autem 51 sanctissimi patriarchæ Cpolitani Nicephori et aliorum sacrorum Patrum, qui præsentes ipsi adfuerunt, hæc determinat et decernit : «Infantes non baptizatos, si sacerdos nullus adsit, et pater baptizare potest et quivis alius, modo recte Christiana de doctrina sentiat.»

Post Philippum Decius annos 2 imperavit, sub

Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνῖνος ὁ Καράκαλλος ἔτη ς' καὶ μῆνας β'. Ἐφ' οὗ Σαραπίων τις μαθηματικὸς ἦν, ὃς ὑπέδειξεν Ἀντωνίνῳ Μακρῖνόν τινα τὸν μετ' οὐ πολὺ διαδεξόμενον αὐτὸν ἐπὶ συγκλήτου. Καὶ ὁ Ἀντωνῖνος παριδὼν ἄλλον ἀντὶ Μακρίνου φονευθῆναι ἐκέλευσε (68)· μετὰ δὲ Ἀντωνῖνον Μακρῖνος ἔτος ἓν καὶ μῆνας β'. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνῖνος ὁ Ἡλιογάβαλος ἔτη γ' καὶ μῆνας θ', ὃς τοσοῦτον ἦν ἀσελγὴς ὡς καὶ τὸν Ἱεροκλέα ἔννομον αὐτοῦ ἄνδρα ποιῆσαι. Ὡς δὲ λέγουσι, καί τινας τῶν ἰατρῶν ἠντιβόλει διερυῇ αὐτὸν δι' ἐντομῆς ἐμπροσθίου ποιῆσαι. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μαμαίας ἔτη ιγ' μῆνας η'. Λῦτη θεοσεβὴς οὖσα τὸν Ὠριγένην ἐξ Ἀντιοχείας ἐκάλεσεν ὥστε τὸ κατὰ Χριστὸν διδαχθῆναι μυστήριον. Μετὰ τοῦτον Μαξιμῖνος ἔτη ς'. Μετὰ τοῦτον Μάξιμος καὶ Βαλβῖνος ἡμέρας κβ'. Μετὰ τούτους Γορδιανός. εἶτα Φίλιππος ἔτη ε'. Οὗτος σπονδὰς ἐποίησε μετὰ Σαβώρου βασιλέως Περσῶν, ὃς ἐθαυμάζετο ἐπὶ μεγέθει σώματος· μέχρι γὰρ ἐκείνου τοῦ χρόνου τηλικοῦτος οὐκ ὤφθη ἄνθρωπος. Ἐπὶ τούτου τοῦ Φιλίππου δὲ καὶ Σαβέλλιος ἦν. Τότε δή καὶ καθ' ὁδὸν Ἰουδαῖος ἔκειτο νοσῶν· ἀλλὰ βαπτισθεὶς ὑπὸ Χριστιανοῦ, καὶ ταῦτα λαϊκοῦ, ὑγιὴς αὐτίκα ἐγένετο. Τούτου δὲ Διονυσίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἀνενεχθέντος τὸ θεῖον· καὶ αὖθις ἐδέξατο φώτισμα· κατὰ γὰρ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας οὐκ ἔξεστι τῷ λαϊκῷ μεταχειρίζεσθαί τι τῶν ἱερατικῶν, κἂν περίστασις ᾖ. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτω διετάξαντο, ὥστε μηδὲν τῆς τάξεως ἀνατραπῆναι. Ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ ἐν τῷ βίῳ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου τοιοῦτόν τι γέγραπται. Ὁ μέγας Ἀθανάσιος οὗτος ἔτι παιδίον ὢν ἔρχεταί ποτε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἐπί τινα τῆς θαλάσσης ἀκτήν. Καὶ συμπαίζειν μὲν αὐτοῖς παρὰ ταῖς ὄχθαις εἶχεν, τύπος δὲ τῶν μελλόντων τὸ πᾶν ἦν· ὑποκρινάμενοι γὰρ ἐν τῇ παιδιᾷ τὰ τῶν ἱερέων οἱ παῖδες Ἀθανάσιον μὲν ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, αὐτοὶ δὲ εἰς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἀφορισθέντες προσῆγον ἑτέρους παῖδας αὐτῷ ἀσφραγίστους, κἀκεῖνος τῷ θαλαττίῳ ὕδατι τοὺς παῖδας ἐβάπτιζεν. Ὁ γοῦν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος παρ' αἰγιαλὸν παρερχόμενος, καὶ ταῦτα ἰδὼν καὶ θαυμάσας, ἐπιχρίει αὐτοὺς καὶ τελειοῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Ἀλλὰ καὶ ὁ να' κανὼν τοῦ ἐν πατριάρχαις Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου Νικηφόρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων Πατέρων τάδε διορίζεται· « Τὰ ἀβάπτιστα νήπια, μὴ ὄντος ἱερέως, καὶ πατὴρ αὐτὰ βαπτίσει, καὶ οἷος ἕτερος τύχῃ, μόνον ἔστω ὀρθόδοξος. »

Μετὰ τοῦτον Δέκιος ἔτη β', ἐφ' οὗ Νοβατιανὸς Μετὰ

(68) *Ἐφ' οὗ Σαραπίων . . . . . ἐκέλευσε.* Ex F. et JM.

(69) Presbyteros et diaconos in seniores et ministros malo exemplo vertit Leunclavius, quos Meursius, quamvis et ipse Calvini sectator, sed in plerisque modestior ac priscorum rituum observantior, recte atque ex veteri Ecclesiæ more presbyteros et diaconos appellavit.

τοῦτον Γάλλος καὶ Βολουσιανὸς ἔτη β', μῆνας τ'. A Μετὰ τοῦτον Αἰμιλιανὸς μῆνας δ'. Μετὰ τοῦτον Οὐαλεριανὸς ἔτη ις', ἐφ' οὗ λιμὸς γέγονεν οἷος οὐ γέγονε πώποτε, καὶ φθορὰ ἀνθρώπων ἄῤῥητος· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀτμοί τινες ἀνῆεσαν, ἐκ ποταμῶν τε καὶ λιμνῶν, τοσοῦτον φθοροποιοὶ ὡς νομίζειν ἰχῶρας νεκρῶν εἶναι τὰς δρόσους. Ἐφ' ᾧ καὶ οὐκ ἦν οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἦν τεθνηκὼς καὶ ἀπόζων· ἀναρίθμητος γὰρ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων ὁ ὄλεθρος.

...us Novatus vixit. Decio Gallus et Volusianus successerunt, imperioque biennium et menses 8 potiti sunt. Post eos Æmilianus quatuor menses præfuit. Hunc Valerianus excepit, et annos omnino 15 regnavit. Sub ejus imperio tanta fames exstitit quanta nunquam antea, secutusque mortalium interitus, cujus diritas explicari verbis nequeat. Nam ex mari, fluminibus atque stagnis vapores quidem exhalabant adeo pestilentes et letales, ut ipsi rores nihil esse viderentur aliud quam meri cadaverum succi ac humores. Itaque nulla domus erat in qua non cadaver aliquod fœteret. Peribant enim homines innumerabiles.

Μετὰ τοῦτον Κλαύδιος ἔτος ἕν, ὁ καὶ πρόπαππος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Μετὰ τοῦτον Κιντίλιος ὀλίγας ἡμέρας· τὸν γὰρ Αὐρηλιανὸν ὁρῶν τῆς βασιλείας κατεπεμβαίνοντα τὴν τῆς χειρὸς φλέβα τέμνει, καὶ ἀφίησιν αὐτὴν ἕως οὗ λειποψυχήσας ἀπέβανε. Μετὰ τοῦτον Αὐρηλιανός, ἐφ' οὗ Μάντις ὁ κατάρατος ἦν, ὁ καὶ τὸ γένος Βραχμὰν, καὶ ὁ Σαμοσατεὺς Παῦλος. Ἦν δὲ τις ἐξῆς καὶ Ἀπολινάριος ὁ τῆς Λαοδικείας ἐπίσκοπος, ὃς τῶν Ἀρειανῶν λεγόντων ἄψυχον εἶναι τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα, ἔλεγε σάρκα μὲν ἐψυχωμένην λαβεῖν τὸν Κύριον, οὐ μὴν δὲ καὶ νοῦν τὸν ἡμέτερον· ἤρκει γὰρ ἡ θεότης τῇ σαρκὶ ἐκείνῃ ἡγεμονεύειν. Μετὰ τούτους Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας πόλεως οὔσης ἐν Κιλικίᾳ τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν, δυσφημῶν τὸν Κύριον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς καὶ κοινὸν εἶναι, κατὰ προκοπὴν τὴν χάριν δεχόμενον, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαπτίσματι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεᾶς γενόμενον μέτοχον. Ὁ δέ γε Νεστόριος ἀπὸ Γερμανικείας τῆς Συρίας ὥρμητο. Ἦν δὲ καί τις Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος μὲν Ἁλικαρνασσοῦ τῆς Ἀσίας, αἱρεσιάρχης δέ· τὴν γὰρ ἁγίαν σάρκα τοῦ Χριστοῦ πρὸ τοῦ παθεῖν ἄφθαρτον ἔλεγεν εἶναι.

Delatum hinc est imperium Claudio, qui uno tantum anno regnavit, proavusque magni Constantini fuit. Post eum paucos dies Quintilius rebus B præfuit. Cum enim animadverteret Aurelianum prose imperium usurpare, vena quadam manus secta sanguinem tam diu misit, donec anima deficiente prorsus exspiraret. Itaque successit Aurelianus, quo imperante Manes ille, vir exsecrabilis, natione Brachmanum ortus, vixit; itemque Paulus Samosatensis, quem deinceps Apollinarius antistes Laodiceæ secutus, cum Ariani dicerent Christi carnem anima carere, contrariam in sententiam asseruit Christum quidem animam præditam carnem assumpsisse, non tamen mentem nostram. Putabat enim divinitatem solam 253 satis idoneam esse quæ illi carni præesset. Post hos autem Theodorus antistes ejus urbis in Cilicia, quæ Mopsuestiæ nomen habebat, summa Dominum afficiebat ignominia, C quem unum ex nobis ac similem paremque nobis fuisse diceret, ut qui non sine profectu quodam gratiæ Dei particeps factus fuisset et in baptismo sancti Spiritus donum accepisset. Nestorius inde Germanicia Syriæ urbe fuit oriundus. Denique Julianus quidam antistes Halicarnassensis in Asia princeps fuit cujusdam sectæ peculiaris, ut qui sacrosanctam Christi carnem etiam ante passionem dixerit interitus expertem fuisse.

Μετὰ δὲ Αὐρηλιανὸν Τάκιτος ἔτη β'. Μετὰ τοῦτον Πρόβος καὶ Φλωριανὸς ἔτη β', μῆνας δ'. Τοῦτον δὴ τὸν Φλωριανὸν ἀνεῖλεν ὁ Πρόβος, παράφρονα ποιήσας ἑαυτόν. Τότε δὴ καὶ βροχῆς γεγονυίας σῖτος μεμιγμένος τῷ ὕδατι πολὺς ἄνωθεν κατηνέχθη. Τοῦτον συνάγοντες σωροὺς μεγάλους ἐποίησαν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ψεκάδας ἀργύρου κατενεχθῆναί φασι.

Post Aurelianum Tacitus biennium imperavit. Post Tacitum Probus et Florianus annos duos, menses quatuor. Florianum Probus interfecit, insania quadam simulata. Sub horum imperio pluvia ex aere delapsa, ingens tritici copia cælitus aquæ permista decidit; qua congesta magnos acervos homines excitabant. Itidem imperante Aureliano guttas argenteas pluisse traditum est.

Μετὰ δὲ τούτους Κᾶρος καὶ Καρῖνος ἀνὰ ἔτη β'. D Μετὰ δὲ τούτους Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἡρκούλιος ἔτη κβ'. Οὗτοι τὴν βασιλείαν ἐξ ἀπονοίας ἀφέντες ἰδιωτικὸν ἀνελάβοντο σχῆμα. Κατὰ γὰρ τὸν μεταχραστὴν κύριν Συμεὼν πολλὴν ἔθεντο σπουδὴν οὗτοι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καταγωνίσασθαι, ἣν κραταιοτέραν εἶναι καὶ ᾅδου πυλῶν αὐτὸς ἀπεφήνατο. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἔγνωσαν ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες, ἑκάτερος αὐτῶν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τὴν βασιλείαν ἀπεσκευάσαντο, πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους κόρον τῆς τύχης καὶ μεταβολῆς ἔρωτα προφασισάμενοι· οἷς δὲ τῶν ἀπορρήτων κοινωνεῖν εἶχον καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἐξεκάλυπτον, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἰσχὺν ἔλεγον καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημαυομένων ἀπόδειξιν, ἣν ἐπιδεικνύμενος ὁ Χριστὸς ἐν τῷ βίῳ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπεδείξατο.

Secutus est hos imperatores Carus cum Carino, quorum quisque biennium regnavit. Hinc Diocletianus et Maximianus Herculeus 22 annis imperium administrarunt. Cumque mentis vesania quadam imperio se abdicassent, habitum vitamque privatam amplexi sunt. Nam, ut Simeon ille cognomento Metaphrastes ait, imperatores hi magnopere conati sunt fidem Christianam expugnando quasi abolere, quam Christus ipse firmius perduraturam esse pronuntiavit quam ipsas Orci portas. Verum posteaquam ea se moliri animadvertissent quæ perfici omnino non possent, uterque reliquis imperium, inter alia causam instituti sui hanc afferentes, quod fortunæ jam saturi essent com-

mutandæque vitæ desiderio tenerentur. Si quos autem habebant arcanorum participes, quibus animi sui cogitata libere possent patefacere, ad eos fatebantur Christi potentiam prodigiorumque vim ipsos eo perpulisse ut imperium resignarent. Eaque de causa loco suo designarunt imperatores, Orientis quidem Galerium Maximianum, Occidentis vero Constantem, magni Constantini patrem, qui annos 4 rerum potitus est, inque Britannia diem supremum obiit, princeps omnino religiosus. Cum moreretur, loco suo Constantinum filium constituit. Galerius Maximianus divino judicio vulnus in genitalibus membris accepisse fertur propter singularem lasciviam; itaque pediculis scatens fœtidam animam exhalavit.

Debes autem scire, dilecte fili, temporum adnotationem inchoatam esse, Joanne Scylitza chronographo auctore, ab Georgio sanctissimi patriarchæ Tarasii syncello, **246** qui a mundi exorsus initio in his ipsis tyrannis, Maximiano scilicet ac Maximino ejus filio, desiit. Deinde post Georgium

A μείων παιδὸς καταναγκάσαι αὐτοὺς ἐκστῆναι τῆς βασιλείας. Ἐφ' ᾧ κατέστησαν ἀνθ' ἑαυτῶν βασιλεῖς τῆς μὲν ἑῴας Γαλέριον Μαξιμιανὸν, τῶν δὲ ἑσπερίων μερῶν Κώνσταντα τὸν πατέρα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, κρατήσαντα ἔτη δ'. Οὗτος τελευτᾷ ἐν Βρετανίοις καὶ πάνυ εὐσεβὴς ὢν, ἀναγορεύει δὲ ἀνθ' ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον υἱὸν αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Μαξιμιανὸς ὁ Γαλέριος θείᾳ ψήφῳ λέγεται ἐξενεγκεῖν τραῦμα ἐν τοῖς γεννητικοῖς αὐτοῦ μορίοις δι' ἣν εἶχεν ἀσέλγειαν, καὶ οὕτω κατασκωληκιάσας τὴν δυσώδη αὐτοῦ παρέδωκε ψυχήν.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ (70), ὅτι, καθά φησιν ὁ χρονογράφος Ἰωάννης ὁ Σκυλίτζης, τῆς χρονογραφίας μὲν κατήρξατο Γεώργιος ὁ καὶ Σύγκελλος χρηματίσας Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἀπὸ καταβολῆς δὲ κόσμου, καὶ μέχρις αὐτῶν τῶν τυράννων κατέληξε, Μαξιμιανοῦ (71) δηλονότι καὶ

(70) *Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητέ*, et quæ sequuntur hac et proxima pagina, absunt ab editione libri hujus, seu τμήματος tertii, quam sub falso Theodori Metochitæ nomine procuravit Joannes Meursius, e Latinam adjecit interpretationem a Leunclaviana aliquot duntaxat verbis atque adstrictiori dicendi charactere diversam. De Joanne Scylitze, Georgio Syncello Tarasii patriarchæ Constantinopolitani, de Theophane confessore Agri abbate, quem Leunclavius minus recte vocavit *ruri degentis cœtus præfectum*, similibusque historicis ac chronologis, plura docuimus in Delineatione Apparatus Historiæ Byzantinæ, parte secunda : et de Nicephoro generali logothetæ, τοῦ ἀπὸ γενικῶν, ejusque genero Michaele Rangabeno, parte prima.

(71) F. δηλονότι καὶ Μαξιμίνου τοῦ αὐτοῦ, non expressa υἱῷ dictione, quam in suo codice reperit Leunclavius, et nos in Claromontano, in quo post κατήρξατο reperitur sequens imperatorum a Constantino Magno usque ad Joannem Commenum sub quo ejusque filio Emanuele floret at Glycas deductorum Catalogus, cui in Fontisebraldensi præfigitur iste titulus : *Σύνοψις ὡς ἐν πίναξι τῶν βασιλέων*, in Vallicellano vero teste V. C. Luca Holstenio, Βασιλεῖς Κωνσταντινουπόλεως ἐντεῦθεν ἐσχήκασι τὴν ἀρχήν. Nos describemus ex nostro :

Οἱ βασιλεῖς οἵτινες ἐβασίλευσαν ἀπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔτη λβ' μῆνας ια'.
Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κη'.
Ὁ Ἰουλιανὸς ἔτη β' μῆνας ἑπτά.
Ὁ Ἰοβιανὸς ἔτος ἕν.
Ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἔτη ιβ'.
Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Γρατιανὸς ἔτη τρία.
Ὁ μέγας Θεοδόσιος ἔτη ιζ'.
Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ἔτη μβ'.
Μαρκιανὸς ἔτη ς'.
Λέων ὁ μέγας ἔτη ιζ'.
Λέων ὁ υἱὸς τοῦ Ζήνωνος ἔτος ἕν.
Ζήνων ὁ καὶ Ἰσαύριον σὺν τῷ Βασιλίσκῳ ἔτη ιζ'.
Ἀναστάσιος ὁ Δυρράχιος ἔτη κς'.
Ἰουστῖνος ὁ γέρων ἔτη θ', ὁ καὶ ὁ Θρᾷξ λεγόμενος.
Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας ἔτη λθ'.
Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Ὁ Τιβέριος ὁ Θρᾷξ ἔτη ὀ'.
Ὁ Μαυρίκιος ἔτη εἴκοσι.
Φωκᾶς ὁ Καππαδόκης ἔτη η'.

B

C

D

Ὁ Ἡράκλειος ἔτη λ'.
Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος ἕν.
Ἡρακλεώνας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας ς'.
Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου ἔτη κζ'.
Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἔτη ιζ'.
Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος ἔτη ιβ'.
Λεόντιος ἔτη τρία.
Ἄψιμαρος ὁ Τιβέριος ἔτη ζ'.
Ἰουστινιανὸς πάλιν ὁ Ῥινότμητος ἔτη ς'.
Φιλιππικὸς ἔτη δύο.
Ἀρτέμιος ἔτη δύο.
Θεοδόσιος τῶν κάτω ἔτη δύο.
Λέων Ἴσαυρος ὁ Κώων ὁ καὶ εἰκονομάχος ἔτη κγ'.
Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔτη λδ'.
Λέων ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ε'.
Κωνσταντῖνος καὶ Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔτη ιε'.
Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν ἔτη θ', σὺν Σταυρακίῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ μῆνας β'.
Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ ἔτη δ', μῆνας θ'.
Λέων ὁ Ἀρμένιος ἔτη ζ' καὶ ἥμισυ.
Μιχαὴλ ὁ Τραυλὸς ἔτη η', μῆνας θ'.
Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ', μῆνας γ'.
Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ μέθυσος σὺν Θεοδώρᾳ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἔτη ιθ', καὶ μόνος ὁ Μιχαὴλ ἔτη ια'.
Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔτη θ'.
Λέων ὁ φιλόσοφος ἔτη κς'.
Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας ιγ'.
Ὁ Κώνστας ὁ υἱὸς τοῦ φιλοσόφου ἔτη ε'.
Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνὸς ἔτη κς'.
Κωνσταντῖνος πάλιν τοῦ φιλοσόφου ἔτη ιδ'.
Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη μγ'.
Ὁ Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς ἔτη ς'.
Ἰωάννης ὁ Τζιμισχὴς ἔτη ς'.
Βασίλειος ὁ Πορφυρογέννητος ἔτη ν'.
Κώνστας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ'.
Ῥωμανὸς ὁ Ἀργυρόπουλος ἔτη ε' καὶ ἥμισυ.
Μιχαὴλ ὁ Παφλαγὼν ἔτη ζ'.
Ἡ Ζωὴ σὺν τῷ Μιχαὴλ τῷ καλαφάτῃ μῆνας ὅ'.
Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος σὺν τῇ Ζωῇ ἔτη ιβ' ϛ'.
Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς τῆς Ζωῆς ἔτος ἕν.
Μιχαὴλ γέρων ὁ στρατιωτικὸς ἔτος ἕν.
Ἰσάκιος ὁ Κομνηνὸς ἔτη β'.
Κωνσταντῖνος ὁ Δοῦκας ἔτη ζ', ζ'.
Εὐδοκία σὺν τῷ Μιχαὴλ υἱῷ αὐτῆς μῆνας ζ'.
Καὶ μετὰ Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους ἡ Εὐδοκία ἔτη γ', μῆνας η'.
Μιχαὴλ ὁ Παραπινάκης ἔτη ς', ζ'.
Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ἔτη γ'.
Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς ἔτη λζ'.
Ἰωάννης ὁ Κομνηνὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ' καὶ ἥμισυ.

Μαξιμίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Μετὰ δέ γε τὸν Γεώργιον ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης, καὶ τοῦ Ἀγροῦ ἡγούμενος, τὰ ἐπίλοιπα συνετάξατο ἕως τελευτῆς βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀπὸ Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβὲ τῆς χρονογραφίας ὁ Σκυλίτζης κατήρξατο.

A Theophanes confessor et Agri præfectus, reliqua litteris est complexus usque ad Nicephori generis logothetæ finem; qua de causa Scylitzes chronographiam suam a Michaelo Rangaba voluit auspicari.

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

PARS IV.

DE CONSTANTINOPOLITANIS IMPERATORIBUS QUI DEINCEPS REGNARUNT.

Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος (71') ἡνίκα κατὰ Μαξεντίου ἐστράτευσε, τότε εἶδεν ἐν οὐρανῷ τὸν τίμιον σταυρὸν, ἐφ' ᾧ νενίκηκεν. Εἶτα ῥαθυμήσας καὶ κατ' ἐχθρῶν ὁρμήσας ἡττᾶται, καὶ ἀθυμήσας ὕπνωσε, καὶ κατ' ὄναρ ὑπὸ ῥάβδου πλήττεσθαι τοὺς μυκτῆρας, κἀκεῖθεν αἷμα ἐξιὸν τὸν σταυρὸν ἐν ὀθόνῃ ἐχάραξε. Ταῦτα δὲ ἰδὼν, καὶ μετάμελος ἐπὶ τῷ πράγματι γεγονὼς, νικᾷ καὶ αὖθις τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Φαύστας εἰς εἰδωλομανίαν ἐκκλίνει. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἕλκει πάλιν αὐτὸν διὰ τῆς λέπρας· κατασχοῦσα γὰρ αὐτὸν μέγαν ἐστενοχώρει παντοίως καὶ ἔθλιβε. Καθὰ δὲ συνεβούλευσαν οἱ ἱερεῖς τοῦ Καπετωλίου Διὸς, βρέφη συνελέγησαν ὥστε σφαγιασθῆναι ταῦτα καὶ τῷ αἵματι αὐτῶν ἐμβληθῆναι καὶ οὕτω δῆθεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου. Διερχόμενος οὖν καὶ τῶν μητέρων αὐτῶν ἀκούσας θρηνουσῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ θρήνου μαθὼν, εἶπε· « Κρεῖσσον πάσχειν ἐμὲ ἢ τοσούτων βρεφῶν καταψηφίσασθαι θάνατον. » Ἐφ' ᾧ καὶ νυκτὸς ἐφίστανται αὐτῷ οἱ ἀπόστολοι λέγοντες τὸν ἐπίσκοπον Σίλβεστρον καλέσαι. Καλεῖται οὖν ὁ ἅγιος, καὶ βαπτίσας αὐτὸν τῆς λέπρας ἐλευθεροῖ. Ὁ δὲ μέγας ὕστερον τοσοῦτον ὑπὲρ πίστεως ἠγωνίσατο ὡς καὶ πάντα μεταποιῆσαι τὰ ἔθιμα, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύειν καὶ Κυριακὴν ἀργεῖν, τοὺς Ἰουδαίους οἰκέτας μὴ ὠνεῖσθαι, καὶ σταυρῷ μηκέτι καταδικάζεσθαί τινα διὰ τὸ πρὸς τὸν τίμιον σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ σέβας. Μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας μετονομάζει, ἀπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεος καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ὀνομαζομένας τὸ πρότερον.

247 Quo tempore Constantinus magnus copias contra Maxentium ducebat, signum venerandæ crucis in aere conspexit, indeque cum hoste congressus victor discessit. Tum vero negligentior factus, ubi rursus in hostem prorupisset, victus est. Quo detrimento accepto quemdam in mœrorem incidit et consopitus est. Hic per quietem visus est sibi nares virga quadam verberari; moxque de nāribus sanguis promanans in veste linea notam crucis expressit. Qua re conspecta, pœnitudine sui delicti ductus est, ideoque rursus hostibus suis superior evadit. Secundum hæc denuo per uxorem Faustam ad furiosum deastrorum cultum exorbitantem Deus per lepram retraxit. Nam ea cum magni hujus viri corpus **248** occupasset, omnibus hominem modis urgebat et excruciabat. Ibi de Capitolini Jovis sacerdotum consilio colligi quidam infantes jussi sunt, in quorum occisorum sanguinem ipse mersus morbo isto liberaretur. Cum autem alicubi transiens matres infantum lamentantes audivisset ploratusque causam cognovisset, « Præstat, inquit, me hoc modo excruciari quam tot infantes interfici. » Quapropter nactu sibi videre visus est astantes apostolos, qui monerent ut Silvestrum antistitem arcesseret. Is cum perductus ad Constantinum esset, baptizatum lepra liberavit. Ex quo sane tempore magnus hic imperator tantopere fidem propugnavit, ut etiam ipse præstanda susciperet omnia quæ in more Christianis est observare. Nam et quarta feria et præparationis die jejunabat; omni opere die Dominico vacabat; mancipia Judæi ne deinceps emerent vetabat; ad crucem neminem amplius condemnabat, ut pretiosæ cruci Christi religiosum hunc honorem deferret. Inter alia diebus etiam septimanæ, qui prius a Saturno, Marte, sideribus cæteris nuncuparentur, alias appellationes indidit.

Ἡ μέντοι τοῦ μεγάλου σύζυγος Φαῦστα θυγάτηρ Μαξιμιανοῦ, ἣν ἐν λουτρῷ πυρώσει τὴν ψυχὴν ἀποῤῥῆξαι ποιεῖ· τὸ δὲ αἴτιον ὁ πρόγονος αὐτῆς

Uxorem Faustam, quæ Maximiani erat filia, in balneo supra modum calfacto necavit. Ejus causa fuit Priscus, Faustæ privignus, ob novercæ crimi-

(71') Quæ de Constantino Magno narrat plera-que suspecta sunt, fabulisque permixta. Πρίσκος etiam reperitur in mss. V et F, pro quo subrogandus Κρίσπος, ut omnis loquitur antiquitas.

nationes interfectus, quem Constantinus e concubina sustulerat. Filios autem reliquos, Constantinum, Constantem et Constantium, ex Maximina Diocletiani filia suscepit. Cæterum hoc tempore Romano in Capitolio quidam erat draco, abditus in antro, cujus descensus 565 gradus habebat. Is multos mortales lædebat afflatu suo, si quando extra illud antrum prospectaret. Sed magnus ille Silvester cum rogatus ibidem occlusit. Deinde post editum miraculum, quod in tauro immaniter sævo Silvester declaravit, cum de fide nostra et Judæorum adversus magnum illum Zambrem disputaret, ipso Constantino magno et sacrosancta ipsius matre Helena præsente, quæ tum adhuc obnixe Judæorum partibus adhærebat, imperator plane divinus urbem, quæ ab ipsius nomine appellaretur, condere instituit. Cumque decrevisset ipse secum hoc nomine versus Occidentem proficisci, per quietem impulsus est ut instituto priori relicto iter aliud ingrederetur, quod Byzantium scilicet duceret. Quo factum est ut circa Chalcedonem magno studio condendæ urbi operam daret : sed irrito conatu, quod nimirum cœlitus impediretur. Nam proditum est monumentis litterarum aquilas instrumenta artificum et fabrorum Chalcedone surrepta et trans fretum deportata Byzantii deposuisse. **249** Hoc oppidum quondam Heracleæ sitæ in Thracia præferebatur, verum hujusmodi quadam ex causa Heracleæ subjicit cœpit. Erat sane Byzantium urbs perantiqua, et suis legibus administrabatur. Sed regnante Severo imperatore Romano cincta obsidione a Romanis, cum totum triennium obsidionem tolerasset, tandem in deditionem venit, quod incolis commeatus plane defecisset. Tum vero et mœnia diruta sunt et jura ei civilia prorsus adempta, denique locus ipse jurisdictioni Perinthiorum assignatus : nam Heracleam Perinthum olim vocabant. Ideireo deinceps usus obtinuit ut patriarchæ Cpolitani confirmatio ad Heracleæ spectet antistitem ; a quo scilicet olim quoque Byzantino antistiti manus imponebatur.

Igitur magnus ille Constantinus instaurato castro, quod olim a Byzo Thracum rege fuerat exstructum, magnum loci spatium adjecit, urbique cognomentum Novæ Romæ dedit. Absoluta fuit urbs longe amplissima, celebrataque ipsius Renovalia a. d. v Id. Maias, anno 5838. Arcessitus est id temporis Valens astronomorum excellentissimus, qui collocatione siderum descripta 696 annos urbem duraturam vaticinatus est; quæ sane Valentis prædictio deinceps falsitatis convicta est, arte nimirum ipsius palam a vero aberrante.

Cum autem magnus imperator urbem suam hominum exiguam habere copiam cerneret, quotquot Romæ illustriores erant Cpolim transtulit ; quorum in numero erant Olybrius, Verus, Urbicius, Zoticus, Eugenius, Eubulus, Studius, Florentius, Callistra-

Κρίσπος (72), ὃν ἐκ παλλακῆς ἔσχεν ὁ μέγας. Τὸν μέντοι Κωνσταντῖνον, Κώνσταντα καὶ Κωνστάντιον ἐκ Μαξιμίνας (73) ἔσχε θυγατρὸς Διοκλητιανοῦ. Ἐν δέ γε τῷ Καπετωλίῳ Ῥώμης ἔν τινι καταδύσει βαθμοὺς ἐχούσῃ τξε' δράκων ἦν πολλοὺς βλάπτων τῷ φυσήματι, ὅτε τῆς καταδύσεως παρέκυπτεν· ὃν ὁ μέγας Σίλβεστρος ἔκλεισεν ἐκεῖσε παρακληθείς. Μετὰ δέ γε τὸ θαῦμα ἐκεῖνο ὅπερ ἐπὶ τῷ ἀγρίῳ ταύρῳ πεποίηκεν ὁ Σίλβεστρος, ἡνίκα μετὰ τοῦ Ζαμβρῆ ἐκείνου τοῦ μάγου περί τε τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων διελέγετο ἐνώπιον τοῦ τε μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Ἑλένης, ἔτι τῷ Ἰουδαίων μέρει προσκειμένης (74), πόλιν εἰς ὄνομα αὐτοῦ κτίσαι βούλεται ὁ θειότατος βασιλεύς. Καὶ δὴ προθυμούμενος τούτου χάριν ἀπελθεῖν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, κατ' ὄναρ ἐπετράπη ὁδεῦσαι τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον φέρουσαν. Ὅθεν ἔσπευδε καὶ περὶ τὴν Χαλκηδόνα τὴν πόλιν οἰκοδομῆσαι. Ἀλλ' ἐκωλύετο ἄνωθεν· ἀετοὺς γάρ φασι τὰ τῶν τεχνιτῶν ἐργαλεῖα ἁφαρπάζειν ἀπὸ Χαλκηδόνος καὶ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ταῦτα διαπερᾶν, ὅπερ ἐπισκοπῆ πρότερον ἦν τῆς κατὰ Θρᾴκην Ἡρακλείας. Ὑπέπεσε δὲ τῇ Ἡρακλείᾳ τὸ Βυζάντιον τρόπῳ τοιῷδε. Ἀρχαία πόλις τὸ Βυζάντιον ἦν, καὶ καθ' ἑαυτὸ διοικούμενον. Ἐπὶ Σεβήρου δὲ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος πολιορκηθὲν παρὰ τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς τὸν πόλεμον ὑποστὰν ὕστερον ἑάλω, τῶν ἀναγκαίων ἐπιλειψάντων τοῖς ἐποίκοις αὐτοῦ. Καὶ καθῃρέθη μὲν καὶ τὰ τείχη αὐτοῦ, ἀφῃρέθη δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ δίκαια, καὶ οὕτως ὑπετάθη Περινθίοις· Πείρινθος δέ ἐστιν ἡ Ἡράκλεια. Ὅθεν καὶ τῷ Ἡρακλείας ἡ χειροτονία τοῦ πατριάρχου ἀπονενέμηται, ὡς παρ' αὐτοῦ χειροθετουμένου τοῦ ἐπισκόπου Βυζαντίου.

Ἀνανεώσας οὖν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος τὸ ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θρᾴκης κτισθὲν τεῖχος προσέθετο καὶ ἕτερον διάστημα, καὶ νέαν οὕτω Ῥώμην τὴν πόλιν ταύτην ὠνόμασεν. Ἀπαρτίζεται δὲ, ναὶ μὴν καὶ ἐγκαινίζεται ἡ μεγαλόπολις αὕτη κατὰ τὴν ια' τοῦ Μαΐου μηνὸς ἔτους ἑνιαυτοῦ ἑωλή'. Τηνικαῦτα κληθεὶς ὁ τῶν ἀστρονόμων δῆθεν ἀκριβέστατος Οὐάλης ποιεῖ θεμάτιον δι' οὗ εἰς χιλ' ἐνιαυτοὺς διαμεῖναι τὴν πόλιν ταύτην ἐφοίβασεν. Ἐντεῦθεν οὖν διαψευσμένη ἡ τοῦ Οὐάλεντος πρόῤῥησις καὶ διημαρτημένη προφανῶς ἡ τέχνη ἐλήγχεται.

Ὁρῶν δὲ τὴν αὐτοῦ πόλιν ὁ μέγας ὀλιγάνθρωπον, τοὺς ἀξιολογωτέρους Ῥώμης ἐκεῖθεν παρήγαγεν· ἀφ' ὧν εἰσι καὶ οὗτοι, Ὀλύβριος, Βῆρος, Οὐρβίκιος, Καλλίστρατος, Ζωτικὸς, Εὐγένειος, Εὔβουλος, Στούδιος, Φλωρέντιος, Μαυριανὸς, Σεβῆρος καὶ Ἰσι-

(72) Πρίσκος V et F.

(73) Uxor Constantini falso asseritur Maximina, filia Diocletiani, ac mater filiorum trium, scilicet Constantini Junioris, Constantis, ac Constantii, qui post patrem imperarunt : adeo fabulosis narrationibus scatent Græculi recentiores, dum ab Eusebio, Socrate, Sozomeno, Theodorito priscisque scriptoribus longius aberrant.

(74) Ll veterum nullum asserere memini.

δωρος, εἴτινες οἴκους, ναοὺς καὶ ξενῶνας ἀνήγειραν. Τούτους μὲν τοὺς διαληφθέντας Ῥωμαίους ἄνδρας τοιουτοτρόπως ἐνταῦθα μετοικίζει ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Λαβὼν γὰρ τοὺς δακτυλίους αὐτῶν ἀποστέλλει αὐτοὺς εἰς τὸν βασιλέα Περσῶν Σάρβαρον, ὃν καὶ νικήσαντας ὑπέστρεψαν· ἐν δὲ τῷ χαιρῷ τῆς ἐκδημίας αὐτῶν ἀποστείλας τοὺς δακτυλίους εἰς Ῥώμην ἄγει τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐνταυθοῖ. Κτίζει δὲ καὶ οἴκους κατά γε τὸ μῆκος καὶ σχῆμα τοιούτους οἵους εἶχον ἐν Ῥώμῃ. Ὑποστρέψαντες οὖν ἐκεῖνοι καὶ τὸ ἔρᾶμα μαθόντες ἐξέστησαν. Τούτων οἱ μὲν τέσσαρες μάγιστροι, οἱ δὲ ὀκτὼ πατρίκιοι.

A tus, Maurianus, Severus et Isidorus; qui Cpoli domos, templa, hospitum ædes exstruxerunt. Et quidem hos patricios Romanos, quos recensuimus, hoc quodam modo Constantinus eo migrare perpulit. Cum annulos eorum ad se recepisset, contra Persarum regem Sarbarum ipsos cum copiis ablegavit; quo illi victo tandem reversi sunt. Interea vero dum domo aberant, annulis Romam missis uxoribus eorum persuadet ut Cpolim se conferrent. Secundum hæc ipsis ædificia condit, prorsus ejusmodi tam amplitudine quam forma, qualia Romæ habuerant. Cum igitur illi reversi fuissent, ac rem uti gesta fuerat, cognovissent: cum stupore quodam factum imperatoris admirati sunt. Erant autem inter hos quatuor illi quidem magistri, octo vero posteriores patricii.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τῆς πόλεως ἐξισουμένης καθ' ὃν ἐκτίζετο καιρὸν λίθοι παρὰ λιθοξόων ἐτμήθησαν, οὓς προτείχισμα διὰ τὴν τῆς θαλάσσης βίαν ἔθεντο, ἀπὸ τῆς Βαρβάρας σχεδὸν ἕως αὐτῆς τῆς χρυσῆς πόρτης ἐντὸς τὸ τεῖχος φυλάσσοντας. Ὁμοίως δὲ μετεκόμισεν ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐν τῷ φόρῳ κίονα μονόλιθον ὄντα, καὶ ἔδρυσεν ἐπάνω αὐτοῦ τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον ὃν ἤνεγκεν ἀπὸ Ἡλιουπόλεως τῆς Φρυγίας. Ὁ δὲ τοιοῦτος λίθος (75) ἔτη τρία διεπλωΐζετο, ἐνιαυτὸν δὲ ὅλον ἀνεβιβάζετο ἔνθα καὶ ἵσταται. Μετὰ δὲ ταῦτα ποιήσας Καίσαρας Κώνσταντα μὲν ἐνταῦθα, Λικίνιον δὲ τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ ἐν Νικομηδείᾳ, κατὰ Περσῶν ἐστράτευσεν. Οὗτος δὲ ὁ Λικίνιος κατὰ Χριστιανῶν ἤρξατο διωγμὸν κινεῖν. Τότε δὴ, τότε καὶ τὸν Ἀμασείας ἐπίσκοπον Βασιλέα οὕτω καλούμενον ἀνεῖλε. Τότε δὴ τότε καὶ ὄφεις ἐν Μελιτηνῇ τοσοῦτον ἐπολέμησαν κατ' ἀλλήλων ὥστε καὶ τὴν χώραν ἐποζέσαι τῷ φόνῳ αὐτῶν. Τότε καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος γέγονεν, ἐν ᾗ τὸν ἄμαχον Εὐλόγιον Ἕλληνα ὁ μέγας καὶ ἁπλοῦς τῷ λόγῳ Σπυρίδων ἐχειρώσατο. Ἡ τοιαύτη σύνοδος καὶ τὸ πάσχα διωρίσατο ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν συνήθειαν· πρότερον γὰρ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης ἐτελεῖτο τὸ πάσχα, ὅθεν καὶ τοὺς οὕτως ἑορτάζοντας ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος ἐν τῷ ἑβδόμῳ κανόνι αὐτῆς τεσσαρεσκαιδεκατίτας καὶ τετραδίτας καλεῖ. Οὐ γὰρ ἐν Κυριακῇ τὸ Πάσχα ἑώρταζον, ἀλλ' ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ πλήρη ταύτην γενέσθαι. Ἑορτάζουσι δὲ τότε νηστεύοντες καὶ ἀγρυπνοῦντες.

B Et animadverte, dilecte fili, urbe id temporis, quo condebatur, exæquata et complanata, saxa quædam a lapicidis exsecta fuisse, ac munimenti loco adversus maris impetum 250 ✝ Barbara propemodum ad Auream usque portam collocata, ut per ea murus interior expers detrimenti conservaretur. Præterea Cpolim Roma deportavit columnam illam rex duo confectam lapide, quæ in Foro stabat; eique statuam illam imposuit, quam Heliopoli, urbe Phrygiæ, avexerat. Hinc creatis Cæsaribus, quorum alter Constans ageret Cpoli, alter Licinius sororis maritus Nicodemiæ, adversus Persas exercitum duxit. Licinius autem per ipsius absentiam persecutionem adversus Christianos movere cœpit, et antistitem Amasiæ Basilem, hoc enim ei nomen C erat, interfecit. Eodem tempore serpentes in Melitena provincia tam acriter inter se depugnarunt ut propter cadavera necatorum passim regio fœteret. Secutum est non multo post concilium ad urbem Nicæam, in quo inexpugnabilem Græcæ religionis propugnatorem Eulogium magnus ille verbisque simplex ac rudis Spyrido vicit et suam in sententiam perduxit. Decretum inter alia est in hac synodo ut paschatis festum ita celebretur quemadmodum hodie mos obtinet. Nam antea die mensis lunaris 14 Pascha celebrabatur, quomodo quicunque festum hoc celebrant, eos sacrosanctum et universale secundum concilium canone 7 quartodecumanos et quartanos appellat. Non enim die D Dominico Pascha celebrabant, sed ubi decimus quartus mensis lunaris dies appetiisset, quo nimirum die luna plena esset. Et quidem ita festum hoc celebrabant ut in eo jejunarent ac pervigiliis uterentur.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Κωνστάντιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀρειανίσας τὴν πρώτην ἀνατρέψαι σύνοδον ἔσπευδε. Τοῦτο μαθὼν ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπας ἀνήνεγκε Κώνσταντι τῷ τοῦ Κωνσταντίου ἀδελφῷ, καὶ ὃς πόλεμον ἠπείλησε τῷ ἀδελφῷ διὰ γραμμάτων, εἰ μὴ παύσαιτο τὴν ὀρθὴν πίστιν σαλεύων. Ἐφ' ᾧ καὶ βουλῇ τῶν

Etiam hoc scire te volo, magni Constantini filium Constantium, Arianorum partes secutum, magno studio primam synodum abolere voluisse. Quod ubi veteris Romæ papa cognovisset, ad Constantem Constantii fratrem detulit. Is vero bellum fratri per litteras illaturum se minatus est, ni rectam fidem convellere succuteréque desineret. Itaque de im-

(75) Ὁ δὲ τοιοῦτος λίθος, et quæ sequuntur, absunt quidem a versione Leunclavii, sed eadem reperiuntur in F. Neque facile assentiare iis, quæ narrat de Constante Cæsare Constantinopoli relicto, cum nondum exstructa foret, et de Licinio Nicomedian misso, quem falso vocat Constantii generum.

peratorum consilio synodus Sardicæ coiit, in qua Patres erant 341. Hi sacrosanctum illud symbolum Nicææ conditum confirmarunt. Est autem Sardica illud oppidum quod modo Triaditzam nuncupant. Deinceps magnus Constantinus, celebrata scilicet Nicæna synodo, Arium misit ad magnum illum Athanasium, ut ab eo ad communionem admitteretur. Nam constanti jurejurando affirmabat rectam se deinceps sententiam secuturum. Cum autem vir eximius ipsum non admitteret, ab Arianis solito deturbatus est. Nam qui partes Arianas fovebant, imperatorias aures occupaverant, et multipliciter virum sanctum criminabantur. Quantum certe malum sit **251** accusatores admittere contraque delatos inaudita causa pronuntiare, licet ex his cognoscere quæ inter magnum Athanasium et sanctum hunc imperatorem acciderunt. Eadem Athanasius etiam imperante Constantio perpessus est, quo quidem tempore virginem ad quandam profugit, et occultatus ab ea totos ibidem sex continuos annos delituit. Post imperatoris vero mortem ad suos reversus est. At cum Julianus mox omnia de integro perturbasset, rursum fuga sibi consulere coactus est. Forte tum temporis circa ethnico quodam vir sanctus interrogatus quid illarum vociferatio sibi vellet, respondit : « Syrorum, o improbe, lingua vox *cra* diem crastinum significat : cras enim Dei providentiam videbitis. » Neque multo post hominis scelerati mors nuntiata est.

Cæterum Constantinus Magnus Romæ 12 annos imperavit, apud nos 20; cumque contra Persas cum copiis moveret, Nicomediæ vita functus est, per insidias fratrum sublatus e medio, qui propter simultates quasdam, cum eo quas exercebant, lethale venenum ei propinarunt. Mortem ejus cometes exortus, ut memoriæ proditum est, portendit. Magnus certe Basilius significare volens, hujusmodi vim cometarum esse, « Quoties, inquit, exsistunt cometæ, signa sunt successionis regum. » Alexander monachus in historia de pretiosæ crucis inventione tradit magnum hunc principem Nicomediæ fato functum, cum lethifero morbo laboraret. Ibidem eum morbi tempore baptizatum esse : Constantinus enim, ut ipse quidem commemorat, ad illud usque temporis baptismum distulerat, quod divinum hoc lavacram in Jordane consequi cuperet. Verum hæc narratio reapse parum vero consentanea videtur. Nam plus meretur fidei quod alii tradunt, eum apud Romam veterem a sancto Silvestro baptizatum esse. Quanquam enim Ariani quidam constanter asserunt eum ab Eusebio Nicomediæ antistite baptizatum esse, ut qui Constan-

A βασιλέων σύνοδος ἐν Σαρδικῇ συγκροτεῖται· ὑπὸ Πατέρων τμα', βεβαιοῦσα τὸ ἅγιον σύμβολον· Σαρδικὴ δέ ἐστιν ἡ νῦν λεγομένη Τριάδιτζα. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀπέστειλε τὸν Ἄρειον ὕστερον πρὸς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ὥστε συγκοινωνεῖν αὐτόν· διεβεβαιοῦτο γὰρ δι' ὅρκου φρονεῖν καλῶς. Ὁ δὲ μέγας οὐκ ἐδέξατο αὐτόν· ἐφ' ᾧ καὶ τοῦ θρόνου ἐξιστῶσιν αὐτόν· προκατέλαβον γὰρ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς οἱ ἀρειανίζοντες, καὶ πολλὰ τοῦ ἁγίου κατεῖπον. Ὅσον οὖν κακὸν τὸ ἀπεντεῦθεν τοὺς κατηγόρους παραδέχεσθαι καὶ τὰς ἀποφάσεις ποιεῖν κατὰ τῶν κατηγορουμένων, ἔδειξε τὰ μεταξύ τε τοῦ ἁγίου βασιλέως καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου συμβάντα. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Κωνσταντίου τὰ αὐτὰ πέπονθεν, ἐφ' B ᾧ καὶ πρυσφυγὼν παρά τινα παρθένον διετέλεσε παρ' αὐτῇ κρυπτόμενος ἔτη ἕξ. Μετὰ δὲ μόρον αὐτοῦ αὖθις ἐπανῆλθε. Τοῦ δὲ κατὰ πόδας Ἰουλιανοῦ πάντα ταράξαντος πάλιν ὑπέδρα ὁ ἅγιος περὶ τὸν τοῦ Σαράπιδος ναόν. Κορῶναι ἐκραζον. Καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Ἑλλήνων· « Τί βοῶσιν αὗται, κακόγηρε; » εἶπε. « Τὸ *κρᾶ* τῇ Σύρων φωνῇ αὔριον δηλοῖ (76)· αὔριον καὶ γὰρ ὄψεσθε τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν. » Ἐφ' ᾧ καὶ ἠγγέλθη τοῦ ἀλιτηρίου ὁ θάνατος.

Serapidis fanum cornices crocitabant. Hic ab

C Ὁ μέντοι μέγας Κωνσταντῖνος ἐν Ῥώμῃ ἐκράτησεν ἔτη ιβ', ἐνταῦθα εἴκοσι, καὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἀπέθανε κατὰ Περσῶν ἀπαίρων. Τελευτᾷ δὲ τὸν βίον ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν ἑτεροθαλούντων αὐτῷ ἀδελφῶν, φάρμακον αὐτῷ δηλητήριον ἐγχεαμένων, ἀστέρος, ὥς φασι, κομήτου τὸν θάνατον αὐτοῦ προμηνύσαντος· εἰώθε γὰρ ἐν τοιούτοις κομήτας ἐν οὐρανῷ πολλάκις φαίνεσθαι, καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ μέγας Βασίλειος ἔλεγε· « Συνίστανται δὲ κομῆται σημεῖα διαδοχῆς βασιλέων φέροντες. » Καὶ ὁ μὲν μοναχὸς Ἀλέξανδρος ἐν τῇ διὰ τὴν τοῦ τιμίου σταυροῦ εὕρεσιν ἱστορίᾳ λέγει μὲν ἐν Νικομηδείᾳ τελευτῆσαι τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον νόσῳ θανασίμῳ συσχεθέντα, τηνικαῦτα δὲ καὶ βαπτισθῆναι· ἀνεβάλλετο γάρ, ὡς ἐκεῖνός φησιν, ἕως θέλων ἐν Ἰορδάνῃ τυχεῖν τοῦ θείου λουτροῦ. Ἀπίθανον δὲ τοῦτο τῷ ὄντι δοκεῖ. D Ἀληθέστερον γὰρ φαίνεται εἶναι τὸ ἐν Ῥώμῃ τῇ πρεσβυτέρᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου βεβαπτίσθαι αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ Ἀρειανοί τινες διισχυρίζονται ὅτι ὑπὸ Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας ἐβαπτίσθη διὰ τὸ καὶ συμβῆναι αὐτὸν ἐκεῖσε κοιμηθῆναι, ἀλλὰ κατὰ τὴν Ῥώμην βαπτιστὴρ τοῦ μεγάλου λαμπρῶς παριστᾷ τὴν ἀλήθειαν, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀδύνατον

(76) Miror Glycam e Syriaca lingua allusionem quæsivisse, cum Latina esset in promptu cuivis Romano. Cras enim crastinusque dies omnibus notus. Sed hæc obiter : rem nostram propius spectat interrogatio Ethnicorum : Τί βοῶσιν αὗται, κακόγηρε; sic enim interpungendum est ex F. *Quid illæ sic perstrepunt, o infortunate senecio?* Minus enim recte in nostro codice κακόγηρε jungitur cum εἶπε, sicque interpretatus est Leunclavius : *Syrorum, o improbe, lingua, etc.* Etsi enim alia desint, vox ista contumeliosa parum sane congruit modestiæ sanctissimi antistitis, nec uni duntaxat ethnico respondit a pluribus interrogatus, παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐρωτηθείς. Quæ subdit de Constantino Romæ per annos 12, vel ut habet F, ιγ', 13, imperante, Constantinopoli vero per annos 20, refelluntur facile ex iis quæ de Encæniis novæ Romæ 2 Maii anni Christianæ epochæ 330 et obitu Constantini anno 337, alibi docuimus.

ἦν ἀκατανόητον εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν σύνοδῳ· πῶς γὰρ ἠδύνατο ἢ συνεύχεσθαι ἢ συλλειτουργεῖν αὐτοῖς οὕτως ἔχων αὐτός; Τὸ λέγειν οὖν καὶ φρονεῖν οὕτω περὶ τοῦ μεγάλου καὶ λίαν ἐστὶν ἀτοπώτατον.

A tino illum ad locum usque comes fuerit, itaque deinceps obdormivisse; non tamen dubium est quin magni hujus imperatoris baptisterium, quod adhuc Romæ conspicitur, illustri ratione veritatem commonstret. Imo fieri non potuit ut Nicæno in concilio baptismi expers ipse foret. Quo enim pacto vel preces una concipere vel sacris adesse rebus poterat nondum baptismi particeps? Quapropter in hunc modum de viro maximo vel loqui vel sentire prorsus absurdum fuerit.

Ὅσον δὲ ἡ ἁγία ψυχὴ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συγκαταβαίνουσά τε καὶ συγγνωμονοῦσα ταῖς τῶν πολλῶν ἀσθενείαις ἐτύγχανε, δῆλον κἀντεῦθεν. Αἰτιάματα ἔγγραφα προσεκομίσθησαν αὐτῷ κατ' ἐπισκόπων· καὶ ὃς τοὺς μὲν χάρτας αὐτίκα κατέκαυσεν, ἔλεγε δέ· « Εἰ εἶδον ἁμαρτάνοντα ἱερέα, διὰ τῆς χλαμύδος ἐσκέπασα ἂν αὐτόν, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς σκεπάσῃ τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα. » Καὶ Σεβῆρος μέν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τὸ πρῶτον κτίσμα δέδωκε τῷ ἱπποδρομίῳ, ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος τοὺς περιπάτους, τὰς βαθμίδας καὶ τὸν λοιπὸν αὐτῷ καλλωπισμὸν ἤνεγκεν. Ἀπό τε Νικομηδείας, Ἀντιοχείας καὶ λοιπῶν πόλεων τὰ ἐν αὐτῷ ἀγάλματα ἦχθησαν· τηνικαῦτα καὶ γὰρ τὸ σέβας αὐτῶν καταλέλυται. Ἐν οἷς καὶ πολλὰ περὶ τῶν μελλόντων ἐγγέγραπται. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Μάγγανα παρὰ τοῦ μεγάλου κτίζονται Κωνσταντίνου· ἀπέκειντο γὰρ ἐκεῖσε πάντα τὰ πολεμικὰ ὄργανα καὶ αἱ μηχανικαὶ βίβλοι. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐν τῷ στρατηγίῳ εὑρὼν τὰς φυλακὰς τοῦ Βυζαντίου ἐκεῖσε καὶ αὐτὸς ἐφυλάκιζε, καὶ διήρκεσε τοῦτο ἄχρι Φωκᾶ. Χήρα δέ τις πατρικία, Μάρη τοὔνομα, ἐλεήσασα τοὺς φυλακιζομένους δι' ἣν εἶχον δυσωδίαν, τὸν ἑαυτῆς οἶκον δέδωκε τῷ βασιλεῖ χάριν μισθοῦ, καὶ γέγονε τὸ νῦν καλούμενον Πραιτώριον. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Quam insigniter autem sancta magni Constantini anima se demiserit ac multorum imbecillitatibus ignoverit, vel hinc **252** colligi manifesto potest. Erant ad ipsum allati libelli, quibus antistitum accusationes scriptæ continebantur. Tum Constantinus chartas mox concremavit, et hujus modi verba subjecit: « Si sacerdotem delinquentem viderem, B hac cum chlamyde tegerem, ut Deus etiam mea peccata tegat. » Diximus autem supra Severum imperatorem primum condendi Circi equestris initium fecisse. Post illum Constantinus Magnus Circo peripatos, gradus ornatumque reliquum addidit. Nam quæcunque Nicomediæ, Antiochiæ, cæteris in urbibus erant simulacra, Cpolim allata sunt: quippe veneratio simulacrorum prisca jam obsoleverat. Multa erat videre simulacris illis inscripta de rebus futuris. Præter hæc ipsa quoque Mangana sunt a Constantino magno exstructa; quo in loco reposita erant omnia bellica instrumenta librique de rebus mechanicis. Idem Constantinus cum in magistratuum domo sive curia Byzantii carceres invenisset, ipse etiam carceres eodem in loco C reliquit. Atque illi sere istic ad Phocæ imperatoris usque tempora permanserunt. Tum patricia quædam mulier, eaque vidua, cui Mare nomen esset, sortem acerbam carceribus inclusorum miserata, quod fœtoribus excruciarentur, accepto pretio suam ipsius domum imperatori concessit. Quamobrem id temporis conditum est id quod Prætorium modo nuncupatur. Et de iis quidem hactenus.

Κρατεῖ δὲ μετὰ ταῦτα Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ'. Οὗτος ἠνάγκαζε τὸν πατριάρχην Ἀλέξανδρον δέξασθαι εἰς κοινωνίαν τὸν Ἄρειον. Ὃ δὴ καὶ γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τὰ τῆς θείας δίκης προέφθασεν. Ὄπισθεν γὰρ τοῦ φόρου τὸν βίον κατέστρεψεν (77)· ἔνυξε γὰρ αὐτὸν ἡ γαστὴρ ἐκεῖσε διερχόμενον, ἐφ' ᾧ καὶ καθίσας τὰ ἔγκατα αὐτοῦ κάτω διεβίβασεν. Οἱ μέντοι ἀνεψιοὶ τοῦ μεγάλου, Γάλλος καὶ Ἰουλιανός, ἀναγνῶσται γεγόνασιν ἐν Ἀντιοχείᾳ (78). Ἀλλὰ καὶ ἐκκλησίαν τῷ μάρτυρι Μάμαντι ἔκτιζον. Τὸ μὲν παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ κτιζόμενον μέρος ἡφανισμένον πρωΐας ηὑρίσκετο. Ἐπὶ τούτου δὲ τοῦ Κωνσταντίου Φλαβιανὸς Ἀντιοχείας διχῇ τοὺς ψάλλοντας διελὼν τὰ τοῦ Δαβὶδ ψάλλειν ἐκ διαδοχῆς ἐνομοθέτησεν.

Post Constantinum filius ejus Constantius annos 25 rerum potitus est. Is Alexandrum patriarcham coegit ut Arium ad communionem admitteret; idque factum omnino fuisset, nisi divina justitia rem antevertisset, Ario rebus humanis a posteriore parte Fori exempto; cum enim istac præteriret, forte alvus hominem pungendo urgebat. Quapropter in cloaca considens ipsa intestina per anum D dejecit. Patrueles Constantii, Gallus et Julianus, Antiochiæ lectorum, quos anagnostas dicimus, munere aliquandiu functi sunt; cumque templum martyri Mamanti conderent, exstructa Juliani sumptu pars mane reperta est solo æquata. Sub ejusdem Constantii imperio Flavianus Antiochenus, duas in partes divisis qui psallerent, eos Davidis hymnos alternatim concinere jussit.

(77) Errat Glycas dum Arii fœdissimam mortem sub Constantio collocat, et Flavianum eodem imperante Antiochenum fuisse antistitem docet.

(78) An Antiochiæ cum Gallo fratre, aut potius Cæsareæ, lectoris officio functus fuerit Julianus non multum interest. Φώτισμα reddit Leunclavius *illustrationem divinam*, cum Christiano more *baptismum* dicere debuisset, omittitque ista ex Metaphraste fuisse desumpta; verba enim ista, ὡς ὁ Μεταφραστὴς ἱστορεῖ, non tantum in nostro, sed et in F leguntur. Idem interpres Leunclavius parum idonee pag. seq. τὴν Πεντηκοστὴν vocat Quinquagesimæ festum, cum usu receptum sit apud omnes Christianos nomen Pentecostes.

Secundum hæc ab impiæ sententiæ sectatoribus impulsus hic Constantius antistites accersivit, ut synodus coiret, per quam decerneretur Trinitatem unius et ejusdem essentiæ non esse. Verum conatus omnis irritus fuit; nam cum gravem in morbum incidisset deque vita jam desperasset, Enzoium Antiochenum antistitem ad se venire jussit, illustrationemque divinam celeriter consecutus vivendi finem fecit. Ipso vivente pontifex Hierosolymorum erat **253** Cyrillus, vir eximius, qui ad Constantium in hæc verba perscripsit : « Patre tuo regnante crux in terris reperta est. Kursum te regnante crux de cœlo est patefacta. » Nam in Golgothæ loco, circiter horam diei tertiam, in ipso Quinquagesimæ festo, signum crucis conspectum est, de luce quadam fulgentissima compactum. Neque tantum ab uno conspectum est vel per imaginationem quamdam, sed ab omnibus et multas quidem in horas.

Post Constantium successit in imperio Julianus, annisque duobus et septem mensibus eo potitus est. Princeps hic nequissimus ante initi regni tempora, quemadmodum magnus ille Cyrillus antistes Alexandrinus commemorat, in numero fidelium erat, ipsum quoque baptismum consecutus, unde deinceps illum per sanguinem impurum et exsecrandum deposuit, et egregie sacris erat in libris exercitatus. Verum deinceps viri quidam superstitiosi cum familiares ei facti fuissent, habitis ad ipsum de fidei desertione sermonibus tandem perfecerunt ut qui sacrosanctis in ecclesiis et monasteriis educatus erat, impurorum genilorum evaderet : eumque facundus esset a natura, linguam suam adversus Servatorem nostrum Jesum Christum exacuit, et libros adversus religiosum Christianorum cultum tres conscripsit. Tanto furore sanctos oppugnabat, ac præsertim illo ipso tempore quo delapsus ignis e cœlo pulcherrimum illud Antiochiæ suburbium, quod Daphnen vocant, una cum ipsis simulacris exusserat, ut æneam Christi statuam, a muliere sanguinis fluxum pérpessa collocatam Cæsareæ Philippi, quam nunc Paneadem vocant, inhumaniter confregerit; et sacras Joannis Baptistæ reliquias brutorum ossibus permistas conciremaverit. Præterea Judæos adversus Christianos armabat, eosdemque juvabat in exstructione templi sui, quamquam in hoc conatu sunt impediti a vento gravi, terræ motu, et igne denique. Nam ignis e fundamentis ipsis cum prosiliisset, eos ab opere instituto deterruit et detraxit.

Sciendum est autem tibi, dilecte fili, quod in hodiernum usque diem nomen illius, qui Julianum in expeditione Persica jaculo confixit, ignoretur. Quamquam enim perscriptum reperiamus in libro de sancti Basilii miraculis, quæ magnus ille vir Amphilochius litteris commendasse perhibetur, mandato perpetuæ Virginis Deiparæ per sanctum Mercurium magni Basilii precibus desertorem hunc trajectum fuisse, non tamen hæc narratio moneretur ut ei continuo fidem adhibeas. Quorsum istuc? Quoniam in eodem scripto legimus magnum Basi-

Ὁ Κωνστάντιος οὗτος παρὰ τῶν ἀσεβούντων ἀναγκαζόμενος μεταπαλεῖται τοὺς ἐπισκόπους ὥστε σύνεδον συγκροτῆσαι κατὰ τῆς ὁμοουσίου Τριάδος. Ἀλλ' ἀργεῖ τὸ ἐγχείρημα· νόσῳ γὰρ περιπίπτει δεινῇ, καὶ τὸ ζῆν ἀπογνοὺς Εὐζώϊον μεταπαλεῖται τὸν Ἀντιοχείας, καὶ διὰ τάχους τὸ θεῖον δεξάμενος φώτισμα, ὡς ὁ Μεταφραστὴς ἱστορεῖ, τηνικαῦτα τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Κύριλλος ἦν, ὃς δὴ καὶ γράφει τῷ Κωνσταντίῳ ὅτι Ἐπὶ μὲν τοῦ σοῦ πατρὸς ἐπὶ γῆς εὑρηται ὁ σταυρὸς, ἐπὶ δὲ σοῦ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ πεφανέρωται. Κατὰ γὰρ τὸν τοῦ Γολγοθᾶ τόπον περὶ τρίτην ὥραν τῆς ἡμέρας, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν Πεντηκοστὴν, ὤφθη τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐκ φωτὸς ὑπερλάμπρου κατεσκευασμένον. Ὤφθη δὲ οὐχ ἑνὶ καὶ κατὰ φαντασίαν, ἀλλὰ περὶ ὥρας ἱκανὰς καὶ πᾶσι.

Μετὰ δὲ Κωνστάντιον κρατεῖ Ἰουλιανὸς ἔτη β' μῆνας ζ'. Οὗτος ὁ κάκιστος πρό γε τῶν τῆς βασιλείας καιρῶν, καθὼς ὁ μέγας διαλαμβάνει Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας, τοῖς πιστεύσασιν ἐναρίθμιος ἦν, ἠξιώθη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου βαπτίσματος, εἰ καὶ ὕστερον ἀπεδύσατο αὐτὸ δι' αἵματος μιαροῦ, ἐνήσκητο δὲ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις. Ἀλλ' ἄνδρες ὕστερον αὐτὸν δεισιδαίμονες γεγονότες γνώριμοι τοὺς ὑπέρ γε τῆς ἀποστασίας καθῆκαν λόγους, καὶ λάτριν ἀπέφηναν δαιμονίων ἀκαθάρτων τὸν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις ἐντεθραμμένον. Ἔχων τοίνυν εὐφυᾶ τὴν γλῶτταν κατέθηξεν αὐτὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δὴ τρία συγγέγραφε βιβλία κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας. Τοσοῦτον δὲ μέμηνε κατὰ τῶν ἁγίων, ἡνίκα καὶ μάλιστα πῦρ ἄνωθεν καταῤῥαγὲν τὸ περικαλλὲς ἐκεῖνοι προάστειον, τὴν Δάφνην δηλονότι, σὺν αὐτοῖς τοῖς εἰδώλοις κατέκαυσεν, ὡς καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ χαλκοῦν ἀνδριάντα τὸν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Φιλίππου, τῇ νῦν Πανεάδι, ὃν ἡ αἱμορροοῦσα ἤγειρεν, ἀπανθρώπως συντρίψαι, καὶ τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου καταχαῦσαι ἅγια λείψανα, ὀστέοις ἀλόγων παραμίξας αὐτά. Ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἰουδαίους κατὰ Χριστιανῶν ὤπλιζε, συνήργει δὲ αὐτοῖς εἰς τὴν τοῦ νεὼ οἰκοδομὴν, εἰ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπὸ λαίλαπος, σεισμοῦ καὶ τελευταῖον πυρός· πῦρ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐκπηδῆσαν τῶν θεμελίων τῆς ὁρμῆς αὐτοὺς ἀνεχαίτιζε.

Γινώσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι ὁ ἀκοντίσας αὐτὸν ἐν Πέρσαις διάγοντα μέχρι καὶ σήμερον οὐχ εὑρίσκεται. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ κέλευσιν τῆς ἀειπαρθένου Θεοτόκου διὰ τοῦ ἁγίου Μερκουρίου, δεηθέντος τάχα τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἀκοντισθῆναι τὸν παραβάτην εὑρίσκομεν ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Βασιλείου θαύμασιν, ἅπερ ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος γραπῇ παραδοῦναι λέγεται, ἀλλ' οὐκ εὐθέως πεῖθεσθαι ἄξιον. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι διὰ τῆς τοιαύτης γραφῆς καὶ ἀρχιερέα τῆς Καισαρέων μανθάνομεν χρηματίσειν τὸν μέγαν Βασίλειον, ἡνίκα διερχόμενος ἦν κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη

ὁ κάκιστος κατὰ Περσῶν τὴν ἐκστρατειαν ποιούμενος. Ἀλλ' οὐ δοκεῖ ταῦτα καὶ τῷ μεγάλῳ Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ· εἰ γὰρ ἐν τοῖς προοιμίοις, καθὼς οὗτός φησι, τοῦ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος Οὐάλεντος εἰς Πόντον ἐκάθητο ὁ μέγας Βασίλειος, τοῦ Εὐσεβείου τηνικαῦτα τῆς Καισαρέων χρηματίζοντος ἀρχιερέως, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἦν ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ. Φαίνεται οὖν ἐντεῦθεν ὡς οὔτε τὸν μέγαν Βασίλειον εὗρεν ἀρχιερέα διερχόμενος ὁ Ἰουλιανὸς, οὔτε ἠπείλησεν αὐτῷ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὔτε δέησιν ἐκεῖνος τούτου ἕνεκεν ἐποιήσατο, οὔτε μὴν εἰς ἀναίρεσιν ἀπεστάλη τοῦ παραβάτου ὁ Χριστοῦ μάρτυς Μερκούριος· εἰ γὰρ ταῦθ' οὕτω γέγονεν, οὐκ ἂν ὁ ἀκοντίσας αὐτὸν ἄδηλος ἦν μέχρι καὶ τήμερον. Ἀκοντίῳ τοίνυν ὁ ἄθλιος βάλλεται, κἂν ὁ ἀκοντίσας ἄδηλος. Ὡς δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα, φησὶν ὁ Θεόλογός, μηδὲ τῷ τάφῳ προσλαμβάνεσθαι αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σεισθείσης δι' αὐτὸν γῆς ἀποσείεσθαί τε καὶ ἀναβράζεσθαι, προοίμιον, οἶμαι, τῆς ἐκεῖθεν κολάσεως. Πολλὰ γὰρ μιαρὰ ποιήσας ὥσει ἐτῶν λ' τελευτᾷ. Ἀλλὰ καὶ ἐκ Περσίδος δαιμόνιον στείλας πρὸς δύσιν ἐπὶ τῷ ταχέως ἀγαγεῖν ἀπόκρισιν, ἐσφάλλετο κἀνταῦθα τοῦ σκοποῦ· τὸ γὰρ δαιμόνιον ὁ στείλας ἐντυχὸν μοναχῷ τινι Πουπλίῳ τοὔνομα προσευχομένῳ ἡμέρας δέκα διελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, καὶ ὑποστρέψαν ἄπρακτον τὴν αἰτίαν ἐβόα καὶ πόρρωθεν. Καὶ γυναῖκας δὲ ἀνατέμνων ὁ ἄσπλαγχνος δι' αὐτῶν ἐμαντεύετο.

lium Cæsareæ pontificem id temporis fuisse, enm eas regiones **254** imperator improbissimus contra Persas expeditione suscepta peragraret. At vero aliter eximius ille Grégorius cognomento Theologus memoriæ prodidit; nam si Basilius, hoc ita narrante, in Ponto degebat, sub initium imperii Valentis, qui aliquanto post tempore regnavit, cum Cæsareæ pontifex esset Eusebius, multo minus Juliano imperante Basilius antistitis munere fungebatur. De quo satis evidenter apparet Julianum iter per Cappadociam facientem neque Basilium istic pontificem reperisse neque ipsius Ecclesiæ minatum esse. Consimili modo nec precatus est hoc nomine Deum Basilius pontifex, nec ad tollendum e medio desertorem Mercurius ille Christi testis fuit ablegatus. Quippe si hoc pacto res gesta fuisset, obscurum non esset in hodiernum usque diem a quo Julianus telo confixus fuerit. Nam jaculo trajectum constat, auctore facti prorsus incognito. Quin etiam se audisse de quodam scribit Gregorius ille Theologus ne sepulcri quidem participem factum fuisse Julianum, sed a solo ipsius causa succusso absorptum; quæ res, ait, credo, suppliciorum alterius vitæ quoddam proœmium et exordium erat. Multis enim flagitiis exsecrandis designatis annos plus minus triginta natus perlit. Ante mortem e Perside genium quemdam in occidentem ablegavit, ut ejus opera celeriter responsum acciperet: sed quod cupiebat, non est assecutus. Nam cum genius in monachum quemdam, cui Publio nomen esset, totos 10 dies precantem incidisset, progredi ulterius non potuit. Itaque re infecta reversus ad Julianum causam ei longo etiam ex intervallo multoque clamore significabat. Præterea sævus homo, cujus viscera nulla commiserationis affectione moverentur, mulierculas vivas vaticinandi causa dissecabat.

Μετὰ δὲ Ἰουλιανὸν ἐβασίλευσεν ἄριστα Ἰοβιανὸς Χριστὸς ἦν, ὃς ἐκλεγόμενος ὑπὸ πάντων εἶπεν· « Οὐ δύναμαι βασιλεὺς εἶναι προμεμολυσμένων ἀνθρώπων, » ἐφ' ᾧ πάντες τὸ, « Χριστιανοί ἐσμεν, » ἐκραξαν. Μετὰ μέντοι μῆνας η' τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Κιλικίᾳ ἐτελεύτησεν, μέγα πένθος πᾶσιν ἀφείς. Μετὰ δὲ τοῦτον Οὐαλεντινιανὸς ἔτη ιβ', μισθὸν παρὰ Θεοῦ τὴν βασιλείαν λαβὼν διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ ἐκβληθῆναι παρὰ Ἰουλιανοῦ τῆς εἰς Χριστὸν ἕνεκεν ὁμολογίας. Εἶχε δὲ συμβασιλεύοντα κατά γε τὴν ἀνατολὴν τὸν αἴσχιστον Οὐάλεντα. Καὶ πῶς γὰρ οὐ κάκιστος, εἴ γε τοὺς ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως σταλέντας πρὸς αὐτὸν π' ἱερατικοὺς ἄνδρας πρεσβείας ἕνεκεν ἐπὶ πλοίου κατέκαυσεν; Οὗτος ὑπὸ Γότθων πολεμούμενος ἐζήτησε τὸν θειότατον ἀδελφὸν αὐτοῦ συμμαχίαν. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ὠνείδισεν, οὕτως εἰπών· « Οὐ χρὴ ἀδρὶ βοηθεῖν πολεμοῦντι Θεόν. » Καὶ ὁ μὲν Οὐάλης ἔτη ι' καὶ δ' βασιλεύσας ἀνοσίως ὑπὸ πολεμίων ἐν ἀχυρῶνι πυρὶ παραδίδοται· ὁ δὲ μοναχὸς ἐκεῖνος Ἰσαάκιος ἐλέγχων μὲν αὐτὸν, δεσμωθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ εἱρκτῇ παραδοθείς, ὡσφράνθη ἐν τῇ φυλακῇ τῆς δυσωδίας, ἐκκαυθέντος ἐκεῖσε, ὡς εἴρηται. Ὁ μέντοι Οὐαλεντινιανὸς καὶ τὸν ἀγωγὸν ὠκοδόμησε καὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν εἰσήγαγεν. Οὗτος καὶ πραιπόσιτόν τινα διὰ τὴν τῆς γυναικὸς Βερονι-

Postquam e vivis excessisset præclarissime Jovianus imperio præfuit, qui cuneis a militibus ad hoc delectus, « Equidem, ait, hominum pollutorum imperator esse nequeo. » Tum omnes exclamare, « Christiani sumus. » Post octavum imperii mensem in Cilicia diem obiit, magno sui apud omnes desiderio relicto. Post Jovianum Valentinianus annis 12 imperavit. Is imperium præmii loco divinitus accepit propterea quod confessionis Christi causa fuisset a Juliano exauctoratus. In Oriente consortem imperii turpissimum illum Valentem habuit. Cur enim hunc sceleratissimum non appellemus? quando missos ad se Cpoli 80 viros ex sacerdotum ordine legationis obeundæ causa in navi combussit. Cum a Gothis ei bellum esset illatum, a fratre, viro plane divino, suppetias sibi ferri postulabat. Is vero non tantum **255** copias auxiliares denegavit, verum etiam cum exprobratione quadam respondit opem homini cum Deo bellum gerenti ferendam non esse. Quapropter Valens, cum annos decem et quatuor impie regnasset, ab hostibus in palearum tugurio quodam igne concrematus est. Accidit eo tempore ut Isaacius monachus, qui Valentem objurgare solebat eaque de causa vinctus in custodia detinebatur, fœtorem exusti alio loco Valentis, ceu diximus, in carcere

sentiret. Valentinianus aquæductum Cœli condidit et aquam in urbem introduxit. Præpositum quendam ob Beronicæ mulieri cuidam illatam injuriam vivum in circo equestri combussit. Id temporis magnus ille Macarius hyænæ catulis cæcis visum restituit. Tum hyæna catulorum mater pellem ovinam viro sancto pro sanata sobole loco muneris obtulit.

A κης ἀδικίαν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ κατέκαυσε. Τηνικαῦτα ὁ μέγας Μακάριος σκύλακας ὑαίνης τυφλοὺς ἐθεράπευσεν. Ἡ γοῦν μήτηρ αὐτῶν δέρμα προβάτου ἤνεγκε τῷ ἁγίῳ δῶρον ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων ἰάσεως.

Post Valentem Gratianus Valentiniani filius annos tres imperavit. Hoc regnante quiddam horrendum Alexandriæ contigit. Nam mare tanto spatio retrocessit ut etiam naves in sicco subsisterent. Cum autem vulgus hominum confluxisset spectandi prodigii causa, rursum mare suum in locum recurrit, et quidem ultra littorum præscriptas metas. Quo factum est ut aquis hominum quinquaginta millia exstinguerentur. Præter hæc Cretæ Siciliæque regiones propemodum universæ maris inundatione cooperiæ sunt, quod extra consueta littora plus minus 100 stadiis procurrebat. Itidem alii magni maris sinus sic duas in partes divulsi recesserunt, ut naves in fundo subsiderent et aqua in loco pristino restituta vicissim emergerent. Recensendum inter alia, quod urbs Bithyniæ Nicæa terræ motu subruta prorsus corruerit. Tanta quidem mortalium erat trepidatio ut cuncti ad montes se fuga reciperent. Gratianus autem arte ac dexteritate sagittandi feliciter tantopere valebat ut ab omnibus vulgo decantaretur facta Gratiani mente intelligentiaque prædita esse. Cum mulier quædam aliquando ad imperatorem accessisset, queB σθησαν, τῆς θαλάσσης ἐπαναδραμούσης καὶ ἐξελθούσης ὡσεὶ στάδια ρ'. Καὶ πελάγη τὰ μεγάλα διεχῆ τότε διέστησαν, ὡς ἐπὶ βυθοῦ τὰ πλοῖα καθίσαι καὶ αὖθις ἀνελθεῖν ἀποκαταστάντος τοῦ ὕδατος. Μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ ἡ κατὰ Βιθυνίαν Νίκαια ὑπὸ σεισμοῦ κατέπεσεν ἅπασα. Τοσοῦτος δὲ φόβος ἦν ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἐν ὄρεσι φεύγειν. Τοσοῦτον δὲ ὁ Γρατιανὸς τοξότης εὐστοχος ἦν ὡς ᾄδεσθαι παντα-χοῦ Γρατιανοῦ βέλη φρένας ἔχειν. Οὗτος ὁ βασιλεὺς γυναικὸς αὐτῷ προσελθούσης ποτὲ, καὶ τοῦ ὁμοζύγου καταβοώσης ὅτι πληγὰς ἐπάγει καὶ ῥαβδισμοὺς αὐτῇ· « Οὐδέν, ὦ γύναι, τοῦτο πρός με, » ἔφησεν. Ἀλλὰ καὶ τὸν ὁμόζυγον αὐτῆς βουλεύεσθαι κατ' αὐτοῦ προσειπούσης τοῦ Γρατιανοῦ, πάλιν ἀντ-απεκρίνατο· « Τί σοι πρὸς τοῦτο, γύναι; »

rulous woman accused her husband with loud voice of beating her and lashing her most severely: « Nothing to me, » he answered, « woman, this matter. » But when she had also complained that her husband was plotting against Gratianus himself, he replied: « What has your husband to do with you, woman? »

Post Gratianum magnus ille Theodosius 17 annis imperio potitus est. Hoc loco diligenter illud etiam observabis. Cum Gothis a Theodosio devictis Gratianus eum purpura vellet induere, nullam reperit quæ ipsius præcellentiæ responderet, præter earn qua magnus ille Constantinus fuerat usus. Theodosius enim supra cæteros **256** homines ipsis humeris eminebat. Posteaquam imperium divinitus ei traditum in manus fuerat, Gallam sui antecessoris uxorem sibi matrimonio junxit. Etenim Flaccilla jam obierat, ex qua filios Arcadium et Honorium sustulit. Eos cum sacris erudiri litteris voluit, nec quemquam reperiret qui et philosophus (hoc est sapientiæ doctrinæque studiosus) et philotheus (hoc est studiosus Dei rerumque divinarum) pariter esset, ad consortem imperii Romæ degentem quibusdam legatis interrogari jussit ecquem virum talem haberet. Is vero cum papa sollicite hujus rei causa quadam pervestigatione instituta, neminem alium magis idoneum reperit quam esset magnus ille Arsenius, qui tum diaconi

C Μετὰ δὲ τοῦτον κρατεῖ ὁ μέγας Θεοδόσιος ἔτη ιζ'. Ὅρα δὲ νουνεχῶς ὅτι νικήσαντα τοὺς Γότθους θέλων ὁ Γρατιανὸς πορφύραν ἐνδῦσαι οὐχ εὗρισκεν ἱσομήκη αὐτῇ διὰ τὸ ὑπερωμίαν εἶναι, εἰ μὴ τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Οὗτος ἡνίκα τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐνεχειρίσθη, ἠγάγετο Γάλλαν τὴν γυναῖκα τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως, ὅτε Πλακίλλης θανούσης, ἀφ' ἧς ἔτεκεν Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον. Θέλων δὲ τὰ ἱερὰ τούτους διδάξαι γράμματα, καὶ μὴ εὑρίσκων τινὰ φιλόσοφον ὁμοῦ καὶ φιλόθεον, πέμπει πρέσβεις πρός γε τὸν ἐν Ῥώμῃ συμβασιλεύοντα, εἴ τινα τοιοῦτον ἔχει τινά. Καὶ ὃς συνάμα τῷ πάπᾳ πολλὴν περὶ τούτου ποιησάμενος ἔρευναν οὐχ ἕτερον εὗρέ τινα εἰ μὴ τὸν μέγαν Ἀρσένιον διάκονον τηνικαῦτα ὄντα. Πέμπουσι λοιπὸν αὐτὸν πρὸς τὸν μέγαν Θεοδόσιον, εἰ καὶ πολλὰ δυσχεραίνων ἦν διὰ τὸ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι κατὰ τὸν νῶτον ποιήσασθαι (79). Ὃν καὶ ἀσμένως ἐδέξατο, καὶ παρέδωκεν αὐτῷ ὡς τέκνα καὶ μαθητάς, οὐ μὴν ὡς βασιλεῖς, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Ποτὲ γοῦν ἑωρακὼς τοὺς μὲν παῖδας καθημένους

(79) Quæ de Arsenio Glycas refert, qui humaniorum litterarum causabatur oblivionem, ex quo sacris altaris ministeriis fuisset per consecrationem admotus (sic enim intelligenda sunt verba illa, ὅτα τὸ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι κατὰ τὸν νῶτον ποιήσασθαι), Leunclavius in profanum sensum, vel inscitia antiquitatis, vel novatorum studio convertit : *Quod se disciplinas illas orbiculares ex eo tempore, quo muneri suo præfectus fuisset, neglexisse diceret.* Quid enim sit χειροτονεῖν norunt theologi catholici : ne in re non dubia testibus utar non necessariis.

μετὰ διαδημάτων, τὸν δὲ Ἀρσένιον ἱστάμενον καὶ διδάσκοντα, μετ' ὀργῆς εἶπεν· « Οὕτω σοι παρήγγειλα; σὺ αὐτοὺς ποιεῖς βασιλεῖς. Ὁ Θεὸς ἔχει τὴν περὶ τούτων ἐξουσίαν. » Καὶ ῥίψας τὰ διαδήματα εἶπε· « Κρεῖσσόν ἐστι τεθνάναι θεοσεβῶς ἢ βασιλεύειν ἀσεβῶς. » Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Ἀρσενίου μελετῶντος ἀποδρᾶναι, ἐπεὶ συνέβη καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ Ἀρκαδίου πληγὴ καὶ ἡ διὰ ταῦτα ἐπιβουλή, φωνὴ πρὸς αὐτὸν γέγονεν· « Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ. » Φυγὼν δὲ καὶ ἀπελθὼν ἐν Σκήτει πάλιν ἤκουσε· « Φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε. » Οἱ γοῦν παῖδες βασιλεύσαντες ἔγραψαν αὐτῷ συγχωρῆσαι αὐτοῖς, καὶ μάλιστα τῷ Ἀρκαδίῳ, ὑπὲρ οὗ ἐβούλετο ἀποκτεῖναι διὰ σπαθαρίου αὐτόν. Ὁ μέντοι μέγας ἀκούσας καὶ τοῦτο· « Λάβε δημόσια Αἰγύπτου, καὶ διάνειμαι ὅπου θέλεις, » εἶπεν· « Ἐγὼ τῷ κόσμῳ ἀπέθανον, καὶ οὐκέτι ζῶ· πλὴν ὁ Θεὸς συγχωρήσαι ὑμῖν. »

A munere fungebatur. Quapropter hunc magno Theodosio mittunt, quanquam graviter id ipsum ferentem quod se disciplinas illas orbiculares ex eo tempore, quo muneri suo præfectus fuisset, neglexisse diceret. Imperator hominem perbenigne ac hilariter excepit, eique filios suos commendavit et tradidit, non ut imperatores sed liberorum atque discipulorum loco habendos. Cumque vidisset aliquando suos quidem filios sedentes, qui diademata gestarent, Arsenium vero stantem eosque docentem, excandescens ait : « Egone sic tibi mandavi? num tu eos imperatores facis? Ejus rei potestas in solius est Dei manu posita. » Simul abjectis diadematis, « Præstat, inquit, pie mori quam impie regnare. » Secundum hæc Arsenio B fugam cum animo suo propterea instituente, quod Arcadium forte verberaverat, isque propter hanc causam insidias ei strueret, vocem hujusmodi audivit : « Fuge mortales, Arseni, et salvus eris. » Hac de causa cum profugisset ac Scetam se contulisset, rursus aliam vocem audivit : « Fuge, sile, quiesce. » Deinceps ubi ad imperium Theodosii filii pervenissent, litteris ad eum perscriptis orarunt ut culpam eis condonaret, Arcadio præsertim, qui magistrum interficere per satellitem voluisset. Cumque, magno illi viro significatum hoc etiam ab ipsis foret : « Accipe publicas in Ægypto pecunias, et eas arbitratu tuo distribuito, » « Equidem, respondit, huic mundo mortuus sum, nec amplius vivo : Deus tamen vobis ignoscat. »

Ἡ δευτέρα σύνοδος καὶ ὁ μέγας Θεοδόσιος ἐνίδρυσαν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως τὸν μέγαν Γρηγόριον, κἂν ἐξ Αἰγύπτου τινὲς ὑπὸ φθόνου ἐταράχθησαν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκὼν ἐξέστη. Ἀντεισάγεται δὲ Νεκτάριος, τὸ μὲν γένος Ταρσεύς, τὴν δὲ τοῦ πραίτωρος ἀρχὴν διέπων, ὃς τὸν μὲν βίον θαυμαστός, ἀβάπτιστος δὲ μέχρι τότε. Καὶ ὁ μὲν συγκλητικὸς Νεκτάριος προύχειρίζετο, ὁ δὲ Μακεδόνιος ἀναθεματίζετο.

Post hæc secundum concilium et magnus ille Theodosius eximium virum, Gregorium cognomento Theologum, in Cpolis solio collocarunt, tametsi quidam antistites Ægyptii nonnihil turbarum, C per invidiam darent ; quæ res Gregorium movit ut solio sponte sua cederet. Successit in ejus locum Nectarius natione Tarsensis, dignitate prætor, vir admiranda quidem innocentia vitæ præditus, verum ad illud usque tempus nondum baptizatus. Hic ergo Nectarius ex ordine senatorio delectus antistes designatur, Macedonius vero execrationis sententiæ subjicitur.

Ἐκ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἀπαίροντος ἐπὶ τὰ κάτω μέρη, στρατιῶται ἐν Θεσσαλονίκῃ εἰσελθόντες διά τινα χρείαν ἀνταρσίαν ἐποίησαν, ἐφ' ᾧ ἀντέστησαν οἱ τῆς πόλεως καὶ λίθοις ἔβαλον. Τοῦ γοῦν βασιλέως ζέοντος ἐπὶ τούτοις τῷ θυμῷ, καὶ τῷ ἐκεῖσε ἐπαρχεύοντι τὰ περὶ τούτων ἐπιτρέψαντος, χιλιάδες ζ' ἀνῃρέθησαν. Διερχόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἐπισκοπὴν Μεδιολάνων (πόλις δὲ Ἰταλίας τὰ Μεδιόλανα), οὐ συνεχωρήθη παρὰ τοῦ θειοτάτου Ἀμβροσίου τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπιβῆναι, ἀλλ' ἔμεινεν ἀφωρισμένος μῆνας η', καὶ μόλις διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἐλύθη τε τῶν δεσμῶν καὶ εἰς κοινωνίαν ἐδέχθη, πρότερον τὰ τοῦ λιβέλλου νόμοθετήσας. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ μετὰ ταῦτα εὐμενοῦν εἰσελθεῖν ἐνεχωρεῖτο· « Ἡ γὰρ ἀλουργὶς, ἔφη, βασιλεῖς οὐ μὴν ἱερεῖς ποιεῖ. » Ὅθεν ἐπανελθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ παρὰ τοῦ Νεκταρίου ἐρωτηθεὶς δι' ἣν αἰτίαν οὐκ εἰσέρχεται ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, εἶπεν· « Εἷς ἐπίσκοπος ὁ Ἀμβρόσιος. »

257 Cum autem aliquando magnus ille Theodosius Cpoli discedens ad partes occiduas pergeret, accidit ut necessariæ cujusdam rei causa Thessalonicam ingressi milites seditionem conciarent. Iis se cives opponebant, et lapidibus milites petebant. Ob hanc causam cum imperator ira efferbuisset, connivente militum ad furorem loci prætore septem hominum millia sunt interfecta. Hinc imperator itinere facto Mediolanum ut pervenit, urbem Italiæ, divinissimus antistes ejus urbis Ambrosius vetuit quominus ecclesiam ingrederetur. Itaque secretus a cœtu Christianorum publico totos octo menses fuit, vixque propter Christi nativitatem sacris illis vinculis est solutus et in communionem admissas, libello primum de 30 diebus dictato et legis vim habere jusso. Quin etiam prohibitus est eodem tempore ab eodem Ambrosio, quominus in sacrarium ingrederetur, cum is diceret purpuram imperatores facere, non sacerdotes. Quo factum est ut Cpolim reversus imperator, et a Nectario rogatus quam ob causam sacrarium non ingrederetur, bis tantum verbis responderet : « Unus episcopus Ambrosius. »

Ὅτε ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀνδριάντων καταστροφὴ

Cæterum quo tempore a populo Antiochæno im-

peratoriæ statuæ deturbatæ ac eversæ fuerant, homines solitariam vitam in jugis montium exercentes egregie philosophiam doctrinamque suam declararunt. Nam Deum precati descenderunt, et in hæc verba ministros imperatoris compellarunt : « Hæc imperatori domino vestro renuntiate : Si tantopere tu propter eversam imaginem æream indignaris, qui Deum æquo laturum animo censes, si abs te suam imaginem indignum in modum tractari videat? » Eodem tempore pretiosum Joannis Baptistæ caput Cpolim perlatum est. Præterea Theophilus Alexandrinus antistes Serapidis templum, quod erat Alexandriæ, demolitus est. In eo templo statua quædam erat, quæ ita sursum penderet ut nulli rei videretur adhærere; nam quia statuæ ferrum undique infixum erat et ferro magnes lapis ex adverso copiose oppositus, inter pavimentum et tecti laquearia pendebat. Nimirum vi pari quatuor a partibus attrahebatur, eumque nullam in partem vergere posset, necessario harum in medio suspensa manebat.

A γέγονε, τότε οἱ τὰς ἀκρώρειας τῶν ὀρέων οἰκοῦντες μοναχοὶ τὴν οἰκείαν ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν. Καταβὰν γὰρ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀντελάβοντο, λέγοντες οὕτω πρός γε τοὺς ὑπηρέτας τοῦ βασιλέως· « Εἴπατε τῷ κυρίῳ ἡμῶν βασιλεῖ· Εἴπερ τοσοῦτον σὺ ἐπὶ τῇ χαλκῇ εἰκόνι καταστραφείσῃ ἐδυσχέρανας, πῶς οἴει τὸν Θεὸν ἀρτίως ἔχειν τὴν αὐτοῦ ὁρῶντα εἰκόνα κακῶς οὕτω παρὰ σοῦ πάσχουσαν; » Τηνικαῦτα καὶ ἡ τιμία κεφαλὴ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν Κωνσταντινουπόλει διεκομίσθη. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κτισθέντα ναὸν τοῦ Σαράπιδος καθεῖλε Θεόφιλος. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ ναῷ ξόανον ἦν ἀσχέτως ἀπηωρημένον· διὰ γὰρ τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ, τοῦ ξοάνου δηλαδή, πεπηγμένους σιδήρους καὶ τοὺς καταντικρὺ τούτων ἐγκεκολαμμένους μαγνῆτας μέσον ἰδίφους B καὶ ὀρόφου ἐκρέματο. Ἰσοδυνάμως γὰρ τετραμερόθεν ἑλκόμενον, καὶ μὴ ἔχον ὅπου καὶ νεύσειε, μέσον ἐξ ἀνάγκης ἀπηώρητο.

Secundum hæc gentes quædam infinitæ contra Theodosium hunc magnum se commovent. Quid hic imperator? Per litteras Alexandrino antistiti significat ut magnum illum Senuphium in Ægypto degentem auxilio sibi venire juberet. Appellatus hac de causa Senuphius ad imperatorem proficisci renuit : mittit autem ei baculum cum lacero suo et attrito palliolo. Quibus **258** sane tum galeæ tum hastæ loco imperator usus, in hostes copiis ductis, suismet eos manibus in fugam conjecit. Tam egregia nimirum facinora pura sinceraque fides edere consuevit.

Ἔθνη πολλὰ ἄπειρα κατὰ τοῦ μεγάλου ἐγείρονται Θεοδοσίου. Τί τὸ ἐπὶ τούτοις; Γράφει τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας προέδρῳ, ἵνα τὸν κατ' Αἴγυπτον μέγαν Σενούφιον ποιήσῃ πρὸς συμμαχίαν τοῦ βασιλέως ἐλθεῖν. Ὁ δ' οὐ πείθεται, στέλλει δὲ τῷ βασιλεῖ ῥάβδον καὶ μικρὸν αὐτοῦ τριβώνιον, οἷς δὴ καὶ χρησάμενος ὁ βασιλεὺς ἀντὶ κράνους καὶ δόρατος κατὰ τῶν πολεμίων ὁρμᾷ, καὶ διὰ χειρῶν αὐτοῦ κατατροποῦται αὐτούς· τοιαῦτα γὰρ τὰ τῆς εἰλικρινοῦς πίστεως κατορθώματα.

Postquam Theodosius rebus humanis excessisset, filius ejus Arcadius 13 annis imperavit. Is cum Xerolophi columnam erexisset, in ea statuam suam collocavit. Eodem regnante septem totos dies terra mugitum edidit, maximoque motu terrarum orbis universus concussus est. Post Nectarium Ecclesiæ Cpolitanæ gubernacula Joanni aureo illi oratori magno cum bono publico sunt commissa. Vir erat eloquentissimus, et ipsius etiam Libanii magistri sui testimonio commendatus : interrogatus enim quemnam suo loco doctorem discipulis præficiendum judicaret : « Joannem, inquit, nisi Christiani eo nos intercepto spoliassent. » Quippe cum annum ætatis octavum atque decimum ageret, Libanium magistrum reliquit, et a Meletio baptizatus lectorque designatus solitarios ad secessus sese coma tonsa recepit. In iis res divinas edoctus ad Meletium revertitur, et diaconi munus accepit. Inde Flavianus sacerdotem creat. Unum in eximio viro nonnulli criminabantur, quod in subditos graviore nonnihil supercilio uteretur. Qua quidem de re magnum hunc virum Isidorus Pelusiensis, qui eo magistro fuit usus, purgans atque defendens, eum qui aliis præsit, et bonum esse debere pronuntiat et formidabilem. Quamobrem istuc? Quoniam tum boni tum mali sint inter eos qui ab aliis reguntur. Secundum hæc magnam ad urbem hanc venit, et

Μετὰ δὲ Θεοδόσιον Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιγ', ὃς τὸν κίονα τοῦ Ξηρολόφου στήσας ἐν αὐτῷ τὸν ἑαυτοῦ καθίδρυσεν ἀνδριάντα. Ἐφ' οὗ ἡ γῆ ἐμυκήσατο ἡμέρας ζ', καὶ σεισμὸς γέγονε μέγας τε καὶ πάγκοσμος. Μετὰ μέντοι τὸν Νεκτάριον τοὺς τῆς Ἐκκλησίας οἴακας ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης καὶ λίαν καλῶς ἀναδέχεται. Οὗτος πολὺς ἦν περὶ τὸ λέγειν. Ὃ καὶ Λιβάνιος ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ προεμαρτύρησεν· ἐρωτηθεὶς γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τίνα προβάλλεται διδάσκαλον, Ἰωάννην εἶπεν, εἰ μή πως οἱ Χριστιανοὶ τοῦτον ἀφ' ἡμῶν ἀπεσύλησαν. Ὀκτωκαιδέκατον γὰρ ἔτος ἄγων ἀφηνίασεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ Μελετίου βαπτισθεὶς καὶ χειροτονηθεὶς ἀναγνώστης ἀνεχώρησε καὶ ἀπεκάρη, καὶ τὰ θεῖα διδαχθεὶς ἐκεῖσε πάλιν ὑπέστρεψε. Γίνεται διάκονος, παρὰ δὲ Φλαβιανοῦ πρεσβύτερος. Διεβάλλετο δὲ ὁ μέγας ὡς ὀφρύϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων μείζονι χρώμενος. Ὅθεν ὁ Πηλουσιώτης Ἰσίδωρος καὶ μαθητὴς αὐτοῦ ὑπεραπολογούμενος τοῦ μεγάλου, τὸν ἄρχοντα ἔλεγεν ὅτι καὶ ἀγαθὸν εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι καὶ ἀγαθοὶ καὶ πονηροὶ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ὑπάρχουσι. Μετὰ δὲ ταῦτα πρός γε τὴν μεγαλόπολιν ἔρχεται, καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀνάγεται. Ἀνθίσταται τῇ βασιλίσσῃ Εὐδοξίᾳ, πάσχει πολλὰ διὰ τοῦτο δεινά. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἐλθὼν χειροτονίας καὶ συνάξεις παρὰ τὴν Ἰωάν-

σου ἐποίησε γνώμην· καὶ οὗτος γὰρ ταῖς ὑπὸ Θεο- A In solium patriarchicum sublatus Eudoxiæ imperatrici semet opponit, eaque de causa multa sane adversa perfert. Nam cum Hebdomum magnus Epiphanius ille venisset, præter Joannis voluntatem multos sacris initiabat et conventus agebat : quippe criminationibus a Theophilo contra virum sanctum excogitatis præoccupatus fuerat. Et eumdem magnum Epiphanium Eudoxia quoque contra Chrysostomum magis incitabat, cum diceret universum quidem Romanum imperium sua potestate contineri : solum hunc Joannem simultates secum exercere, ac injuriis imperatricem extremis afficere. Nec in hoc tantum ab eo deliqui, verum etiam fovere hominem quamdam opinionem al. Ecclesiæ doctrina prorsus abhorrentem. Ea de causa se potestatem omnem Epiphanio concedere tum cogendi B concilii, tum solio suo Joannem æquissimo jure dejiciendi. Quibus Epiphanius auditis respondit : « Si quam ille sectam peculiarem habet, alterius hoc loci rationisque fuerit. Sin ea tantum de causa, quod convicium vobis dixerit, Joannem decrevistis per præconium publicum **259** Ecclesia pellere, nequaquam Epiphanium instituti vestri approbatorem habebitis. » Hæc autem illi, quem diximus, viro sancto Eudoxia sic proponebat, quod aliquid dissensionis exortum inter eos intellexisset. Quibus actis Joannes, vir divinissimus, secunda vice proscriptus et Cucusum exsulandi causa deportatus, cum istic annos tres duosque menses exegisset, Potios delatus est, ibique migravit ad Dominum, C Cpoli annos 5 menses 6 antistitis munere functus. Secundum hæc Innocentius papa Romanus litteras ad Arcadium dedit, in hæc verba perscriptas : « Vox sanguinis fratris mei Joannis, imperator, contra te Deum appellat, quomodo Abeli justi sanguis olim adversus Cainum fratricidam vociferabatur. Dabis autem omnino pœnas, qui non hoc tantum feceris, verum etiam ipso pacis tranquillitatisque tempore persecutionem adversus Ecclesiam Dei et sacerdotes ipsius molitus sis. Magnum illum orbis terrarum doctorem episcopatus sui solio causa indicta expulisti, unaque cum eo Christum abegisti. Ac beatus quidem ille Joannes vitam hanc finiit, fide retenta et dubitationis quasi procella quadam vacillantibus D stabilitis, sed idem sæculis nunquam finiendis deliciarum et voluptatis inexhaustæ vitæque perpetuæ hæreditatem adiit. E diverso nova ista Dalila, quate paulatim novacula imposturæ rasit, multorum ex ore prolectam exsecrationem sibi arcessivit, fascem peccatorum gravem portatuque difficillimum colligavit, eumque pristinis suis atrocibus ac plurimis delictis adjecit. Idcirco equidem minimus omnium, ut cui creditum commissumque sit solium illius magni apostoli Petri, teque illamque a participatione sacrorum Christi Dei nostri mysterio

ρίλου κατὰ τοῦ ἁγίου μελετηθείσαις διαβολαῖς προκατείληπτο. Ἡ μέντοι Εὐδοξία τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον ἠρέθισε κατὰ τοῦ χρυσορρήμονος· καὶ τάδε εἰποῦσα· « Πάντα μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν ἐστὶν, ὁ δὲ Ἰωάννης οὗτος δι' ἔχθρας τέ μοί ἐστι καὶ τὰ ἔσχατα εἰς ἡμᾶς ἐξυβρίζει. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δόξαν τινὰ πρεσβεύει τῆς Ἐκκλησίας ἀπᾴδουσαν. Ἐφ' ᾧ καὶ δίδωμί σοι πᾶσαν ἐξουσίαν, ὥστε σύνοδον ἀθροῖσαι καὶ τοῦ θρόνου δικαίως αὐτὸν καθελεῖν. » Τούτων ἀκούσας Ἐπιφάνιος εἶπεν· « Εἰ μὲν οὖν αἵρεσιν ἔχει τινὰ, ἄλλου τοῦτο λόγου ἐστίν· εἰ δὲ ὅτι κακῶς ὑμᾶς ἔλεξε, παρὰ ταύτην δὴ μόνον αἰτίαν Ἰωάννην ἐκκήρυκτον δέδοκται γενέσθαι τῆς Ἐκκλησίας, Ἐπιφάνιον ὑμῖν οὐχ ἕξετε συναινοῦντα. » Ταῦτα δὲ ἡ Εὐδοξία πρὸς τὸν διαληφθέντα ἔλεγεν ἅγιον, ἐπεὶδὴ διαφορὰν ἔμαθέ τινα συμβῆναι ἀνὰ μέσον αὐτῶν. Ὁ μέντοι θειότατος Ἰωάννης ἐκ δευτέρου ἐξορισθεὶς καὶ ἀπαχθεὶς εἰς Κουκουσὸν κἀκεῖσε τρία ἔτη καὶ μῆνας β' ποιήσας ἀπηνέχθη εἰς Ποτιούς, κἀκεῖθεν ἀπαίρει πρὸς Κύριον, ἐπισκοπεύσας ἐντεῦθα ἔτη ε' καὶ μῆνας ς'. Ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ πάπας Ῥώμης Ἰννοκέντιος γράφει πρὸς Ἀρκάδιον καὶ τάδε (80)· « Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ σοῦ, βασιλεῦ, ὡς ποτε Ἄβελ τοῦ δικαίου κατὰ τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάϊν, καὶ παντὶ τρόπῳ ἐκδικηθήσεται. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο πέπραχας, ἀλλὰ καὶ ἐν καιρῷ εἰρήνης διωγμὸν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καὶ τῶν ἱερέων αὐτοῦ συνεστήσω, ἐξέωσας τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον τοῦ θώκου τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ ἀκρίτως, συνδιώξας αὐτῷ τὸν Χριστόν. Ἀλλ' ὁ μακάριος Ἰωάννης τὸν βίον κατέλιπε, τὴν πίστιν τηρήσας καὶ στηρίξας τοὺς σαλευομένους. Ἀλλ' εἰς ἀλήκτους αἰῶνας τὴν ἀδάπανον τρυφὴν καὶ ἀθάνατον ζωὴν ἐκληρονόμησεν. Ἡ δὲ νέα Δαλιλὰ, ἡ κατὰ μικρὸν τῷ ξυρῷ τῆς πλάνης δεσμεύσασα φορτίον ἁμαρτημάτων βαρὺ καὶ δυσβάστακτον. Διὸ ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος, ὁ πιστευθεὶς τὸν θρόνον τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Πέτρου, ἀφορίζω σέ τε κἀκείνην τῆς μεταλήψεως τῶν ἀχράντων μυστηρίων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀλλὰ καὶ πάντα κληρικὸν τολμήσαντα μεταδοῦναι ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἀναγνῶτέ μου τὸν πεμφθέντα σύνδεσμον, ὑπὸ καθαίρεσιν εἶναι. Ἀρσάκιον δὲ, ὃν εἰσάγετε εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς ἀντὶ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου, καὶ μετὰ θάνατον καθαιροῦμεν σὺν πᾶσι τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφήσεται ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις· ἀνάξιος γάρ ἐστιν ὡς μοιχεύσας τὴν ἐπισκοπήν. Προστιθέαμεν δὲ τῇ καθαιρέσει Θεοφίλου ἀφορισμὸν καὶ ἀναθεματισμὸν καὶ τελείαν ἀλλοτρίωσιν τοῦ Χριστιανισμοῦ. » Τούτων ἀκούσας Ἀρκάδιος ἀντιγράφει πρὸς Ἰννοκέντιον· « Πάντες ἄνθρωποι ἴσασιν οἱ εὖ φρονοῦντες ὅτιπερ

(80) Falsas esse Innocentii papæ pro Chrysostomo ad Arcadium litteras, ejusdemque imperatoris Arcadii ad Innocentium responsionem, atque ab imperito quodam fabulatore suppositas, docet omnis temporum illorum historia, quam per singulos annos in Chronicis nostris historico et chronico digessimus.

rum secludo et arceo. Præterea clericos omnes, qui ea vobiscum ausi fuerint ab eo tempore communicare quo colligationem et vinculum hoc meum resciveritis, ordine moveo. Consimiliter Arsacium, quem in solium episcopatus loco magni Joannis illius substituistis, etiam post mortem cum omnibus qui cum ipso commercium habuerunt ordine movemus, neve perscribatur ejus nomen sacris in tabulis vetamus. Hoc enim indignus est honore, ut qui episcopatum adulterio quasi commisso polluerit. Atque huic nostræ de his ordine movendis sententiæ Theophili segregationem, exsecrationem, absolutam denique Christianorum a cœtu exclusionem adjungimus. » Quas litteras ubi recitari Arcadius audivisset, in hæc verba Innocentio rescripsit: « Norunt omnes homines mentis compotes commissa per ignorationem nec divinitus nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. **260** Quod quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem nos nihil eorum cognitum habuisse quæ nostris antistitibus et clericis acciderunt, cujus rei testem benignum illum Deum imploramus. Nimirum purus et innocens sum, quod ipsorum condemnationem attinet; quippe cum eorum communione sim usus, causæ nihil erat quamobrem eos affligerem. Quod autem attinet filiam tuam Eudoxiam, scito me illi parum moderate pro ratione delicti mercedem retulisse. Quo sane factum est ut ex eo mœrore ac angustia difficili gravissimaque correpta ægritudine decumbat. Igitur, quod superest, enixe te obsecro ut nos a segregatione liberes nec multipliciter punias; nec enim ipse Dominus idem ob delictum bis hominem percutit. » Ad hasce litteras Innocentius in hunc modum respondit: «Studium diligentiamque vestram Dei præscripto et voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis, accepimus et probavimus. Quapropter sacris a vinculis soluti ad signa Dominica confirmatis animis accedite. » Hanc ob causam sollicite cogitare cœpit Arcadius quo pacto virum sanctum magnam hanc in urbem reduceret.

A τὰ κατὰ ἄγνοιαν γινόμενα οὔτε Θεὸς οὔτε νόμοι κολάζουσιν· ἀλλ' οὐδέ τις ὑπὲρ ἑτέρου δίκην εἰσπράττεται. Ὅθεν ταῦτα γέγραφα πληροφορῶν τὴν ὑμετέραν πραότητα ὡς ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ οὐκ ἔγνων τι τῶν συμβάντων τοῖς ἡμετέροις ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, ἀλλ' ἀθῶός εἰμι τοῦ κρίματος αὐτῶν· εἰ γὰρ ἦμην συμμέτοχος αὐτῶν εἰς τοῦτο, οὐκ εἶχον τούτους κακῶσαι. Περὶ δὲ τῆς σῆς θυγατρὸς Εὐδοξίας γνῶθι ὅτι καὶ αὐτῇ ἀνταπέδωκα κατὰ τὸ σφάλμα αὐτῆς οὐ μετρίως, ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης λύπης καὶ θλίψεως ἐν ἀῤῥωστίᾳ βαρυτάτῃ κατακεῖσθαι αὐτήν. Παρακαλῶ λοιπὸν ἵνα τοῦ ἀφορισμοῦ λύσῃς ἡμᾶς καὶ μὴ ἐκδικήσῃς πολλαχῶς· οὐ γὰρ πατάξει Κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. » Πρὸς ταῦτα καὶ πάλιν Ἰννοκέντιος· « Ἀπεδεξάμην ὑμῶν τὴν κατὰ Θεὸν σπουδήν, ἥνπερ διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀνεδείξασθε. Ὅθεν τῶν ἱερῶν δεσμῶν ἀνεθέντες ἐν τοῖς δεσποτικοῖς συμβόλοις προσέλθετε ἐῤῥωμένοι. » Ταύτῃ τοι καὶ δι' ἀφροντίδος ὁ Ἀρκάδιος ποιεῖται τὴν τοῦ ἁγίου πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἐπάνοδον.

Rebus autem humanis exempto Arcadio, filius ejus Theodosius, qui ab elegantia scripturæ, qua pulcherrime libros exarabat, Calligraphus nuncupatus fuit, annos 33 imperavit. Cum equo conscenso profecturus aliquo foret, una cum ipso collapsus equo fatoque functus est. Deiparæ templum in Chalcopratiis exstruxit, quod antea collegium et conventiculum Judæorum erat. Itidem urbis murum longius extendit. Ingens sub ipso terræ motus exstitit, quo et muri et magna pars urbis corruerunt, durante per omnem vicinum agrum hac succussione soli totos tres menses. Itaque patriarcha Proclo et imperatore discalceatis supplicationes instituentibus, accidit ut puer quidam abriperetur in aera et rationem hymni sanctissimi concinendi edoceretur; quo facto ira divina sedata fuit. Eodem tempore Judæus quidam paralyticus, cum baptizatus esset, sanitatem corporis recuperavit. Proclus ille patriarcha, cujus modo mentionem faciebamus, Cyzici primum episcopus erat designatus; cujus ab urbis civibus non admissus Cpolis factus est antistes. Exstitit his ipsis annis impius ille Nestorius, quod cum aliis sex opinionis consortibus aiebat se duum trium ve mensium Deum probare non posse. Hic Nestorius cum jam ordine sacro fuisset motus, Joannes Antiochenus episcopus ad concilium venit, graviterque offensus quod absque auctoritate sua Nestorius ordine dejectus fuisset

C Μετὰ δὲ Ἀρκαδιον ἐβασίλευσε Θεοδόσιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Καλλιγράφος, ἔτη μβ'. Οὗτος ἐξελθὼν ἱππασθῆναι καὶ συμπεσὼν τῷ ἵππῳ τὸν βίον τελευτᾷ. Οὗτος τὸν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις τῆς Θεοτόκου ναὸν ἔκτισε, πρότερον ὄντα συναγωγὴν Ἰουδαίων. Ἀλλὰ καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως παρεξέβαλεν. Ἐφ' οὗ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, ὥστε πεσεῖν τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ πολὺ μέρος αὐτῆς. Ἐπεκράτει δὲ ὁ σεισμὸς καὶ κατὰ πᾶσαν χώραν μῆνας τρεῖς. Τότε δὴ τότε τοῦ πατριάρχου Πρόκλου καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀνυποδέτων λιτανευόντων, συνέβη παιδίον ἁρπαγῆναι καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον μυηθῆναι, καὶ οὕτω τὴν θείαν στῆναι ὀργήν. Τότε καὶ Ἰουδαῖος παράλυτος βαπτισθεὶς ὑγιὴς εὑρέθη. Ὁ μέντοι διαληφθεὶς πατριάρχης Πρόκλος ἐν Κυζίκῳ χειροτονεῖται πρότερον καὶ μὴ δεχθεὶς παρὰ τῶν ἐκεῖσε χειροτονεῖται ἐνταῦθα. Ὁ δὲ δυσσεβὴς Νεστόριος σὺν ἓξ ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἔλεγεν ὅτι Διμηναῖον καὶ τριμηναῖον οὐ δύναμαι λέγειν Θεόν. Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχείας μετὰ τὴν τοῦ Νεστορίου καθαίρεσιν καταλαβών, καὶ λυπηθεὶς ὅτι χωρὶς αὐτοῦ καθῃρέθη Νεστόριος, παραλαβὼν τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπισκόπους, ἐν οἷς καὶ Θεοδώρητος, Κύρου καὶ Ἴβας ὁ Ἐδέσσης, καθαίρεσιν ὑπαγορεύει τοῦ μεγάλου Κυρίλλου.

adjuncns sibi quibusdam episcopis, quos secum habebat **261** et in iis Theodoreto Cyrensi, Edesseno Ibæ, magnum illum Cyrillum loco movendum pronuntiat.

Ἴλ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ Πουλχερία λαβεῖν ἄνδρα οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῆς παρθενίαν τῇ Θεοτόκῳ ἀνέθετο. Αὕτη καὶ τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς Θεοτόκου ἐδείματο. Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι ἡ τοῦ βασιλέως κυρὰ Εὐδοκία θυγάτηρ ἐγένετο φιλοσόφου τινὸς ἐξ Ἑλλάδος ὄντος. Οὗτος δὲ τελευτῶν τοῖς μὲν τρισὶν υἱοῖς ἀφῆκε πᾶσαν τὴν περιουσίαν αὐτοῦ, περὶ δὲ ταύτης εἶπεν· « Ἀθηναΐδι τῇ ποθεινοτάτῃ μου θυγατρὶ ἀφίημι νομίσματα ρ'· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῇ ἡ τύχη αὐτῆς. » Ἴλ μέντοι Ἀθηναΐς μηδὲ ταῦτα τὰ ρ' λαμβάνυσα καταλαμβάνει τὴν μεγαλόπολιν, ἐκδίκησιν ὥστε λαβεῖν. Καὶ οὕτω διὰ τὴν αὐτῇ παροῦσαν εὐπρέπειαν τοῦ βασιλέως γυνὴ ἐχρημάτισεν. Ὅθεν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς, ἐλθόντας ὕστερον πρὸς αὐτὴν, εἶπεν· « Εἰ μὴ ὑμεῖς ἠδικήσατέ με, οὐκ ἠναγκαζόμην ἐλθεῖν ἐνταῦθα καὶ βασιλεῦσαι. » Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ βασιλέως σκανδαλισθέντος ἐπ' αὐτῇ διὰ τὸν Παυλῖνον (ἑώρακε γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ πάμμεγα μῆλον ἐκεῖνο, ὅπερ πένης μὲν αὐτῷ τῷ βασιλεῖ δῶρον ἤνεγκεν, ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τὴν δέσποιναν αὖ μετεκόμισεν) ἐξήτησεν αὐτὴ ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ δὴ καὶ ἀπῆλθε καὶ ἐξαίσιά τινα ἐποίησε καὶ τὰ ἐκεῖσε τείχη ἔκτισεν, ὡς ἐν αὐτῇ πέρας λαβεῖν τὸ Δαυϊτικὸν ἐκεῖνο ῥητὸν τὸ λέγον· « Ἀγάθυνον, Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου τὴν Σιών, καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ. » Ἀλλὰ καὶ τελευτῶσα ἔλεγε μηδὲν τῷ Παυλίνῳ συνιδεῖν, εἰ καὶ φιλοτίμως εἶχε πρὸς αὐτὸν οὐ μικρῶς ἅτε συνεργήσαντα, ἡνίκα Πουλχερία τῷ Θεοδοσίῳ δοῦναι ταύτην πρὸς λέχους κοινωνίαν ἐφρόντιζεν.

A Habuit Theodosius imperator sororem Pulcheriam, quæ nubere viro noluit, sed virginitatem suam Deiparæ consecravit. Eadem Pulcheria Deiparæ templum in Blachernis condidit. Scito autem, dilecte fili, dominam Eudociam, conjugem hujus imperatoris, cujusdam e Græcia philosophi filiam fuisse. Cum is vita decederet, universas facultates tribus filiis legavit, de hac vero filia dixit : « Athenaidi filiæ meæ dulcissimæ 100 aureos relinquo : nam ei fortuna sua sufficiet. » Verum Athenais, ne 100 quidem illis aureis acceptis, Cpolim se confert, ut adversus fratres hæreditatis causa jus suum persequeretur. Atque hac occasione tandem imperatori propter formæ venustatem, qua insigni præstabat, nupsit. Cumque deinceps fratres ad eam B venissent : « Nisi vos, inquit, injuriam me affecissetis, non fuissem coacta me huc conferre ac imperio potiri. » Accidit deinde ut vir quidam pauper imperatori pomum insigni magnitudine loco muneris offerret. Hoc imperator ad dominam cum detulisset eique donasset, non multo post oblatum ab ea Paulino conspexit. Ea de causa cum imperatrici offensus esset, ea sibi fieri potestatem Hierosolyma proficiscendi petiit, et impetrata re discessit. Fecit istic quædam insignia et admiranda, mœnibus urbis inter cætera exstructis, adeoque in ipsa Davidicum illud oraculum finem habuit : « Benefac, Domine, per Eudociam (Latine *benignitatem* dixeris) tuam Sioni, et muri Hierosolymæ instaurentur. Cum moreretur, nihil se sibi de Paulino consciam esse dixit, nisi quod hominem magnifecerit et in prætio habuerit propterea quod non parum id temporis adjumenti attulisset, cum se Pulcheria Theodosio fratri dare tori consortem moliretur.

Ὅσην δὲ ὁ Θεοδόσιος οὗτος κεκρυμμένην ἀρετὴν ἐκέκτητο, δῆλον ἐντεῦθεν. Μοναχός τις ἔτη μ' δουλεύσας ὡς δεῖ τῷ Θεῷ ὑπέλαβέ τι μέγα περὶ ἑαυτοῦ, καὶ ζητεῖ μαθεῖν ἐν ποίᾳ τάξει κέκτηται αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ μανθάνει ὅμοιος εἶναι Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ Ἀπαίρει λοιπὸν πρὸς αὐτὸν, καὶ ζητεῖ μαθεῖν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. Καὶ ὁ βασιλεὺς πολλὰ μὲν αὐτῷ ἀπεκάλυψεν ἕτερα, οἷον ξηροκοιτίαν (81), ἐνδυμενίαν τρίχινον, ἀποχὴν γυναικὸς, νηστείαν, ἐλεημοσύνην, δικαιοπραγίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὁ δὲ μοναχὸς ἀπαρεσκόμενος δῆθεν τοῖς ἀπαριθμηθεῖσιν, ἐδιάζετο τὸν βασιλέα εἰπεῖν καὶ εἴπερ τι ἕτερον μεῖζον τῶν εἰρημένων κέκτηται. Καὶ ὃς ἔλεγεν ἐν ἡμέρᾳ ἱππικοῦ θεάτρου καθῆσθαι μὲν ἐν τῷ συνήθει τόπῳ αὐτοῦ, μὴ ἐνατενίζειν δὲ τῷ θεάτρῳ, καλλιγραφεῖν δὲ πρὸς τούτοις, καὶ οὕτω τὴν ζωὴν αὐτοῦ ταῖς ἰδίαις χερσὶ συγκρατεῖν. Τούτων ἀκούσας ὁ μοναχὸς τοσαύτην ἐδέξατο ἔκπληξιν ὡς καὶ ἑαυτὸν ἀγαπῆσαι, ὅτι τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν ἀνθρώπῳ συντέτακται.

C Cæterum in hoc Theodosio quantum latentis et occultæ virtutis exstiterit, vel hinc colligi potest. Erat quidam solitariæ vitæ sectator, qui cum Deo 40 totos annos ita serviisset ut decet, magnam de se quamdam opinionem conceperat. Itaque cognoscere cupiebat quonam se loco Deus haberet. Significatur ei divinitus imperatori Theodosio parem esse. Quapropter ad imperatorem se confert, illius quanta virtus foret explorare nititur. Ei permulta patefacit imperator, verbi gratia quod aridis tantum cibis degustatis cubaret, quod aspera uteretur interula, quod abstineret ab uxoris amplexibus, quod jejunaret, quod benignitatem exerceret in pauperes, quod justitiæ rationem in actionibus suis haberet, aliaque talia. Cum hæc enumerata parum monacho satisfacerent, imperatorem fateri D **262** coegit, num quid his majus ab ipso præstaretur. Tum imperator : « Quibus, ait, diebus equestrium certaminum spectacula exhibentur, equidem consueto loco sedeo, verum oculos in ipsa spectacula defixos non habeo. » Præterea fassus est se libros eleganter ac munde describere, atque hoc pacto suismet laborantem manibus vitam sustinere.

(81) Leunclavius vertit ξηροκοιτίαν, *aridis tantum cibis degustatis cubationem* : quid si ad χαμευνίας potius respexerit, aut duram in assere, storea, matta, aut nuda humo cubandi rationem,

Quibus auditis tantopere monachus obstupuit, ut homini comparatus fuisset.

Idem Theodosius usque adeo fraudis expers erat et simplex, ut si quis ad eum chartam detulisset in qua perscriptum aliquid esset, litteris ei rubris continuo subscriberet, nequaquam examinans quænam essent in eo perscripta quidve sibi vellent. Quapropter hac etiam in parte fratrem corrigere volens admirabili virtute prædita Pulcheria chartam conficit, et in ea perscribit ejusmodi quiddam, quasi videlicet imperator ei donet imperatricem ancillæ mancipiique locos Deinde chartam imperatori porrigit, rogat eam rubris litteris subscriptis approbet. Quod petit, impetrat : chartam recipit, tanquam mancipium aliquod imperatricem abducit. Eam rem eum imperator ægerrime ferret, scripturam illa profert imperatoriam, cujus auctoritate se hoc in imperatricem juris habere diceret. Tum vero negotium intellexit imperator, et ex eo tempore suum in iis rebus erratum non parum emendavit.

Ὁ μέντοι Θεοδόσιος οὗτος τοσοῦτον ἦν ἀπόνηρός τε καὶ ἄπλαστος, ὡς εἴ τις χάρτην αὐτῷ γεγραμμένον ἔφερε, γράμμασιν αὐτὸν ἐρυθροῖς εὐθέως ἐσημειοῦτο, μὴ κατεξετάζων ὁποῖα δὴ τὰ γεγραμμένα καὶ τίνος εἰσὶ δυνάμεως. Ἡ οὖν θαυμαστὴ Πουλχερία θελήσασα κἀν τούτῳ διορθώσασθαι τὸν ἄνακτα, πλάττεται χάρτην ὡς αὐτοῦ δῆθεν βασιλέως οἰκέτιν αὐτῇ τὴν βασιλίδα χαριζομένου, εἶτα δίδωσιν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ, καὶ δέεται γράμμασιν ἐρυθροῖς τὸν τοιοῦτον ἐνσημανθῆναι. Γίνεται ταῦτα· λαμβάνει τὸν χάρτην, κἀντεῦθεν ἔχει τὴν βασιλίδα καθάπερ δούλην τινά. Δυσχεράναντος οὖν ἐπὶ τούτῳ τοῦ βασιλέως, ἐκείνη τὸ γράμμα προβάρε τὸ βασίλειον, κἀκεῖθεν ἔλεγεν αὐτὴν ἐπὶ τούτῳ δικαιοῦσθαι. Συνῆκε τὸ ῥᾶμα ὁ βασιλεύς, κἀντεῦθεν οὐ μικρὰν ἐπὶ τῷ σφάλματι δέχεται τὴν διόρθωσιν.

los deponit, eaque ratione marito non oculos solum conservavit, verum etiam imperium est Iargita Constantinus autem imperator tres cum filias haberet, prima quidem tonso capillo se mundo abdicaverat. tertia vero Argyropuli nuptias aspernabatur. Quapropter alteri jungitur, cui Zoe nomen erat; eoque facto imperator designatur. Obtinuit imperium annis quinque. Fuerunt ejus initia præclara et laudabilia. Nam Magnæ Dei ecclesiæ sancivit in annos singulos dari debere de thesauris imperatoriis auri libras octoginta. Allelengyo quoque sublato et abolito, præsidia diminuit, aliaque talia non pauca præstitit. Die mensis Octobris 31 sideris cujusdam ab occasu versus orientem pergentis conspecta est diffusio, prorsus illo ipso die quo Romanus exercitus cladem non exiguam accepit, duce Michaelo Spondyle, magnæ illius Antiochiæ præfecto. Præterea largi terram imbres diluvio quodam operuerunt, qui ad Martium usque mensem perdurarunt, amnibus passim extra suas ripas effusis, et concavis locis per aquas restagnantes sic obrutis ut omnia propemodum animalia cum fructibus terræ creditis perirent. Unde proximo anno fames gravis est consecuta, simulque Romano, ceu dictum est, exercitui adversus ille casus in Syria contigit. Eodem tempore prodigium quoddam in solo Thracensium accidit, propter radices Cuzinæ montis, ubi fons est aquæ limpidæ ac pellucidæ. Juxta hunc fontem vox quædam miserabilis exaudiebatur, ejulatibus et lamentis permista, quæ væ sæpius repeteret ac ploratum ederet lamentationi muliebri consimilem. Neque semel hoc aut iterum accidit, sed continuos dies et noctes a Martio mense ad Junium usque duravit. Cumque nonnulli speculatum accessissent eum locum, unde vox edebatur, alio ejulatus isti migrarunt. Significabat autem, ceu credi par est, portentum hoc cladem Romanorum in Cœlesyria non ita pridem acceptam. Etenim Nicephorus imperator urbes Syriæ Phœniciæque plurimas imperio Romano recuperaverat, et ab eo parta successor ipsius Joannes Zimisches confirmarat, imperio Damascum usque prolatato. Basilius autem, qui post utrumque potitus est imperio, partim a bellis intestinis impeditus, partim vexandis Bulgaris occupatus, res Orientis nullo modo recte munire poterat, sed quasi per imaginationem solam eo trajecerat animum, **313** moxque suo ab instituto resilierat, studio tantum uno eoque perpetuo intentus, ut Bulgarorum nationem sub jugum mitteret. Hoc modo metu soluti prorsus Orientales, quibus viis libertatem pristinam recuperarent, secum ipsi dispiciebant. Atque hanc defectionem sub Basilio quidem illi moliebantur, licet occulte rem tractarent: verum Constantino rem publicam negligenter administrante, Saraceni nemine prohibente citra metum omnem urbium præsidia oppugnabant, et longe lateque cuncta percurrendo populabantur. Hoc ergo res in statu cum forent, Romanus imperator adversus Saracenos copias edu-

eit; cumque jam Philomilium usque pervenisset, legati Berrhœa missi accesserunt, qui peterent ut eorum misereretur, paratorum ad subeundam servitutem pristinam tributaque pendenda. Verum Romanus, quod nobile facinus aliquod in hac contra Syriam expeditione superiorum imperatorum exemplo cogitaret edere, non admissis legatis adversus eos recta perrexit, cum quidem secum nequaquam expendisset aquæ illis in locis penuriam, quodque Saraceni propemodum æstivo tempore minus inhiberi se patiantur, corporibus utentes ad perferendos calores assuefactis. Itaque manus cum eis conserit, tantaque strage cæditur imperator quanta vix dicendo possit exponi. Accepta clade Antiochiam revertitur, exercitu graviter ex intestinorum morbo laborante ac siti misere vexato. Nec his contenti Saraceni Romanos iterum aggrediuntur, tantaque cæde grassantur in eos ut imperator ipse vix salvus evaderet.

νατα. Ὑποστρέφει πρὸς Ἀντιόχειαν, τοῦ στρατοῦ χιλιαχῷ συαχεθέντος νοσήματι καὶ τῷ δίψει κακωθέντος. Ἐπιτίθενται καὶ αὖθις αὐτοῖς οἱ Σαρακηνοί, καὶ τοσοῦτον φθόρον ἐποίησαν ὥστε καὶ τὸν βασιλέα μόλις διασωθῆναι.

Secundum hæc Romanus emptam Triacontaphylli domum in monasterium, cui a Deipara nomen inditum, commutavit; atque sub hoc prætextu non parum subditos afflixit et vexavit, materiem convehere coactos. Præterea columnarum Magnæ ecclesiæ ac Blachernarum capita splendide argento et auro exornavit.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου, συντρίψας τῇ προφάσει ταύτῃ τὸ ὑπήκοον καὶ κακώσας ἐν ταῖς τῶν ὑλῶν μεταχομιδαῖς. Καταλαμπρύνει δὲ καὶ τὰ κιονάκρανα τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν Βλαχερνῶν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ.

Venit ad imperatorem Romanum magnis cum muneribus etiam Amer Chalepitæ filius, pacem renovari petens, simulque pristinorum tributorum persolutionem promittens. Ejus rei conficiundæ causa Theophylactus protospatharius est abiegatus, Atheniensis patria, qui fœdus ictum confirmavit. Eodem tempore circa secundam noctis horam trajectio sideris a meridie versus septemtriones accidit, quo tellus universa fuit collustrata. Neque magno temporis interjecto spatio, quæ Romanis calamitates adversæque res contigissent, imperatori nuntiatum fuit. Arabes enim Mesopotamiam depopulati sunt ad ipsam usque Melitenam; et Patzinacæ trajecto Istro Mysiam inclementer omnino tractarunt. Allata quoque tunc est Domini nostri Jesu Christi epistola, **314** manu ipsiusmet scripta et ad Augarum loci cujusdam dominum missa. Erat autem imperator hic inprimis omnium bonorum operum studiosus. Ædificia pauperibus alendis destinata, quæ a terræ motu succussa graviterque lasa fuerant, prorsus instauravit. Tandem morbo lento corripitur, quo durante capilli capitis ejus et barbæ defluxerunt, petitus, uti quidem ferebatur, veneno ab Joanne, qui tum pupillorum alumni munere fungebatur. Nam Joannes ille quia prius etiam quam Romanus imperio potiretur minister ipsius fuerat, magnam apud eum potentiam et auctoritatem habebat, ex quo imperare cœperat. Erant illi fratres aliquot, nimirum Michaelus, Nicetas, Constantinus et Georgius. Ex iis Constantinus ac Georgius itidem, ut et Joannes, castrati circulatoriam artem exercebant. Sed deinceps omnes in familiaritatem imperatoris opera Joannis fratris pervenerunt. Cum autem Zoe videret Romanum se pro homine casto gerere, moleste studium hoc illius institutumque ferens, ut quæ carneis pruritibus incalesceret, in Michaelum Joannis fratrem, de quo diximus, non sine amoris affectione oculos conjicere cœpit, quod esset is facie venustissima præditus; cumque clandesti-

Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν μετὰ δώρων πολλῶν ὁ τοῦ Χαλεπίτου υἱὸς Ἄμερ, ἐξαιτῶν ἀνανεῶσαι τὴν εἰρήνην καὶ τοὺς πρόσθεν παρέχειν φόρους. Καὶ δὴ στέλλεται Θεοφύλακτος πρωτοσπαθάριος ὁ Ἀθηναῖος, καὶ τὰς σπονδὰς ἐβεβαίωσε. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ περὶ δευτέραν ὥραν τῆς νυκτὸς χύσις ἐγένετο ἀστέρος ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς ἄρκτον πᾶσαν τὴν γῆν περιαστράψαντος. Ἐφ' ᾧ καὶ μετὰ μικρὸν ἀγγέλλονται τὰ κατασχόντα τὴν Ῥωμαίων ἀτυχήματα, Ἄραβες λῃσάμενοι τὴν Μεσοποταμίαν ἄχρι Μελιτηνῆς, Πατζινάκαι δὲ τὸν Ἴστρον διαβάντες καὶ τὴν Μυσίαν κακῶς διαθέμενοι. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ἡ ἰδιόγραφος ἐπιστολὴ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ πρὸς Λύγαρον πεμφθεῖσα τὸν τοπάρχην, ἐστάλη πρὸς τὸν βασιλέα. Οὗτος μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς πάντων ἐπεμελεῖτο τῶν ἀγαθῶν, τὰ ὑπὸ σεισμοῦ κακῶς παθόντα πτωχοτροφεῖα παντάπασιν ἀνανεούμενος. Εἶτα νόσῳ χρονίᾳ βάλλεται καὶ τριχορρυεῖ γένυν τε καὶ τὴν κόμην, κατεργασθείς, ὥς φασιν, ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ τηνικαῦτα ὀρφανοτρόφου. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰωάννης καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ὑπηρέτει τῷ Ῥωμανῷ. Ταύτῃ τοι καὶ τοῦ κράτους ἐπιβάντος αὐτοῦ μεγάλην δύναμιν ἔσχεν. Ἦσαν δὲ τῷ Ἰωάννῃ καὶ ἕτεροι ἀδελφοί, Μιχαὴλ, Νικήτας, Κωνσταντῖνος καὶ Γεώργιος. Ἀλλ' ὁ μὲν Κωνσταντῖνός καὶ Γεώργιος σὺν τῷ Ἰωάννῃ εὐνοῦχοι ὄντες ἀγυρτικὴν μετῆσαν τέχνην, ἀλλὰ διὰ τοῦ Ἰωάννου πάντες οὗτοι τῷ βασιλεῖ ᾠκειώθησαν. Ἡ μέντοι Ζωὴ τὸν Ῥωμανὸν ὁρῶσα βίον ὑπερχόμενον σώφρονα, καὶ ἀπαρεσκομένη τῷ πράγματι σφαδασμοῖς ἅτε σαρκικοῖς ὑποθερμαινομένη, ἐρωτικὸν ἐνορᾷ πρὸς τὸν διαλιφθέντα Μιχαὴλ, εὐπρεπέστατον τὴν ὄψιν ὑπάρχοντα, καὶ οὕτω κρυφίως αὐτῷ ἐπεμίγνυτο. Ἐφ' ᾧ καὶ κατεργάζεται ὁ βασιλεὺς ἅτε τῆς βασιλίδος τὸν Μιχαὴλ εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον σπευδούσης ἀναγαγεῖν. Βραδυθυμάτοις δὲ φαρμάκοις κατεργασθείς, καὶ χρόνον συχνὸν κείμενος κλινοπετής, ὅλῃ ψυχῇ ἐπεκαλεῖτο τὸν θάνατον. Κατὰ δέ γε τὴν μεγάλην πέμπτην τὰς ῥύγας τῶν συγκλητικῶν ποιησάμενος, καὶ ἐπιθυμήτας λούσασθαι

κατὰ τὸ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ βαλανεῖον, καὶ εἰσελθὼν οἰκτρῶς ἀποπνίγεται ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Μιχαὴλ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ λουτροῦ. Κατὰ ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα μηνύεται ὁ πατριάρχης Ἀλέξιος ὑπὸ τοῦ βασιλέως δεῦθεν Ῥωμανοῦ. Ἀλλ' ὁ πατριάρχης ἐλθὼν αὐτὸν μὲν εὑρίσκει νεκρόν, ἡ δὲ βασιλὶς Ζωὴ ἐν τῷ χρυσοτρικλινίῳ προκαθίσασα ἐξάγει τὸν Μιχαὴλ, καὶ καταναγκάζει τὸν πατριάρχην ἱερολογῆσαι τοῦτον αὐτῇ. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τῷ πράγματι ἐκπλαγεὶς τὴν ἱερολογίαν, ὡς εἰκὸς, ἐνεδοίαζεν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Ἰωάννης σὺν τῇ Ζωῇ ν' μὲν χρυσοῦ λίτρας τῷ πατριάρχῃ, ν' δὲ ὁμοίως τῷ κλήρῳ ἐπιδοὺς ἔπεισε ἱερολογίας ἀξιῶσαι αὐτούς. Καὶ ὁ μὲν Ῥωμανὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ ἐκκλησίᾳ θάπτεται τῆς περιβλέπτου.

A nam cum eo consuetudinem habuisset, operam dedit ut imperator e medio tolleretur, in hoc solum intenta, ut Michaelum ad imperatoriam dignitatem eveheret. Romanus venenis lentum exitium afferentibus confectus, ubi diuturno tempore in lectulo decubuisset, toto pectore nihil expetebat aliud quam ut hac vita fungeretur. Denique magna quinta feria distributis in patres conscriptos muneribus, quas rogas vocant, cum magni Palatii balneum lavandi causa ingressus fuisset, a Michaeli sociis in balnei labro miserabiliter suffocatur. Eadem nocte Alexius patriarcha Romani imperatoris nomine in regiam arcessitur, quam ingressus imperatorem exstinctum invenit; Zoe vero imperatrix in aureo triclinio sedens Michaelum producit, et patriarcham adigit ut eum sibi maritum sacris precibus conceptis jungeret. Patriarcha rei novitate perculsus, sacrasne preces illas eis impertiretur, non abs re dubitabat. Quapropter Joannes et Zoe quinquaginta libris auri patriarchæ totidemque clero donatis persuaserunt homini ut matrimonium ipsorum consecraret. Romanus in dedicata ab se spectatissimæ ecclesia sepelitur.

Κρατεῖ δὲ ὁ Μιχαὴλ σὺν τῇ Ζωῇ ἔτη ζ'. Ἀλλ' ἡ Ζωὴ αὕτη ἐλπίζουσα τῷ Μιχαὴλ ἀντὶ δούλου κεχρῆσθαι ἀστοχεῖ τοῦ σκοποῦ. Ὁ γὰρ Ἰωάννης ὁραστήριος ὢν, καὶ δεδιὼς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, πάντας μὲν τοὺς προσόντας αὐτῇ θαλαμηπόλους, καὶ μὴν καὶ τὰς οἰκειοτάτας θεραπαινίδας ἐξ αὐτῆς ἀποσπᾷ, καὶ οὐδὲ τὸ τυχὸν παρ' αὐτῆς ἐνεργεῖται εἰ μή γε κατὰ γνώμην Ἰωάννου. Οὗτος μὲν οὖν καὶ τὸ ὑπήκοον ἑξημέρου παντοίως καὶ πάντα μετεχειρίζετο. Ὅτι δὲ τὰ γεγονότα οὐκ ἀρεστὰ ἦν τῷ Θεῷ, δέδεικται καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῶν· κατὰ γὰρ τὴν ια' ὥραν τῆς ἁγίας μεγάλης Κυριακῆς χάλαζα κατηνέχθη ἀφόρητος καὶ γενναία, ὡς συντριβῆναι μὴ μόνα τὰ δένδρα, τά τε κάρπιμα καὶ τὰ ἄκαρπα, ἀλλὰ δὴ καὶ οἰκίας κατοπεσεῖν καὶ ναούς. Γέγονε δὲ καὶ χύσις ἀστέρος κατὰ τὴν μετὰ τὸ Πάσχα Κυριακὴν, περὶ ὥραν τρίτην τῆς νυκτὸς, τῇ ὑπερβολῇ τῆς λαμπρότητος τοὺς ἀστέρας πάντας ἀποκαλύψαντος ὡς καὶ ἥλιον ἀνατεῖλαι δοκεῖν· ὁ μέντοι βασιλεὺς ἐλήφθη δαιμονίῳ, ὃ καὶ σεμνολογοῦντες οἱ περὶ τοῦτον μανικὴν ἀπεκάλουν νόσημα. Καὶ παρέμεινε τὸ τοιοῦτον ἄχρι τέλους τῆς αὐτοῦ βιοτῆς.

B Ejus loco Michaelus imperare cœpit cum conjuge Zoe annis septem, quæ cum se Michaelo mancipii loco speraret usuram, instituto ac spe sua frustrata est. Joannes enim Michaeli frater, vir industrius et rerum gerendarum peritus, qui fratris incolumitati **315** metueret, omnes Zoæ cubicularios una cum ancillis ipsi maxime familiaribus ab ea removit, ne minimum quidem aliquid citra voluntatem et arbitrium suum ab ea geri permittens. Idem subditorum animos variis modis blande tractando fratri conciliabat, et omnium administrationem in se suscipiebat. Non tamen ea quæ in Romanum commissa fuerant, grata Deo fuisse, de ipsis initiis imperii Michaeli certis argumentis colligi poterat. C Nam hora undecima sacrosanctæ magnæ Dominicæ grandine tam intolerabili pluit, ut non arbores tantum frugiferæ sterilesque confringerentur, sed domus etiam cum templis dejectæ corruerent. Præterea sideris trajectio, Dominica post Paschatis festum, hora tertia noctis accidit; cum quidem id sidus amplitudine fulgoris sui cunctorum aliorum siderum luminibus officeret ac sol ipse oriri videretur. Itidem imperator malo correptus est genio, quam rem familiares ipsius honestiore vocabulo tegentes insaniam quamdam animi vocabant. Neque malum hoc ipsum ante finem vitæ missum fecit.

Κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ καὶ τοιοῦτόν τι συνέβη ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων. Βαράγγων διεσπαρμένων γυναῖκά τις ἐγχωρίαν εὑρὼν ἐπ' ἐρημίας ἐπειρᾶτο τῆς σωφροσύνης αὐτῆς, ἣς δὲ οὐκ ἔπειθε, καὶ βίαν ἤδη ἐπῆγεν. Ἡ δὲ τὸν ἀκινάκην σπασαμένη τοῦ ἀνδρὸς παίει κατὰ καρδίαν τὸν Βάραγγον, καὶ εὐθὺς ἀναιρεῖ. Τοῦ δὲ ἔργου διαδοθέντος ἐν τῇ περιχώρῳ, συναθροισθέντες οἱ Βάραγγοι τήν τε γυναῖκα στεφανοῦσι καὶ τὴν ἅπασαν οὐσίαν τοῦ βιαστοῦ ταύτῃ διδόασι, κἀκεῖνον ἄταφον ῥίπτουσι.

Accidit eo imperante Thracensium in finibus hujusmodi quiddam. Dispersis per illam regionem in hiberna Barangis, forte quidam mulierem indigenam in solitudine nactus ei stuprum inferre conatus est. Ea vero ipsiusmet acinace correpto in cor Barangum ferit ac statim interficit. Quod factum ubi per viciniam innotuisset, coivere Barangi cæteri, mulierique coronatæ facultates illius omnes, qui pudicitiæ ipsius afferre vim voluerat, donarunt, cadaveri militis citra sepulturæ honorem abjecto.

Τότε δὴ καὶ σεισμοῦ γενομένου κακῶς ἔπαθε τὰ Ἱεροσόλυμα, τεθνηκότων ἀνθρώπων πολλῶν ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ οἰκιῶν συμπτώμασι, σειομένης τῆς γῆς ἄχρις ἡμερῶν μ'. Τῷ δέ γε Σεπτεμβρίῳ

Tunc et Hierosolyma terræ motu misere afflicta fuit, quod in ipsis templorum ædiumque ruinis ingens hominum multitudo opprimeretur, terra diem ad quadragesimum usque succussa. Anno

mundi 6543, indictione tertia, columna ignea versus ortum conspecta est, vertice ad meridiem inclinante; quo ipso die Saraceni Myra ceperunt, aliæque nonnullæ calamitates Romanis acciderunt. Cæterum Michaelus imperator delictum in Romanum suum per omnem vitam deplorare non desinebat, ac Deum bonis operibus, monasteriis condendis, benignitate in egentes placabat. Ea vero protuissent illi, si quidem abjecisset imperium, cujus gratia molitus ea facinora fuerat, et adultera repudiata privatus peccatum suum deplorasset. Nunc ille nihil horum agens, sed Zoæ consuetudine utens, imperium mordicus retinens, de pulchris bonis in speciem beneficia quædam præstans, eoque pacto veniam se consecuturum sperans, numen divinum et mentis expers et injustum esse putabat, quod alienis opibus redimi pœnitentiam pateretur.

μηνὶ, ἔτους ἕκτου καὶ ἐξακισχιλιοστοῦ τεσσαρακοστοῦ τρίτου, ἰνδικτιῶνος τρίτης, πυρὸς ἐφαίνετο στῦλος κατὰ τὴν ἑῴαν, τὴν κορυφὴν κεκολπημένην φέρων πρὸς μεσημβρίαν· καθ' ἣν ἡμέραν καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ἦραν τὰ Μύρα, καὶ ἄλλα δὲ δεινὰ πολλὰ συνέβησαν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Μιχαὴλ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἀποκλαιόμενος ἦν τὴν εἰς τὸν Ῥωμανὸν ἁμαρτάδα, τὸν θεὸν ἱλασκόμενος δι' ἀγαθουργιῶν καὶ κτίσεως μοναστηρίων, καὶ ἄλλας δὲ πρὸς τούτοις πράξεις ἐτέλει χρηστάς. Αὗται δὲ ἀνύσιμοι ἂν ἦσαν, εἰ τὴν βασιλειάν τε ἀπέῤῥιψε δι' ἣν τὰ τοιαῦτα κακὰ, καὶ εἰ τὴν μοιχάδα ἀπώσατο καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀπεκλαίετο τὴν ἁμαρτίαν. Τούτων δὲ μηδὲν πεπραχὼς, ἀλλ' ἐκείνῃ συνὼν καὶ τῆς βασιλείας ἀντεχόμενος, κἀκ τῶν δημοσίων καὶ κοινῶν τὰς δοκούσας εὐπορίας ἀποπληρῶν, κἀντεῦθεν νομίζων τυχεῖν συγχωρήσεως, ἀνόητον διελογίζετο τὸ θεῖον καὶ ἄδικον, ἀλλοτρίοις χρήμασιν ὠνούμενος τὴν μετάνοιαν.

316 Eodem tempore terræ motum in Bucellariis hiatus subsecuti sunt, quibus integræ quinque villæ sunt absorptæ. Parum etiam abfuit quin eo Nicephorus præses, imperatoris Constantini eunuchus, illis in locis degens periret: verum præter spem evitato periculo, rasus vitæ solitariæ se dedit. Cum autem magna quoque siccitas incidisset ac totis sex mensibus non pluisset, supplicatum est a fratribus imperatoris, Joanne sacrum mantile, magno domestico scriptam ad Augarum Christi epistolam sacrasque cunarum fasrias gestantibus; peditesque a magno palatio usque ad Blachernas processerunt. Sed tantum abfuit ut plueret, ut etiam ingens grando delata vehementi cum impetu tam arbores quam tegulas urbis comminueret. Michaelus ubi malo a genio pejus in dies exagitaretur, in quasvis regiones et insulas presbyteris quidem singulis numinos aureos binos, monachis vero unum misit, licet irrito studio, quod malum augescceret ac morbus aquæ intercutis accederet. Quamobrem Thessalonicam profectus imperator ibidem degebat, et ad egregii martyris victorisque certaminum Demetrii sepulcrum assiduo versabatur, ut eo malo liberaretur: quippe de mundanis rebus omnino sollicitus non erat quod eas Joannes ipsius frater administraret. Interea continuo Deus orbem universum quassabat, quem alia quoque terriculamenta formidolosum reddebant, in cœlo cometarum exortus, in aere venti et impetuosæ pluviæ, in terra succussiones gravesque commotiones; quæ omnia portendebant non multo post eorum finem appeturum qui tum rerum potiebantur. Imperatoris quidem frater Joannes magistratus venales habebat, et malis infinitis orbem terrarum implebat. Nam ipsius quoque culpa factum est ut Bulgari a Romanis deficerent: quippe Basilius imperator species quasdam fructuum a Bulgaris exigi debere tributi nomine voluerat, quem morem et Samuëlus ipsorum rex observavérat: Joannes autem hac exactione in aurum commutata Bulgaris occasionem defectionis præbuit.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ σεισμοῦ γενομένου χάσματα γεγόνασιν ἐν Βουκελλαρίοις, καὶ κατεπόθησαν χωρία πέντε. Ἔνθα καὶ Νικηφόρον πρόεδρον τὸν Κωνσταντίνου βασιλέως εὐνοῦχον διατρίβοντα μικροῦ δεῖν κινδυνεῦσαι συνέβαινεν ἄν, διαφυγόντα δὲ παρ' ἐλπίδα τὸν κίνδυνον ἀποκαρῆναι μοναχόν. Τηνικαῦτα δὲ καὶ αὐχμοῦ γενομένου ὡς ἐπὶ μῆνας ἓξ μὴ καταβρεχθῆναι ὑετὸν, λιτανείας ἐποίησαν οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοὶ, καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης τὸ ἅγιον ἐβάσταζε μανδήλιον, ὁ δὲ μέγας δομέστικος τὴν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰ ἅγια σπάργανα. Καὶ πεζοὶ ὁδεύσαντες ἀπὸ τοῦ μεγάλου παλατίου ἀφίκοντο μέχρι τῶν Βλαχερνῶν. Οὐ μόνον δὲ οὐκ ἔβρεξεν, ἀλλὰ καὶ χάλαζαι παμμεγέθεις καταῤῥαγεῖσαι συνέτριψαν τά τε δένδρα καὶ τοὺς κεράμους τῆς πόλεως. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, καταπτοούμενος ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἐπὶ πλέον, ἔπεμψεν ἐν τοῖς θέμασι καὶ ταῖς νήσοις τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἀνὰ νομίσματα β', τοῖς δὲ μοναχοῖς ἀνὰ νομίσματα ἕν· ἐπὶ πλέον τὸ κακὸν ἐπετείνετο, συνεπιλαβομένης καὶ νόσου ὑδρωπικῆς. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς διέτριβε τῇ Θεσσαλονίκῃ ὡς τὰ πολλὰ, προσλιπαρῶν τῷ τάφῳ τοῦ καλλινίκου Δημητρίου τοῦ πάθους ἕνεκεν· τῶν γὰρ κοσμικῶν πραγμάτων οὐδαμῶς ἐφρόντιζεν, ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου τούτων διοικουμένων. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ συνεχῶς τὴν οἰκουμένην ὁ Θεὸς ἔσειε, καὶ δείματα κατεῖχον αὐτὴν, ἐν οὐρανῷ μὲν κομητῶν ἐπιτολαὶ, ἄνεμοι ἐνκέριοι καὶ ὄμβροι ῥαγδαῖοι, ἐν γῇ δὲ βρασμοὶ καὶ κλόνοι· ἃ δὴ καὶ προεμήνυον τὴν μετ' οὐ πολὺ γενησομένην τῶν κρατούντων καταστροφήν. Ὁ τοιοῦτος δὲ Ἰωάννης ὠνίους τὰς ἀρχὰς ποιούμενος μυρίων κακῶν τὴν οἰκουμένην ἐνέπλησε. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοὺς Βουλγάρους ἀντιστῆναι πεποίηκε· τοῦ γὰρ Βασιλείου ἐν εἴδεσί τισι τὴν ἀπαίτησιν ποιουμένου καθὰ δὴ καὶ ὁ Σαμουὴλ, ὁ Ἰωάννης οὗτος διὰ νομισμάτων ἐδασμοφόρει αὐτοὺς, ὅθεν καὶ εἰς ἀποστασίαν ἐχώρησαν.

Tandem Michaelo vita functo, tanquam hæreditario jure universa potestas ad Zoen imperatricem

Τοιούτῳ δὲ τέλει χρησαμένου Μιχαὴλ, τὸ πᾶν πρότερον κράτος ὡς εἰς κληρονόμον τὴν Ζωὴν

Ζωήν. Αὕτη δὲ διαλογισαμένη ὡς οὐκ ἄν ποτε τὰ A κοινὰ διεξάγειν μόνη δύναιτο, τὸν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ὁμώνυμον ἀνεψιὸν, Καίσαρα ὄντα, πρὸς δὲ καὶ δραστήριον εἶναι δοκοῦντα, εἰσποιητὸν προσλαμβάνει υἱὸν, καὶ βασιλέα τοῦτον ἀναγορεύει, κρατήσαντα δὲ ὡσεὶ μῆνας δ', ὅρκοις πρότερον αὐτὸν καταδεσμήσασα ὡς κυρίαν ἔχειν αὐτὴν καὶ μητέρα καὶ μὴ παρεμποδίζειν ἐφ' οἷς ἂν καὶ ὅπως διαπράττεσθαι βούλοιτό. Καὶ αὐτὸν δὲ πρότερον ὀρφανοτρόφον ἐκποδὼν ἐποιήσατο, καὶ Κωνσταντῖνον ὡσαύτως τὸν δομέστικον τῶν σχολῶν τῆς ἀρχῆς ἀπαστέρησε. Κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν καθ' ἣν ἀνεδεῖτο τῷ διαδήματι ὁ Μιχαὴλ, σκοτώσει καὶ ὀλιγωρίᾳ λιφθεὶς ἐγγὺς ἦλθέ που πεσεῖν, μόλις δὲ ἀναλαμβάνεται μύροις καὶ ἀρώμασι. Καὶ ὃς αὐτίκα δωρεαῖς περιποιεῖται τὴν σύγκλητον. Μεταπέμπεται δὲ τῆς ἐξορίας καὶ Κωνσταντῖνον τὸν δομέστικον, καὶ οὕτω δὴθεν ἐν βεβαίῳ δόξας ἑστάναι παρευθὺς πίπτει. Γράμμασι γὰρ τοῦ ὀρφανοτρόφου καὶ βουλαῖς τοῦ δομεστίκου, λεγόντων μὴ πιστεύειν τῇ βασιλίδι, ὡς ἂν μὴ πάθοι ὅσα δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Ῥωμανὸς γοητείαις ἅτε παρ' αὐτῆς κατεργασθέντες, διεγείρεται καὶ ἐπιβουλὴν κατ' αὐτῆς μελετᾷ. Θέλων δὲ καὶ τὸν λαὸν ἰδίαν, εἴπερ εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτὸν διάκειται, καὶ οὕτως ἐπιχειρῆσαι τῇ ἐπιβουλῇ, κελεύει γενέσθαι προέλευσιν. Ἐφ' ᾗ καὶ πάντας ἰδὼν ὡς εἰ δυνατὸν καὶ τὰς ψυχὰς προΐέναι χάριν τιμῆς αὐτοῦ καὶ λαμπρότητος, ἅπτεται τῆς ἐπιβουλῆς. Νυκτὸς οὖν κατασπᾷ τοῦ θρόνου καὶ ἐξορίζει αὐτὴν εἰς Πρίγκιπον, κελεύσας τοῖς ἀποκομίζουσι καὶ τὰς τρίχας αὐτῆς ἀποκεῖραι καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτὰς ἀγαγεῖν. Γίνεται ταῦτα, καὶ ἀναφορὰ διὰ τοῦ ἐπάρχου τῷ λαῷ ἀναγινώσκεται ἐν τῷ τοῦ Κωνσταντίνου φόρῳ, περιέχουσα ὅτι Κακόνους ἡ Ζωὴ περὶ τὴν βασιλείαν μου εὑρεθεῖσα ἐξορίζεται παρ' ἐμοῦ· ὑμεῖς δὲ εἴπερ εὐνοϊκῶς διάκεισθε πρός με, μᾶλλον ἀξιωθῆτε τιμῶν. Καὶ παραχρῆμα φωνὴ ἐξακούεται οὕτω λέγουσα· « Ἡμεῖς σταυροπάτην Καλαφάτην βασιλέα οὐ θέλομεν, ἀλλὰ τὴν κληρονόμον καὶ μητέρα ἡμῶν Ζωήν. » Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐβόων· « Ἀνασκαφείη τὰ ὀστᾶ τοῦ Καλαφάτου. » Καὶ λαβόντες τὰ παρατυχόντα ξύλα παρὰ τοῦ ἐπάρχου φέρονται· καὶ ὃς φυγῇ χρησάμενος μόλις διεσώζετο. Ὁ δὲ λαὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν καταλαβὼν ἐδυσφήμει καὶ μάλα τὸν βασιλέα, ἀνεκαλεῖτο δὲ τὴν Ζωὴν ὅλῃ ψυχῇ. Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸ παλάτιον ἔρχονται, καταγαγεῖν τὸν βασιλέα βουλόμενοι. Ὃς καὶ πτοηθεὶς ἦγαγε τὴν Ζωὴν, καὶ ἀποδύσας αὐτὴν τὰ μοναχικὰ βασιλικοῖς ἐκόσμησε περιβλήμασιν. Εἶθ' οὕτως τῷ λαῷ ἐκμηγορήσας καὶ μηδὲν ἀνύσας (ὕβρεσι γὰρ μᾶλλον ἐπλύνετο καὶ λίθοις καὶ τόξοις ἐβάλλετο), ἔγνω δεῖν ἐν τῇ μονῇ Στουδίου ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ δομέστικος οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ γενναίως ἀντιστῆναι παρέπεισε καὶ ἢ ὑπερισχῦσαι ἢ βασιλικῶς ἀποθανεῖν. Ἑτοιμάζονται ὡς εἶχον δυνάμεως. Τριχῇ οὖν οἱ τοῦ δήμου διαιρεθέντες, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ περὶ τὸν Μιχαὴλ, κατ' ἀλλήλων ἐχώρουν. Ἔνθεν τε καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου πίπτει λαὸς, οὐκ

Zoen. Ea vero cum deliberatione secum habita non posse se solam administrare rem publicam animadverteret, imperatoris Michaeli cognominem et sororis filium, qui Cæsar designatus erat et industrius aptusque rebus gerendis esse videbatur, adoptatum sibi adjungit, ac filium imperatoremque renuntiari curat. Præfuit rebus menses ad quatuor. Priusquam imperio potiretur, Zoe sacramentis eum obstrinxit, ut polliceretur se loco dominæ ac matris eam habiturum, nec ulla re futurum impedimento quominus illa quæ vellet, **317** quoque pacto collibitum esset, omnia gereret. Prætera Joannem pupillorum alumnum ab administratione mox ab initio removit, Constantino quoque domestico scholarum magistratu abrogato. Michaelus ea ipsa, qua diademate cingebatur, hora oculorum caligatione ac vertigine correptus parum abfuit quin collaberetur, vixque tandem unguentis et aromatibus refectus est. Corona potitus mox largitionibus sibi senatum conciliat. Cumque Constantinum domesticum ab exsilio revocasset, seque jam in tuto consistere putaret, subito corruit. Persuasus enim Joannis pupillorum alumni litteris et domestici consiliis, qui dicerent fidem imperatrici non habendam, ne usuvenirent eadem ipsi quæ Michaelus et Romanus perpessi fuissent, quos illa veneficiis sustulisset, excitari se contra illam passus est, ut ejus vitæ insidiaretur : cumque populi quoque tentare vellet animos, ut cognosceret an illius aliqua foret in se benevolentia, qua perspecta struere pergeret insidias, processum publicum institui jubet, in quo cum eam in omnibus alacritatem cerneret, ut si fieri posset, etiam animas ac vitam pro ipsius honore dignitateque profunderent, ad moliendas insidias sese comparat. Itaque noctu solio dejectam principum ablegat ubi exsularet, imperato deportantibus ut capillos ei raderent et eosdem ad se deferrent. His ita gestis, præfectus urbis actorum relationem ac populum de scripto nomine imperatoris in Constantini foro verbis hujusmodi recitat : « Zoen, quod eam imperio meo malitiose insidiatam esse deprehenderem, solum vertere jussi. Vos, siquidem in benevolentia erga me perstiteritis, honores consequemini. » Tum vero vox quædam hujusmodi subito exaudita est : « Nos proculcatorem crucis Calaphatem imperatorem habere nolumus, sed Zoen matrem nostram et imperii hæredem. » Clamatum etiam inter alia : « Evertantur ossa Calaphatæ. » Mox correptis saxis et quibusvis lignis præfectum urbis petunt ; qui arrepta fuga vix saluti suæ consulere potuit. Inde occupato templo conviciis populus imperatorem gravissimis proscindebat, totoque animi studio Zoæ nomen inclamabat. Utque deturbarent imperatorem, ad palatium contendebant. Is vero metu perculsus Zoen in populi conspectum adductam et monastico habitu exutam imperatorio rursus amictu exornavit. Deinde ad populum concione habita, « ea nihil obtinuisset quæ cum ea ante

contumeliosis eum dicys aspergebant et saxis sagitisque petebant), in Studii mansionem cedendum statuit. At vero Constantinus scholarum domesticus id eum facere non sinebat, sed hortabatur ut animo forti et generoso semet opponeret, ac vel obtinendam **318** esse victoriam statueret vel imperatorie occumbendum. Hoc modo pro viribus utrinque instructi, tripertitis agminibus tam populares quam Michaeli defensores contra se invicem tendebant. Itaque de populo numerus haud exiguus A ὄλίγος, ἄοπλοι ὄντες καὶ πρὸς ξίφη παρατασσόμενοι. Πίπτουσιν οὖν ὡσεὶ χιλιάδες τρεῖς. Οἱ μέντοι πολῖται διὰ τὸ πλῆθος ὑπερισχύσαντες καὶ τὰς πύλας τοῦ παλατίου ἐκρήξαντες ἐντὸς εἰσέρχονται, καὶ αὐτίκα τὸ ἐν σεκρέτοις χρυσίον ἁρπάσαντες καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ὁρμῶσιν. Ὡς δὴ καὶ ἀπογνοὺς φυγὰς πρὸς τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου ἔρχεται, καὶ σὺν τῷ θείῳ αὐτοῦ ἀποκείρεται.

cæsus est, nimirum ad millia tria; quod inermes ipsi armatis opponerentur. Ad extremum tamen cives ob multitudinem superiores facti palatiumque perfractis foribus ingressi sunt. Cumque mox aurum in secretis repositum diripuissent, adversus imperatorem perrexerunt; qui rebus omnino desperatis ad Studii mansionem fuga se contulit et cum avunculo suo rasus est.

Ita rursus imperatrix Zoe cum sorore Theodora præficitur, quæ ubi populo gratia initio egisset B ejus benevolentiæ nomine quam erga se declarassent, continuo Michaelum inquiri debere visum fuit. Populo autem voces hujusmodi magnis clamoribus ingeminante: « in crucem agatur, oculis spolietur, » Zoe quidem miseratione commoveri erga ipsum videbatur, Theodora vero præfectum urbis ac vulgus hominum concitabat ut ad quærendum utrumque cursim pergerent. Eos illi cum adesse persentiscerent, in adyta templi confugere, sed irrito conatu: nam inde abrepti pedibusque per forum tracti, jussu Theodoræ in loco qui Sigma dicitur excæcati sunt. Ab eo tempore cum germana sorore Theodora Zoe propemodum uno mense rem publicam et senatum administrabat magna cum laude; cum efficeret ut more pristino C abolito magistratus ubique sine pretio concederentur, qui venales antea fuerant.

Hinc deliberatum quo pacto Zoe cuidam matrimonio legitimo jungeretur, qui per id conjugium ad culmen imperatorium perveniret. Cogitabat autem illa Constantino nubere, qui Artoclines vocabatur; erat enim is formæ venustate præstans, et cum Zoe clanculum consuescere perhibebatur. Sed Constantinum uxor legitima veneno propinato de medio sustulit, non quod maritum odisset, sed quod ejus consuetudine se deinceps carituram videret. Hoc ubi accidisset, Monomachum imperatrix ab exsilio revocat, quem Joannes orphanotrophus exsilio multaverat et Mitylenæ se continere D jusserat: nam vulgo rumor diditus fuerat, futurum ut aliquando ille imperaret. Id Scylitzes de Monomacho memoriæ prodidit. Ab aliis hoc quoque perscriptum est, submotis a gubernatione qui rerum antea potiebantur, imperatricem e Lesbo Monomachum arcessivisse, relegatum eo jussu Michaeli, quod cum imperatrice rem habere diceretur. Et quanquam prius a periculo amittendi oculos parum abfuerat, tamen nunc revocatus matrimonio Zoæ legitimo copulatur, sacras preces ac vota concipiente **319** novæ Romæ presbyterorum principe, anno mundi 6550. Exordium imperii præclarum edidit, quod annis duodecim administravit. Rerum quidem bellicarum prorsus igna-

Προκάθηται οὖν καὶ αὖθις ἡ βασιλὶς Ζωὴ σὺν τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς Θεοδώρᾳ. Καὶ πρῶτα μὲν εὐχαριστεῖ τῷ λαῷ δι' ἣν ἐνεδείξαντο πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν, ἔπειτα δὲ καὶ σκέψις περὶ τοῦ Μιχαὴλ γίνεται. Τοῦ δὲ λαοῦ, « Σταυρωθήτω, τυφλωθήτω, » ἀναβοῶντος, ἡ μὲν Ζωὴ συμπαθὴς αὐτῷ κατεφαίνετο· ἡ δὲ Θεοδώρα τὸν ἔπαρχον καὶ τὸ πλῆθος πρὸς αὐτοὺς πείθει δραμεῖν. Ὡς οὖν ἐκεῖνοι τῆς παρουσίας ἥσθοντο τοῦ λαοῦ, εἰς τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ καταφεύγουσιν. Ἀλλ' ἐκεῖθεν ἁρπάζονται καὶ διὰ τῶν ποδῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ σύρονται, κατὰ δέ γε τὸ Σίγμα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκτυφλοῦνται, ὡς ἡ Θεοδώρα ἐνέσκηψεν. Ἔκτοτε οὖν κρατεῖ ἡ Ζωὴ σὺν τῇ αὐταδέλφῃ αὐτῆς Θεοδώρᾳ ὡσεὶ μῆνα ἕνα. Κἀντεῦθεν ἡ σύγκλητός τε καὶ τὸ κοινὸν διῃτᾶτο καλῶς, ἀπριάτων τῶν ἀρχῶν ἁπανταχοῦ τελουμένων καὶ μὴ ὠνίων, ὡς πρίν.

Γίνεται σκέψις ὥστε βασιλεῖ νομίμως τὴν Ζωὴν συζευχθῆναι. Καὶ ἡ μὲν ἀγαγέσθαι ἔθελε Κωνσταντῖνον τὸν λεγόμενον Ἀρτοκλίνην· ἦν γὰρ καὶ τὸ εἶδος εὐπρεπής, ἐλέγετο δὲ καὶ πλησιάζειν αὐτῇ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἡ σύνοικος, οὐχὶ μισοῦσα μέλλουσα δὲ αὐτοῦ στερεῖσθαι, τοῦ βίου ἐξάγει φαρμάκοις. Ἔνθεν τοι καὶ τὸν Μονομάχον ἀπὸ τῆς ἐξορίας μεταπέμπεται, παρὰ τοῦ ὀρφανοτρόφου τὴν Μιτυλήνην κατακριθέντα οἰκεῖν· ἐφημίζετο γὰρ παρὰ πάντων ὡς ἐγκρατὴς ἔσται τῆς βασιλείας. Καὶ οὕτω μὲν τῷ Σκυλίτζῃ περὶ τοῦ Μονομάχου διείληπται, λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῶν κρατούντων ἤδη παρελθόντων Λεσβόθεν τῇ βασιλίδι μετεπέμπετο· ἐξώρατο γὰρ ἐκεῖθεν παρὰ τοῦ Μιχαὴλ ἅτε τῇ βασιλίδι συμφθείρεσθαι λεγόμενος. Ἐπανακέκληται οὖν, εἰ καὶ σβεσθῆναι παρὰ μικρὸν τὰς κόρας ἐκινδύνευε. Συνάπτεται οὖν τῷ Μονομάχῳ νομίμως ἡ Ζωή, τῆς ἱερολογίας γενομένης παρὰ τοῦ πρώτου τῶν πρεσβυτέρων τῆς νέας, ἐν ἔτει ,ςφν'. Καὶ τηνικαῦτα προοιμίων ἀγαθῶν ἀπάρχεται, κρατήσας ἔτη ιβ'. Ἦν μὲν γὰρ ἀδαὴς, ὡς φασι, τὰ πολεμικὰ, τοσοῦτον δὲ μεγαλοπρεπὴς καὶ μεγαλόδωρος ὡς πάντας ἐπαπολαῦσαι τῶν χαρίτων αὐτοῦ. Κατ' ἐκεῖνον δὴ τὸν καιρὸν ἐφάνη κομήτης ἀπὸ τῆς ἑῴας πρὸς τὴν δύσιν τὴν πορείαν ποιούμενος, καὶ ἐωράτο μῆνα ὅλον λάμπων. Προσμήνυε δὲ οὗτος

μετὰ ἔτος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ φανεὶς τὰς μελλούσας γενέσθαι κοσμικὰς συμφοράς. Ὅρα γὰρ ὅτι μετ' οὐ πολὺ στάσις ἐν Σερβίᾳ γέγονε. Γράφει οὖν ὁ βασιλεὺς τῷ ἄρχοντι Δυρραχίου. Καὶ ὃς ἐπισυνάξας ὡσεὶ χιλιάδας ξ' εἰς Τριβαλῶν ἔρχεται, καὶ ἀνεπιστημόνως πάνυ τοῖς Σέρβοις προσβαλὼν ὡσεὶ χιλιάδας μ ποιεῖ ἐκεῖσε πεσεῖν καὶ στρατηγοὺς ζ'. Ἀλλὰ καὶ ὁ Μανιάκης Γεώργιος ἐν Ἰταλίᾳ διάγων (παρὰ γὰρ τοῦ Βασιλείου ἐκεῖσε προπεμφθεὶς ἔτυχεν), εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ καὶ τὰ παράσημα τῆς βασιλείας ἐνδύεται καὶ εἰς Σερβίαν ἔρχεται. Μανθάνει περὶ τούτου ὁ βασιλεύς, καὶ μὴ δυνηθεὶς διὰ γραμμάτων μεταποιῆσαι αὐτὸν, χεῖρα βαρεῖαν ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ· ποδάγρᾳ γὰρ ὁ βασιλεὺς συνεχόμενος καὶ παρὰ δεμνίοις ἀπαλοῖς κείμενος, δι' ἑαυτοῦ τοῖς τοιούτοις ἐφίστασθαι οὐκ ἠδύνατο. Ἱδόμενος οὖν ἐν τῷ Ὀστροβῷ συγχροτεῖται. καὶ αἰφνίδιον πίπτει τοῦ ἵππου ὁ Μανιάκης, πολλὰ πρότερον τοῦ στρατοῦ καταιρέχων. Τέμνεται τὴν κεφαλήν. Τῷ βασιλεῖ στέλλεται, καὶ μέγας ἐπὶ τούτῳ θρίαμβος γίνεται.

Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν καιρὸν καὶ οἱ Σκύθαι, τοῦτ' ἔστιν οἱ Ῥωσοί, διά τινα μικρὰν πρόφασιν κατὰ τῆς βασιλίδος ὁρμῶσι στόλῳ βαρεῖ. Καὶ ὁ βασιλεὺς ὑπαντιάζει αὐτοῖς ἔν γε τῷ φόρῳ, καὶ οἱ τραπέντες ἐπαλινόστησαν, συμβολῆς γενομένης πλοίων κατεαγέντων καὶ ὡσεὶ χιλιάδες δεκαπέντε περὶ τὴν γῆν ἐκπρασθέντων, εἰ καὶ κατά τινα κόλπον τριήρεις Ῥωμαϊκαὶ διώκουσαι τὰ αὐτὰ πεπόνθασι, τὸν ἀριθμὸν κ' καὶ δ' οὖσαι.

Ἐν ἔτει ,ϛφνβ', μηνὶ Μαρτίῳ θ', βουλεύεται ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων μ'. Γίνεται οὖν δημοσία πρόπομπή. ἔρχεται περὶ τὸν Χριστὸν τὸν χαλκοῦν. Καὶ τηνικαῦτα τὸ πλῆθος εἰς ἀποστασίαν χωρεῖ· φωνὴ γὰρ ἐκ μέσου αὐτοῦ ἐξεχύθη λέγουσα· « Ἡμεῖς τὴν Σκληραιναν βασίλισσαν οὐ θέλομεν, οὐδὲ δι' αὐτὴν αἱ μάγναι ἡμῶν αἱ πορφυρογέννητοι Ζωὴ καὶ ἡ Θεοδώρα θανοῦνται. » Ταραχθὲν οὖν ἐπὶ πλέον τὸ πλῆθος ἐζήτει τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι, καὶ φθόρος ἂν εὐθέως οὐκ ὀλίγος ἐγεγόνει, εἰ μή γε προκύψασαι ἄνωθεν αἱ βασίλισσαι τὴν τοῦ πλήθους ὀργὴν κατεστόρεσαν. Ἐφ' ᾧ καὶ ἄκων ὁ βασιλεὺς ἐν βασιλείοις ὑπο-

A rum fuisse perhibent, sed tamen liberalem ut omnes benignitatis ipsius fructum perciperent. Conspectus est id temporis cometa, qui ab oriente versus occidentem motu suo ferebatur totoque mense lucebat, altero post initum a Monomacho imperium anno. Portendebat autem calamitates illas mundi, quæ tunc imminebant. Quippe non ita multo post in Servia seditio concitata fuit, cujus compescendæ gratia litteras imperator ad Dyrrhachii præsidem dedit. Iis acceptis ille militum ad sexaginta millia cogit, et cum illis Triballorum regionem ingressus Serviosque parum prudenter adortus quadraginta hominum millia cum septem ducibus amittit. Præterea Georgius Maniaces, qui degebat in Italia, missus eo jampridem

B ab imperatore Basilio, defectionem molitus est; ac sumptis insignibus imperii ad Servios sese contulit. His rebus cognitis imperator, qui litteris ad Maniacem perscriptis ab instituto non posset hominem avertere, validam manum adversus eum misit. Etenim imperator podagræ morbo præpeditus et lecto affixus rebus hisce gerendis ipsemet adesse non poterat. Conserto autem ad Strobum prælio Maniaces ex equo subito lapsus est, et qui antea copias hostiles pervaserat, capite truncatus; quod imperatori cum missum fuisset, magnus eo nuntio triumphus institutus est.

Iidem Theophilus Eroticus, prætor Cypri, cum ea didicisset quæ Calaphatæ acciderant, resque Cpoli non parum habere turbarum cognovisset, ad seditionem Cyprios defectionemque sollicitando perpulit. Adversus eum misso imperator exercitu

C vivum hominem cepit, et sub triumphi specie in circo ductum, muliebri amictu indutum, omnibus denique facultatibus nudatum dimisit. Hoc tempore Alexius patriarcha naturæ debitum persolvit, in cujus locum Michaelus cognomento Cerularius, solitariæ vitæ sectator, est substitutus.

Sub eodem imperatore Scythæ quoque, qui Rossi sunt, de perexigua sane occasione magna classe urbem imperatoriam adorti sunt. Eis imperator in foro cum occurrisset, in fugam conjecti Rossi suam in patriam reverterunt. Etenim in conflictu eorum cum Romanis naves fractas haud paucas una cum quindecim fere millibus hominum amiserant. Idem tamen incommodi Romanis etiam triremibus, numero viginti quatuor, in sinu quodam

D maris accidit, dum navigia Rossorum incautius persequuntur.

320 Anno mundi 6552, ad diem septimum Id. Mart. imperator suo quodam consilio supplicationis causa ire decrevit ad sanctorum quadraginta martyrum ædem. Eo nomine publica processione instituta, cum ad Christi templum, quod est in Chalce, pervenisset, populus seditionem concitare cœpit. Auditaque vox est de media plebe quæ hujusmodi verba proferret: «Nos Sclerænam imperatricem non tolerabimus, neque matres nostras purpurigenas, Zoen ac Theodoram, ejus causa necari patiemur.» Hoc modo tumultu in plebe maximo concitato, ad necem imperator deposcebatur. Et secuta sane mox fuisset hominum cædes haud exi-

gna, ni de loco sublimi prospectassent imperatrices ac multitudinis iracundiam blande compescuissent. Hoc modo factum ut præter animi sententiam et invitus imperator in regiam reverteretur. Secundum hæc eum quædam aliæ curæ mundanæ excipiunt, atque inter motus et seditiones cæteras in Oriente coortas Leo quoque Tornicius, dignitate patricius Iberiæque prætor, tyrannidis affectatæ crimen subiit. Quapropter magistratu locoque suo motus raditur. Eam rem Leo parum æquo animo ferens, militibus Adrianopolitanis, præsertim iis qui ab imperatore contemptim habiti fuerant, aliisque nonnullis qui rerum novarum erant avidi, magno numero collectis, imperator renuntiatur, et mox suis cum copiis urbem imperatoriam versus properat. Ei cum imperator opponere non posset exercitum, quem satis magnum non habebat, nec civibus urbanis fideret, quos animo erga se parum benevolo esse nosset, litteris ad Constantinum, quem rebus in Iberia gerendis præfecerat, datis imperat ut relictis rebus omnibus quas istic in manibus habebat, quanto cum exercitu posset maximo, Cpelim sese conferret. Atque hoc quidem ille fecit; verum priusquam copiæ ad urbem accessissent, non parum Tornicius turbarum dedit, tantopere conclusos in urbe de castris suis oppugnans ut imperator ipse propemodum sagitta configeretur. Deinceps Arcadiopolim Tornicius cum suis est profectus, nec magno temporis interjecto spatio exercitus orientales affuerunt. Eis Jasita dux cum imperio præficitur, qui adversus auctorem defectionis movens suam illum in potestatem redigit. Hoc facto mox Leoni et Batazæ cuidam oculi eruuntur, reliquorum bona publicantur.

Ab eo tempore non desierunt in oriente Turci, ad occidentem Patzinacæ prædas agere ac Romanus bello petere. Tunc et Romanus Boilas sublimem ad dignitatis gradum subito fuit evectus. Nam cum festivus et urbanus esset, in notitiam imperatoris pervenit, et ab eo in pretio habitus consiliariis accensetur. Hinc tyrannidem affectans, **321** caute adjungit sibi quoscunque poterat. Sed his conatibus imperatori detectis, socii quidem conjurationis male accepti sunt, ipse vero exiguum ad tempus nonnihil statu suo deturbatus ad altiora rursum rediit. Hoc tempore princeps Ægypti elephantum et camelopardalim ad imperatorem misit. Conatus est etiam Monomachus Patzinacas prorsus e medio tollere. Quapropter copias undecunque contractas adversus illos misit. Verum ingenti a barbaris clade accepta rursus alium imperator exercitum collegit. Non tamen ad pugnam ventum, sed ictum utrinque fœdus in annos 30; quibus a bello abstineretur. Cum autem monasterium imperator, quod Mangana vocant, exstrueret et absque ulla parcimonia pecunias publicas expenderet, tantam ad egestatem pervenit ut nullam non camponandi rationem excogitaret et exactiones absurdas inquireret. Itaque nonnullos homines injustos ærario rei publicæ præfecit, qui curam ejus gererent; eoque pacto pecunias iniquis [illegible] accessionibus ac plas congessit. Præterea

στρέφει. Μετὰ δὲ ταῦτα φροντίσι κοσμικαῖς ὑποπίπτει. Καὶ ἄλλαι μὲν ἀλλαχοῦ κατὰ τὴν ἕω συμβαίνουσιν ἀντιστασίαι, καὶ Λέων δὲ Τορνίκιος πατρίκιος, ὁ στρατηγῶν ἐν Ἰβηρίᾳ, ἐπὶ τυραννίδι διαβάλλεται. Παραλύεται οὖν τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπεικείρεται. Ὁ δὲ μὴ εὐψύχως ταῦτα ὑπενεγκών, τοὺς ἐν Ἀδριανουπόλει καὶ μᾶλλον ὅσοι παρεωραμένοι καὶ ἄλλους τινὰς νεωτερισμοῖς χαίροντας οὐκ ὀλίγους ἐπισυνάξας, βασιλεὺς ἀναγορεύεται καὶ κατὰ τῆς βασιλίδος χωρεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ ἔχων ἀντιστῆναι ἅτε δυνάμεως ἱκανῆς ἀπορῶν, γράφει τῷ ἐν Ἰβηρίᾳ προβληθέντι Κωνσταντίνῳ, ὅτι μὴ δὲ τοῖς πολίταις ἐθάρρει ἅτε μὴ διακειμένοις εὐνοϊκῶς πρὸς αὐτόν, τὰ ἐν χερσὶ πάντα καταλιπεῖν καὶ μετὰ δυνάμεως ὅτι πολλῆς εἰς τὴν βασιλίδα καταλαβεῖν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε. Πρὸ δέ γε τοῦ ἐλθεῖν αὐτοὺς οὐ μικρῶς ὁ Τορνίκιος τὴν βασίλειαν διετάραξε, τοσοῦτον καταπολεμήσας ἐκ τῶν ἐκτὸς τοὺς ἐντὸς ὡς καὶ τὸν βασιλέα τόξου γενέσθαι παρὰ μικρὸν παρανάλωμα. Ἔκτοτε οὖν πρὸς Ἀρκαδίου πόλιν ἔρχεται. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἐξ ἑῴας τὰ στρατεύματα παρεγένετο. Στρατηγὸς οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰασίτης προβάλλεται. Κατὰ τοῦ ἀποστάτου χωρεῖ, χειροῦται αὐτόν· καὶ παρευθὺς αὐτὸν μὲν ἐκτυφλοῦσι καὶ Βατάτζην τινά, τοὺς δὲ λοιποὺς δημεύουσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ διέλιπον κατά γε ἀνατολὰς παρὰ Τούρκων καὶ κατὰ δύσιν παρὰ Πατζινακῶν λεηλασίαι καὶ πόλεμοι. Τότε καὶ Ῥωμανὸς ὁ Βοΐλας ὑψοῦται τὰ μέγιστα· ἀστεῖος γὰρ περὶ τὴν γλῶτταν ὢν καὶ εὐτράπελος γνωρίζεται τῷ βασιλεῖ, τιμᾶται, σύμβουλος καθίσταται. Εἶτα τυραννίδος ἐπιθυμεῖ, ὑπέρχεται καί τινας, ὅσους ἠδύνατο. Ἀλλ' ἐφοράθη ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ οἱ μὲν συνιόμενοι πάσχουσι κακῶς, αὐτὸς δὲ πρὸς μικρὸν ὑποκατιὼν πάλιν ἐπανάγεται. Τότε δὴ καὶ παρὰ τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος στέλλεται πρὸς τὸν βασιλέα ἐλέφας ζῶν καὶ καμηλοπάρδαλις. Τότε καὶ σπουδὴν ἔθετο τοὺς Πατζινάκας τέλεον ἀναλῶσαι. Στρατὸν οὖν πανταχόθεν ἐπισυνάξας ἐκπέμπει κατ' αὐτῶν. Ἀλλὰ μέγα συμβαίνει κατὰ Ῥωμαίων ἐκεῖθεν τὸ ἀτύχημα. Ὅθεν καὶ ἕτερον αὖθις συλλέγει στρατόν. Πλὴν σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους τίθενται καὶ τὰ τοῦ πολέμου λύονται μέχρι τριακονταετίας. Πρὸς τούτοις δὲ μοναστήριον τὰ Μάγγανα οἰκοδομῶν, καὶ ἀφειδῶς τοῖς χρήμασι χρώμενος, εἰς τοσαύτην ἤλασεν ἔνδειαν ὥστε καὶ πᾶσαν ἐπινοῆσαι διὰ τοῦτο καπηλείαν καὶ ἀτόπους εἰσπράξεις ἐφευρηκέναι. Φροντιστὰς οὖν ἀδίκου τοῦ δημοσίου ἐπιστήσας ἐξ ἀδίκων πόρων συνέλεγε χρήματα. Κατελύει δὲ καὶ τὸν Ἰβηρικὸν στρατὸν, ἀμφὶ τὰς ν' χιλιάδας ἀριθμούμενον, καὶ ἀντὶ στρατιωτῶν φόρους πολλοὺς ἀπὸ τῶν χωρίων ἐκείνων πορίζεται. Ἔνθεν τοι καὶ διὰ τὰς ἐκείνου κακίας καὶ ἀσωτίας τὰ τῶν Ἰουσίων

πράγματα εἰς τὸ κατόπιν χωροῦσιν, εἰ καί τινα τῶν αὐτοῦ μνήμης ὑπάρχουσιν ἄξια. Ἡ γὰρ τῶν Μαγγάνων μονὴ καὶ οἱ ξενῶνες καὶ τὸ ἐπὶ τῇ Μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ παρ' αὐτοῦ γεγονὸς ἐπαίνων οὐκ ἀμοιροῦσι. Διʼ ἐνδειαν γὰρ μὴ δυναμένης ἱερουργεῖσθαι, ἐν σαββατοκυριάκοις γὰρ καὶ ταῖς ἐπισήμοις τῶν ἑορτῶν, τοῦτο οὖν ἰδὼν αὐτὸς καθʼ ἑκάστην τοῦτο διὰ προσόδων γίνεσθαι ὠκονόμησε, φαιδρύνας αὐτὴν καὶ λαμπροῖς ἀναθήμασι.

A copiis Ibericis, quæ quinquaginta millibus hominum constabant, exauctoratis, militum loco de regionibus illis magna vectigalia collegit. Milites ubi dimissi fuissent, improbe nequiterque sese gerentes rem Romanam tanto detrimento affecerunt ut eæ pessum irent. Quæ tam tamen a Monomacho facta sunt digna quæ litterarum monumentis memoriæ prodantur. Nam illud, de quo diximus, monasterium, et excipiendis hospitibus exstructæ ades, et quod in Magna Dei ecclesia instituit, laudem merentur. Cum enim istic res sacra peragi propter inopiam reditnum non posset extra quam singulis Sabbatis, diebus Dominicis aliisque festis insignibus, imperator hoc animadverso proventibus certis constitutis effecit ut sacrum ibi singulis diebus perficeretur, ipsa etiam ecclesia splendidis donariis exornata.

Κατʼ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ (90) καὶ λοιμικὴ νόσος ἐπὶ τοσοῦτον ἐνέσκηψεν ὥστε τοὺς ζῶντας ἐκφέρειν τοὺς τεθνεῶτας μὴ δύνασθαι. Ἀλλὰ καὶ χάλαζα ῥήγνυται, μὴ ζῶα μόνον ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους αὐτοὺς ἀποκτείνουσα. Ὁ μέντοι βασιλεὺς τῇ συνήθει κακίστῃ νόσῳ, τῇ ποδάγρᾳ δηλονότι, κακουχούμενος ἔκειτο ἐν τῇ παρʼ αὐτοῦ δομηθείσῃ μονῇ. Ὡς δὲ καὶ διʼ ἕτερόν τι σύμπτωμα ὁ θάνατος ἤγγισεν, ὅ τε λογοθέτης, ὁ πρωτονοτάριος καὶ ὁ κανικλείου, σκεψάμενοι περὶ τούτου, στέλλουσιν ἀγαγεῖν Νικηφόρον τὸν πρωτεύοντα· ἔτυχε γὰρ τότε τὴν τῶν Βουλγάρων ἐζωσμένος ἀρχήν. Ἀλλὰ τοῦτο γνόντες οἱ τῇ Θεωδώρᾳ ὑπηρετούμενοι (ἡ γὰρ Ζωὴ προκατέλυσε τὸν βίον), εἰς τὸ παλάτιον αὐτὴν ἄγουσι καὶ ἀναγορεύουσιν αὐτοκράτορισσαν. Ἐφʼ ᾧ καὶ ἀποστείλαντες κατέσχον ἐν Θεσσαλονίκῃ τὸν πρωτεύοντα. Κἀκεῖθεν εἰς τὸ Θρᾳκήσιον ἄγουσι, καὶ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κουζινᾶ περιορίζουσιν. Ὁ μέντοι Μονομάχος ὀνήσκει καὶ παρὰ τῇ διαληφθείσῃ μονῇ θάπτεται.

B Exstitit hoc ipso Monomacho imperante tanta in urbe pestis, ut mortuis efferendis vivi non sufficerent. Grando quoque delapsa magno cum impetu non animalia modo, sed homines etiam interfecit. At imperator morbo sibi familiari, podagra nimirum, afflictus in exstructo ab se monasterio decumbebat. Cumque propter malum aliud quoque mors appeteret, logotheta cum protonotario et caniclei præfecto re deliberata, qui Nicephorum primatem arcesserent, mittit. Is Bulgaris cum imperio potestateque præerat. Verum famuli Theodoræ de hoc certiores facti (nam Zoe jampridem vita functa fuerat) eam in palatium deductam imperatricem renuntiarunt; missisque certis hominibus primatem Thessalonicæ interceptum abduci Thracesium curant et in Cuzinæ monasterium includi. Monomachus **322** autem mortuus in monasterio, quod ab ipso conditum fuisse diximus, sepelitur.

Κρατεῖ λοιπὸν ἡ Θεοδώρα ἔτος ἕν, καὶ τηνικαῦτα προβάλλεται δομέστικον τῶν σχολῶν ἕνα τῶν εὐνούχων αὐτῆς ἐπὶ τῷ ἀναστέλλειν τῶν Τούρκων τὴν καταδρομήν, παραλύσασα τῆς στρατοπεδαρχίας Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνόν. Ἔφθασε γὰρ ὁ Μονομάχος ἐκεῖσε διαπεράσας τὰς Μακεδονικὰς δυνάμεις. Ἦν οἷς ἦν στρατηγὸς καὶ Βρυέννιος· λόγος γὰρ παρὰ τοῖς Τούρκοις ἐφέρετο ὡς ὑπʼ ἐκείνων καταλυθήσονται μεθʼ ὧν ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς Πέρσας κατέλυσεν. Ὅλην τὴν ἐνδικτιῶνα θʼ τοῦ ,ςφξδʹ ἔτους βιώσασα ἡ βασιλὶς ἀπέθανεν, εἱλεοῦ νοσήματι περιπεσοῦσα. Οἱ δὲ ταύτης εὐνοῦχοι ἀναβιβάζουσι Μιχαὴλ γέροντα τὸν στρατιωτικὸν, ἀφιλῆ ἄνδρα ὄντα.

Imperium Theodora tenuit anno saltem uno, quod ubi occepisset, ex eunuchis suis quemdam domesticum scholarum constituit, qui Turcorum incursiones cohiberet, Isaacio Comneno, qui copiarum imperator erat, loco dignitateque sua submoto. Macedonicas quidem legiones jam ante Monomachus in Asiam trajecerat, quæ præter Comnenum etiam Bryennium prætorem habebant. Ejus rei causa fuerat, quod apud Turcos obtineret fama futurum ut ab iis everterentur, cum quibus Alexander Persas superasset. Imperatrix Theodora, cum nonam indictionem anno 6564 totam in imperio exegisset, intestini tenuis morbo correpta vivendi finem fecit.

Κρατεῖ οὖν ὁ στρατιωτικὸς Μιχαὴλ ἔτος ἕν. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ εὐνοῦχοι ὡς ἄνευ αὐτῶν μηδέν τι γίνεσθαι. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκ Βυζαντίου μὲν ὥρμητο, στρατιωτικὰ δὲ μόνα μεταχειριζόμενος ἀφυὴς ἦν παντάπασι καταθωπεύειν λαόν. Τότε δὴ, τότε συνήθως ἔρχονται οἱ ἐξ ἑῴας μεγιστᾶνες, ὅ τε μάγιστρος Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς, ὁ κεκαυμένος Καταχαλὼν καὶ ἕτεροι, ἐπὶ τῷ καὶ τιμῶν καὶ

Mox ejus eunuchi Michaelum, provectæ ætatis hominem, cognomento Militarem, ad dignitatem imperatoriam evehunt, qui uno tantum anno rebus præfuit. Factum est autem hoc ab eunuchis eo consilio potissimum, ut citra ipsorum auctoritatem nihil in republica gereretur. Originem generis imperator ex urbe Byzantio ducebat, et rebus tantum militaribus deditus prorsus ad demulcendos po-

(90) Cætera ad finem usque desunt in codice Vallicellano, quæ ex Augustano ac Bavarico edidimus comparata cum P.

puli animos ineptus erat. Sub initium imperii Michaeli proceres orientales, in quibus erant Isaacius Commenus, dignitate magister, Catacalo Ambustus et alii, pro more prisco imperatorem adibant, ut ab ipso honores, dignitates consuetaque congiaria impetrarent. Eos imperator potius contumeliis affectos quam ornatos ab se munerum vacuos dimisit. Quapropter in magno Dei templo sub jurisjurandi religione data et accepta fide, communique consensu et suffragatione Comneno imperatore designato, domum quisque suam discesserunt. His rebus cognitis imperator maximis largitionibus sibi civium animos itemque gravissimis exsecrationibus obstringit, ut uno consensu pollicerentur tanquam se Commenum admissuros, ipso etiam senatu consilium hoc unanimemque consensum approbante, ac scripto rem totam confirmante, quod imperium Michaeli propter ejus potentiam detrectare non auderent. Verum nihil hæc profuere; cum enim urbem Isaacius invaderet, imperator audito consilio patriarchæ imperio sponte sua cessit; quo facto Commenus imperator est renuntiatus. Is duobus annis rem publicam administravit.

A ὀξιωμάτων καὶ τῶν συνήθων δωρεῶν παρὰ τοῦ βασιλέως τυχεῖν. Ἀλλ' αὐτοὺς κενοὺς ἐκπέμπει, πλοῦνας μᾶλλον ὀδύρεσιν αὐτούς. Ἐφ' ᾧ δόντες καὶ λαβόντες ὅρκους ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ συμφωνήσαντες τὸν Κομνηνὸν ἀναγορεύσαι βασιλέα οἴκαδε ἀπῆσαν. Διὰ γοῦν ταῦτα ὁ βασιλεὺς δωρεαῖς μεγίσταις τοὺς πολίτας ἐμπεδεῖ, καὶ ἀραῖς βαρείαις συμφωνοῦντας μὴ προσδέξασθαι τὸν Ἰσαάκιον, τῇ βουλῇ ταύτῃ καὶ ὁμολογίᾳ καὶ αὐτῆς συγκλήτου κατατιθεμένης· τῇ γὰρ ἐξουσίᾳ πειθαρχοῦντες καὶ γραμματείῳ ταῦτα βεβαιοῦσιν. Ἀλλ' εἰς οὐδὲν ὤνησε ταῦτα· τοῦ γὰρ Ἰσαακίου ἐπιθεμένου, καὶ τοῦ πατριάρχου συμβουλεύσαντος ὅθεν τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς μὲν ἐξίσταται τῆς βασιλείας, ἀναγορεύεται δὲ ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος, καὶ B κρατεῖ ἔτη β'.

Τούτῳ μὲν οὖν τῷ τρόπῳ τὴν βασιλείαν ἀναζωσάμενος, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀνδρείᾳ τὰ πάντα λογισάμενος, αὐτίκα τῷ βασιλικῷ νομίσματι σπαθηφόρος διαχαράττεται, μὴ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιγράψας. Τὸν πατριάρχην τὰ μέγιστα τιμᾷ καὶ τοὺς συναραμένους αὐτῷ. Ἀλλὰ φειδωλίας κατάρχεται, τὰ τῶν φροντιστηρίων περιττὰ ἀποκόπτει, μόνα τὰ ἐπαρκοῦντα τούτοις ἀφείς, ἀκτημοσύνην ὅθεν αὐτοὺς ἐκδιδάσκων, καὶ μὴ βίον εὐλαβούμενον ζῆν. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ πλεῖστα βαρβάρων οὐκ εἶχεν ἐπικλινῆ ταῖς αὐτοῦ ἔστιν ὅτε αἰτήσεσι φορτικαῖς ἅτε πολλάκις οὔσαις· οὐκοῦν ἐπιτιμίοις ἀποπαίοις ὑποβάλλει αὐτὸν, καὶ μὴν καὶ ἀπειλαῖς, τὸ δημοκοπούμενον τοῦτο λέγων, «Ἐγώ σε ἔκτισα, φοῦρνε· ἐγώ σε καὶ καταλύσω.» Βουλεύεται δὲ κοκκοβαφῆ περιβαλεῖν πέδιλα, τῆς παλαιᾶς ἱερωσύνης φάσκων εἶναι τὸ τοιοῦτον ἔθος, καὶ δεῖν τούτοις κἂν τῇ νέᾳ κεχρῆσθαι τὸν ἀρχιερέα· ἱερωσύνης γὰρ καὶ βασιλείας τὸ διαφέρον οὐδέν. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ δέον κρίνας δρᾶσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν, ἐξορίζει τὸν πατριάρχην. Ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτοῦ καθαίρεσιν μελετῶντος ἐκείνου ὁ πατριάρχης τελευτᾷ. Ταύτῃ τοι καὶ μετανοίᾳ χρησάμενος ὁ βασιλεὺς ἐντίμως ἐπανάγει αὐτὸν, πάντων ἐκπλαγέντων ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι τότε θαύματι· ἡ γὰρ τοῦ πατριάρχου δεξιὰ χεὶρ σταυροειδῶς σχηματισθεῖσα, ὡς ἥνικα τὴν εἰρήνην ἐπεφώνει τῷ λαῷ, μεμένηκεν ἄτρεπτος, μὴ συναλλοιωθεῖσα τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχης Κωνσταντῖνος πρόεδρός ὁ Λειχούδης, πρωτοβεστιάριος ὢν· οὗ τῆς μεγαλοδώρου χειρὸς καὶ ἱκανῆς προνοίας οὐδεὶς ἕξω μεμένηκε.

Κρατεῖ λοιπὸν μετὰ τὸν Βατανειάτην ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ τῷ διαδήματι στέφεται, ὁ δὲ Ἰσαάκιος τὰ δεύτερα τῆς τιμῆς εἶχε, καινῷ ὀνόματι ἐπιφημισθεὶς αὐτῷ· σεβαστοκράτωρ γὰρ ἐπεκλήθη καὶ ὑπερεῖχε τοῦ Καίσαρος. Παρ' αὐτοῖς οὖν ἡ βασιλεία καὶ τῇ μητρὶ αὐτῶν. Ἦσαν δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ἕτεροι αὐτάδελφοι δύο νεώτεροι, ὧν τὸν μὲν Ἀνδρικανὸν δηλαδὴ πρωτοσέβαστον καὶ μεγαδομέστικον, τὸν δὲ Νικηφόρον σέβαστον καὶ τοῦ στόλου δρουγγάριον. Ἀλλὰ καὶ κηδεστὰς εἶχεν ἐπ' ἀδελφαῖς τὸν Μελισσηνὸν Νικηφόρον καὶ Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην. Ὁ μέντοι κρατῶν ἐπειδήπερ ἐσπάνιζε χρημάτων, τὰς ἐτησίους δόσεις ἐνέκοψε τὰς ἀνηκούσας δηλονότι ταῖς ἀξιώμασι, προσαρπαῖτο δὲ καὶ τὰς περιουσίας τῶν συγκλητικῶν. Ὁ μέντοι ἁγιώτατος πατριάρχης Κοσμᾶς τῇ τῶν κοινῶν πραγμάτων μεταχειρίσει ἀπαρεσκόμενος καὶ ἀπεγνωκὼς τὴν διόρθωσιν, τῷ ὑπηρέτῃ, « Ἆρον, » εἰπὼν « τὸ ψαλτήριον καὶ ἀκολούθει μοι, » τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρεῖ. Προχειρίζεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ ἐκτομίας τις Εὐστράτιος, ἁφελὴς ἀνὴρ καὶ γωνίᾳ τὰ μάλιστα προσήκων. Μετὰ δὲ ἔτη γ' κατάγεται καὶ ἔκων. Ἡ δὲ αἰτία οὐκ ἔγνωσται. Ἀντ' αὐτοῦ δὲ ὁ γραμματικὸς ἀνάγεται Νικόλαος. Μετὰ δὲ ταῦτα ἠγγέλθη Φραγγὸς Ῥομπέρτος ἐπὶ τὸν δάμνον διαπερατούμενος. Αὐτίκα τοίνυν ὁ βασιλεὺς ἐξεστράτευσε, καὶ ἡττηθεὶς ἀκλεῶς ἔφυγε, πολλῶν ἑκεῖσε πεσόντων, οὐ τῶν τυχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μεγιστάνων καὶ ἐξ αἱμάτων ὄντων βασιλικῶν. Ἡττημένος οὖν ὑποστρέφει ὁ βασιλεύς. Γαυριῶσιν ἐπὶ τούτοις οἱ βάρβαροι, τινὰ τῶν πολισμάτων κατέχοντες. Ἐκστρατεύει καὶ αὖθις βασιλεύς, καὶ τὸν Ἀνδρικανὸν τὴν βασιλικὴν ἀμφιάσας ἐσθῆτα καὶ στήσας ἀπέναντι τοῦ Ῥομπέρτου παρήγγειλε νῶτα δοῦναι, εἶγε διώξει ὁ βάρβαρος. Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τόπων δυσβάτων κυκλώσας, καὶ τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν καταλαβὼν ὑπὸ χεῖρα πάντα ποιεῖται. Τοῦτο μαθὼν ὁ βάρβαρος ἀόρατος γίνεται. Καὶ ἡ μὲν ἐπίθεσις αὐτοῦ πέπαυται, οἱ δὲ Τοῦρκοι καὶ αὖθις τῶν Ῥωμαίων κατέτρεχον. Ἀλλὰ καὶ Τοῦρκός τις λεγόμενος Τζακατζᾶς τὰς νήσους Χίαν, Σάμον καὶ Ῥόδον κατέσχε. Τότε δή, τότε καὶ Κύπρος σὺν αὐτῇ Κρήτῃ ἀποστασίαν μὲν ἐνόσησαν, διὰ τάχους δὲ τῇ βασιλευούσῃ ὑπανασώζονται, ἐν μὲν τῇ Κύπρῳ τοῦ Καρύκου, ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ τοῦ Ῥαψαμάτου ἀντάραντος. Ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς ἀναλωμάτων δεόμενος τρόπους ἀπαισίους συλλογῆς χρημάτων ἐφεύρισκεν. Ἐντεῦθεν ἀπογραφαὶ τῶν ἁπανταχοῦ κτήσεων, καὶ τὰ καινὰ τῶν ὀνομάτων ἐπινενόηται, τὰ ὑπέρτιμα δηλαδὴ καὶ τὰ ὑπέρπλεα, καὶ ἄλλοι τρόποι ἐπηρειῶν κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐπεισήγοντο. Γέγονε δὲ τηνικαῦτα καὶ λιμὸς τῆς γῆς ἐξ ἡμέρας ἐν αὐτῇ τῇ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Νικολάου, ὑφ' οὗ πολλαὶ οἰκίαι καὶ στοαὶ καὶ ναοὶ κατέπεσον, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πολλοὺς συγχωσθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. Τηνικαῦτα καὶ Πατζινακῶν πλῆθος πολὺ τὴν Θρᾴκίαν καὶ Μακεδονίαν ἐλήϊζεν. Ἐκστρατεύει κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πρῶτα μὲν ἡττῶνται οἱ στρατιῶται, εἶθ' οὕτως ἥττωσι κατὰ κράτος αὐτοὺς ἅτε τῇ θείᾳ δυ-

Itaque deinceps Alexius imperio potitus est post Botaniatem, idque per septemdecim annos obtinuit. Seipsum diademate cingi curavit, Isaacio secundum ab se locum dignitatis attribuens, indito eidem novo prorsus nomine : Sebastocratorem namque vocavit, quasi dicas Augusti imperatorem, inventa dignitate, quæ major esset quam Cæsaris. Apud hos duos imperium erat, qui matrem in ejus societatem admiserant. Habebat autem imperator alios quoque duos germanos fratres, se juniores. Ex iis unum, videlicet Adrianum, Protosebastum (hoc est Augustum principem) appellavit, alterum, qui Nicephorus erat, Augustum classisque Drungarium. Præterea sororum maritos, affines suos, Nicephorum Melissenum et Michaelum Taroniten, certis honoribus atque titulis ornavit. Cum secundum hæc imperator pecuniis egeret, donationes annuas et munera dari consueta magistratibus præcidit ac sibi retinuit, senatoribus etiam locupletioribus opes eripuit. Hanc administrationem rei publicæ cum sanctissimus ille patriarcha Cosmas probare non posset, nec emendationem, de qua desperaverat, ullam exspectaret amplius : « Tolle, inquit ministro suo, librum hunc Psalmorum, et me sequere. » His dictis, ex ecclesia discessit. Ejus in locum suffectus est Eustratius spado, simplici vir ingenio, et dignus in angulo qui degeret. Verum et ille post triennium administrati pontificatus contra voluntatem suam eo propter ignotam quam causam deturbatur, everto vicissim ad patriarchici solii sublimitatem **333** Nicolao Grammatico. Secundum hæc nuntius ad imperatorem allatus est, quo significabatur Rupertum Francum trajecto mari Epidamnum venisse. Quapropter illico suas copias educit, Dyrrhachiumque profectus manum cum hostibus conseruit. Victus autem prælio fugæ sibi consuluit inglorius, multis suorum amissis, non vulgaris modo sortis hominibus, verumetiam magnatibus et imperatorio sanguine procreatis. Hoc modo victus imperator ad urbem revertitur. Interea Barbari prosperis fortunæ successibus elati superbire ac oppidula quædam occupare. Imperator vicissim eductis denuo copiis Adrianum imperatorio habitu, ornare, contraque Rupertum collocato præcipere ut si barbarus in ipsum impetum faceret, terga daret : interim ipse per invia loca facto itinere hostem a tergo circumdare. Hac fraude circumventus adversarius in iis deinceps locis, conatu suo fracto, conspici desiit. Compresso Franco Turci rursum fines Romanos invaserunt ; quorum e natione quidam, cui Zachatzæ nomen erat, Chium, Samum et Rhodum insulas occupavit. Tunc et Cyprus atque Creta, defectionis illæ quidem morbo infectæ, ab imperatore desciscere cogitabant : verum anteverso celeriter ipsarum conatu imperio recuperatæ conservataque fuerunt. In Cypro Caryces, in Creta Rapsomates imperatori se opposuere. Cum autem ille bellis exhaustus impensarum egeret, pecuniæ colligendæ rationes ab

æquitatis egibus abhorrentes excogitavit. Hinc secutæ possessionum ubivis sitarum descriptiones : hinc novæ illæ appellationes hypertimorum et hyperpleorum excogitatæ, quasi supercensa et redundantia dicas. Alias alii denique vexationum modi subditorum exhauriendorum causa repericbantur. Accidit et terræ motus id temporis horrendus ac vehemens, illo ipso die quo sancti Nicolai memoria celebrabatur. Is multa ædificia, porticus et sacras ædes humi stravit ; quorum ruinis oppressi complures mortalium vivendi finem fecerunt. Tunc et Patzinacarum ingens multitudo Thraciam Macedoniamque depopulata est. Adversus eos imperatore cum copiis egresso primum quidem vincuntur Romani milites, deinde vero stragem illorum ingentem edunt, cum rem totam divinæ potestati commisissent. Sunt et insidiæ contra imperatorem semel atque iterum structæ, sed successum non habuerunt.

A νάμει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες. Ἄπαξ καὶ ὀι; ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ, τοῦ βασιλέως δηλαδή· πέρας δὲ ταύτα:ς οὐκ ἦν.

Eodem imperante Francorum natio de partibus hesperiis profecta Cpolim venit, ut versus Orientem ibi trajiceret. Eorum adventum indicatio quædam divina præcessit ; nam infinita locustarum vis, quarum erat ex Occidente origo, tantis cum copiis volantium ut nubem repræsentare viderentur et solem ipsum obnuberent, per maximam hanc urbium ejusque fines in **334** Orientem perrexit, ibique considens ulterius volare desiit. Cum autem Franci trajecissent in Asiam, Niceam Bithyniæ Turcis, qui eam obtinebant, ademptam imperatori pro certo pretio vendiderunt. Tunc et Bogomilorum exorta fuit hæresis, auctore Basilio, qui medicus usurpabatur. Rursus item alia contra imperatorem excitata fuit a quodam conspiratio, qui Comanorum societate comitatuque fretus Diogenis se filium perhibebat, ejus qui ante hoc tempus imperaverat. In Thraciam ubi venisset, per fraudem a quibusdam imperator renuntiatus capitur et oculos amittit. Imperator autem Alexius domum alendis pupillis assignatam, quæ dudum jam alumnis caruerat, instauravit, attributis ei quibusdam de suo quoque facultatibus. Adjecit et religiosarum exercitationum scholes, ludumque litterarium eruditndis pueris. Hinc nova contra ipsum oritur seditio cujus erat auctor ejus consobrinus Michaelus : sed quotquot in hanc societatem venerant, mox indicio facto ad imperatorem delati castigantur, ademptis capillis non novacula, sed dropace (97).

Τότε δὴ καὶ τὸ τῶν Φράγγων ἔθνος ἐκ τῶν ἑσπερίων τὴν βασιλείαν καταλαμβάνει ὡς ἐκεῖθεν πρὸς ἕω διαπεραιώσασθαι. Ὧν τὴν συγκίνησιν θεόσημόν τι προεμήνυσεν· ἀκρίδων γὰρ ἄπειρον πλῆθος ἐκ τῆς ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς καὶ ὡς νέφος ἐπαζόμενον ἀπεικάζεσθαι καὶ σκιάζειν τὸν ἥλιον διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων καὶ των ταύτης ὁρίων τὴν πτῆσιν ποιούμενον πρὸς τὴν ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖ κατέπαυσε. Διαπεραιοῦνται οὖν οἱ Φράγγοι, καὶ τὴν Νίκαιαν παρὰ τῶν Τούρκων κατεχόμενοι ἀφαιροῦσι, καὶ τῷ βασιλεῖ ταύτην ὠνίου διδόασι. Τότε ἡ τῶν Βωγομίλων ἀνεφάνη αἵρεσις, ἧς κατῆρχε Βασίλειος ὁ λεγόμενος ἰατρός. Ἑτέρα δὲ πάλιν ἐπανάστασις παρά τινος γέγονε, Κομάνου; μὲν ἐφεπομένους ἔχοντος καὶ εἶναι λέγοντος τοῦ προβεβασιλευκότος Διογένους. Ἀναγορεύεται οὖν κατὰ τὴν Θρᾴκίαν ἀπατώμενος, ἀλλὰ κατέχεται καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύσσεται. Τὸ δὲ ὀρφανοτροφεῖον ἤδη ἐσχολακὸς ἀνακαινίζει ὁ διαλῃφθεὶς βασιλεύς. Προφορεῖ καὶ ὁπόθεν κτήματα, τὰ μέντοι φροντιστήρια καὶ τὸ τῶν παίδων διδασκαλεῖον αὐτὸς προσεπιτίθησιν. Ἑτέρα κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλή, ἧς κατῆρχεν ὁ Ἀνεμᾶς Μιχαήλ (97). Ἀλλ' αὐτίκα διαμηνυθέντες παιδεύονται, ἀλωθέντες τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς οὐ ξυρῷ, ἀλλὰ δρώπακι.

Cæterum mater imperatoris universum administrabat imperium, quam rem ipse dolenter ac moleste ferebat, ut qui videret solum sibi nomen imperii reliquum esse. Mater hoc animadverso sponte sua cessit, et in monasterium inspectoris omnium, quod ipsamet exstruxerat, commigravit. Jam quod imperatoris conjugem vitæque sociam attinet, eam ille quidem antea nec aversatus plane fuerat, nec omnino, ut par fuisset, dilexerat ; nam rebus venereis deditus jura matrimonii parum sancte servabat. Postquam vero grandior ætas ignita libidinis in imperatore tela nonnihil hebetarat, tunc in Augustam converso amore totus in ejus charitate acquiescebat, omnem potestatem gerendarum re-

Ἡ μέντοι τοῦ βασιλέως μήτηρ τὴν βασιλείαν ἅπασαν οἰκονομοῦσαν ἦν, ἐφ' ᾧ καὶ ὁ κρατῶν ἠνιᾶτο, ὡς ἔχων μόνον τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. Τοῦτο οὖν ἡ μήτηρ γνοῦσα ἑκοῦσα ἐξίστη, καὶ εἰς τὴν τοῦ παντεπόπτου μονήν, ἣν αὐτὴ ἐδείματο, κατοικεῖ. Πρὸς μέντοι τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου ὁ κρατῶν οὔτε ἀποστόργως εἶχε πρὶν οὔτε παντοίως ταύτῃ προσέκειτο· ἀφροδισίων γὰρ ἡττώμενος οὐ πάνυ τὰ εἰς εὐνὴν ἐτύγχανε δίκαιος. Ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος προήκων τῷ αὐτοκράτορι τὰ ὑποφόρα βέλη τοῦ ἔρωτος ἠμβλυνε, τότε τῇ Αὐγούστῃ πρόσκειται τέλεον καὶ πᾶσαν αὐτῇ τὴν οὐσίαν ἀνατίθησι, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ποδαλγῶν κλινοπετὴς ἦν. Αὕτη δὲ, τῷ μὲν υἱῷ καὶ βασιλεῖ Ἰωάννῃ μὴ φιλίως προσκειμένη, τὴν διάθεσιν πᾶσαν

(97) De Michaelis Anemæ dicti, et aliorum conjuratione ac supplicio plura Anna Comnena libro XII *Alexiadis*, ubi quæ de ademptis capillis non novacula, ut ait noster Glycas, sed dropace, hoc est medicamenti quodam genere, quo ad decalvandum caput et depilandum mentum, utebantur veteres, sic illa exponit : Καὶ τὴν ἐν χρῷ κουρὰν τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ πώγωνος ψιλώσας διὰ μέσης πομπεῦσαι τῆς ἀγορᾶς παρεκελεύσατο· unde refellere licet errorem ejus, qui δρόπακα legendum contendebat, et *falcem* seu *securim* interpretebatur.

ἐπὶ τῇ πρώτῃ θυγατρὶ καὶ τῷ ἐπ' αὐτῆς κηδεστῇ Βρυεννίῳ ἐκέκτητο. Ταύτῃ τοι καὶ τὸ συγκλητικὸν ἅπαν καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἐπιτηδείως ὁ Ἰωάννης μετήρχετο.

rum ei permittebat, præsertim cum jam pedibus ager in lecto decumberet. Erat autem imperatrix animo erga Joannem filium et imperatorem designatum nonnihil alieno, et omnem benevolentiam in filiam natu majorem ejusque maritum, generum suum Bryennium, transtulerat. Hanc ob causam Joannes senatum et ordines cæteros studiose colebat.

Εἷς μέντοι τῶν πρὸς ἑῴαν διαβάντων Λατίνων ὁ Βαιμοῦνδος συνθήκας μετὰ τοῦ κρατοῦντος ποιήσας μυρία τε χρήματα λαβὼν, καὶ τῇ Ἀντιοχείᾳ προσβαλὼν, τῇ πολιορκίᾳ τε ταύτην ἑλὼν τῶν συνθηκῶν ἐπιλανθάνεται, καὶ χεῖρα μᾶλλον αἴρει κατὰ Ῥωμαίων. Μέλλων δὲ πρὸς ἑσπέραν ἔρχεσθαι καὶ μήπω κατοχεθῇ πτοηθείς, θάνατον ἑαυτοῦ καταψεύδεται, ὡς ὕστερον σπένδεται τῷ βασιλεῖ. Μετὰ δὲ ταῦτα νοσεῖ ὁ κρατῶν τοσοῦτον ὡς ἐκλελοιπέναι δοκεῖν. Προσκομίζεται αὐτῷ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκτύπωμα τοῦ κατὰ τὴν Χαλκῆν ἀνεστηλωμένου, ὅπερ ἦν ἐν πέπλῳ τινὶ πρὸ τῆς εἰκόνος ἀπηωρημένον. Ὑφαπλοῦται τῇ κλίνῃ, καὶ ὁ κάμνων ἀνέῤῥωται. Ἐπὶ τούτῳ φόβος ὑποσείει οὐ μόνον τὸ δημοτικὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν τέλει· φήμη γὰρ αὐτοὺς κατεκράτει ὡς ὁ κρατῶν κατ' ἐκεῖνο τὸ μέγα τεθνήξεται Σάββατον. Ἀλλ' ἡ τοιαύτη φήμη καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ βασιλέως κατέσεισε ψυχήν. Ψευδὴς δὲ ὅμως ἠλέγχετο. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἔκτοτε περὶ Φιλιππούπολιν διέτριβεν ἦρ ὅλον καὶ θέρος. Τὸ δὲ αἴτιον ἡ μετὰ τῶν Μανιχαίων διάλεξις, οὓς Παυλικιάνους ἡ δημώδης ὀνομάζει φωνή. Πολὺ δὲ τὸ γένος τοῦτο ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ κατῴκισται, τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Τζιμισχῆ ἐκ τῆς ἑῴας καταγαγόντος αὐτὸ καὶ ἐν ταύτῃ ἐγκατοικίσαντος· οἷς δὴ καὶ διαλεγόμενος πολλοὺς πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μετήγαγε. Κατ' ἐκεῖνο καὶ πολλοὶ γεγόνασιν ἐμπρησμοί. Κατὰ δὲ τὸ ἦρ ἔπνευσεν ἄνεμος τοσοῦτον βιαῖος ὡς καὶ ἄλλα μὲν συμβῆναι συμπτώματα, καταπεσεῖν δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ κατὰ τὸ πλακωτὸν κίονι ἱδρυμένην στλήγην καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε παρατυχόντων ἀνελεῖν· καὶ ὄμβρον δὲ ῥαγδαῖον ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τοσοῦτον καταῤῥαγῆναι ὡς καὶ οἰκίας καταπεσεῖν ἀνθρώπους τε καὶ ζῶα ἀποπνιγῆναι. Ἐν τούτοις ἐπιδρομὴν Τούρκων κατὰ Ῥωμαίων. Ὁ δὲ κρατῶν μὴ ἰσχύων δι' ἑαυτοῦ ἐκστρατεῦσαι, ἅτε κλινοπετὴς ὤν, στρατὸν ἐκπέμπει οὗ ἀρχηγὸς ὁ Καμύτζης Εὐστάθιος, ὃς δὴ καὶ προσβαλὼν τοῖς Τούρκοις αἰχμάλωτος ἄγεται καὶ τὸν στρατὸν ἀπόλλυσιν. Οὐκέτι οὖν ἀνέχεται ὁ κρατῶν, ἀλλ' ἐκεῖσε καταλαμβάνει καὶ τοὺς Τούρκους ὡσεὶ καπνὸν διαλύει. Καὶ οἱ τὸν Καμύτζην κατέχοντες αὐτόμολοι τὸν αὐτῷ προσέρχονται τῷ βασιλεῖ. Μετὰ ταῦτα ὁ τῶν Τούρκων ἄρχων σπένδεται τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ καθ' ἕνα εἰκαδε ἄκεστον. Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα τὰ τῆς νόσου ἤδξανε, κοινῇ γνώμῃ τῶν ἰατρῶν σίδηρον κατὰ στομάχου φλογόεντα δέχεται. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀὴρ ὁ ἐν ἀνακτόροις ἀὴρ οὐκ εὔκρατος ἔδόκει, ἅτε νοτιώτερος ὤν, εἰς τὰ τῶν Μαγγάνων ἀποκεκόμισται ἀνάκτορα, τοῦ χρεών, ὡς ἔοικε, καθέλκοντος· τὸ γάρ, « Ἐν ἀκεσωδύνοις πεσεῖται » περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι φασὶν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί. Θήσκει οὖν ἐκεῖσε, τῆς βασιλείας

Cæterum unus ex iis Latinis qui versus orientem profecti fuerant, cui Baimundi nomen esset, icto cum imperatore fœdere maximisque pecuniis acceptis Antiochiam nomine imperatoris adortus est; quam ubi per vim expugnatam cepisset, initorum fœderum oblitus Romanos ipsos invadere non dubitavit. Deinde versus occidentem facturus iter, quod vereretur ne alicubi a Romanis intercipere-tur, falso de morte sua rumore didito, quod volebat assequitur. Sed tamen deinde rursus in gratiam cum imperatore rediit. Is vero secundum hæc tam gravi correptus est morbo, ut animo defecto exstinctus esse videretur. **335** Quapropter ad ipsum allata est effigies Servatoris nostri ad Chalcem erecti, quæ in peplo quodam ante imaginem ipsam suspensa conspicitur. Hæc cum in ægrotantis lectum expansa fuisset, vires omnino recuperavit. Ea res non modo plebem, sed ipsos etiam proceres atque magistratus metu quodam perculit. Nam vulgo rumor obtinebat futurum ut imperator illo ipso magno Sabbato naturæ debitum persolveret; qui quidem ad imperatorem delatus non parum ejus animum cruciaverat, quanquam eventus ipse falsum fuisse docuit. Ab hac morbo juxta Philippopolim vernum æstivumque tempus exegit imperator, ob unam hanc causam, quod cum Manichæis de religione dissereret, quos vulgus hominum Paulicianos appellat. Ea natio sane perampla in hisce finibus habitabat, ex Oriente per Joannem Zimischem huc translata et in colonias quasi quasdam deducta. Cum his ergo disputans Alexius, multos ad rectam de religione sententiam revocabat. Exstitere tum frequentia passim incendia. Cumque ver appetisset, tam vehementes ventorum flatus exorti sunt, ut inter aliorum operum casus atque ruinas etiam statua columnæ imposita in fore Placoto, sic ab incrustatione dicto, delapsa multos istic forte præsentes opprimeret. Præterea litteris proditum est ex aere tam impetuosum imbrem die, quo sanctorum apostolorum Petri et Pauli memoria celebratur, erupisse, ut ædificia prosternerentur et in eis mortales una cum animantibus aquis obruerentur. Secutæ sunt Turcorum in provincias Romanas excursiones, contra quos imperator cum ducere copias affixus lecto non posset, Eustathium Camytzem exercitibus præfectum adversus eos mittit. Is conserta cum Turcis manu non copias modo cæsas amittit, verum etiam ab hoste captivus abducitur. Eo casu imperator cognito teneri non potuit, quin ipse ad ea loca proficisceretur. Quo facto instar fumi Turcos dissipavit, tanto eis terrore injecto ut etiam ii qui Camytzem captivum detinebant sponte

sua cum ipso ad imperatorem accederent Secun- A διάδοχον καταλιπὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κωμνηνὸν
dum hæc princeps Turcorum fœdus cum impera- Ἰωάννην (98).
tore ferit; quo inito domum utrinque discessum. Cum autem morbus imperatoris in dies ingravesceret, de communi medicorum sententia candens ferrum ejus stomacho impressum est. Et quia parum temperatus aer regiæ videretur, ut qui esset australior aliquanto, in Manganorum palatium fuit deportatus, fato illum, ceu credi par est, eo pertrahente. Nam vulgo jactatum illud : « In Acesolynis cadet, » de ipso perscriptum esse perhibent, qui plurimum ejusmodi oraculis interpretandis valent. Istic ergo diem in terris supremum, Joanne Comneno filio successore imperii relicto, clausit.

(98) Clausulam hanc post τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην adjecit F litteris rubrica instar titulorum insignibus : ΕΩΣ ΩΔΕ ΤΟ ΠΕΡΑΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΙΚΑ ΔΙΗΓΗΣΕΩΣ.

MICHAELIS GLYCÆ ANNALIUM FINIS.

GLYCANORUM ANNALIUM
CONTINUATIO
A JOANNE COMNENO USQUE AD IMPERII BYZANTINI EVERSIONEM,
AUCTORE JOANNE LEUNCLAVIO.

Qua superioribus adjecta, corpus integrum Historiæ Byzantinæ Lectores habent.

336 Alexio imperatore spiritum extremum du- A sidentem leoni, quem auribus habenarum vice
cente, Joannes maximus natu filius, adjuvante fratre moderaretur, cum alioqui nihil haberet ad do-
Isaacio, Sebastocratore, conscio patre, ceu ferebat- mandam belluam accommodatum. Hoc viso si-
tur, invita matre, quæ Bryennium generum cum gnificabatur, cum titulo tenus absque re potiturum
Anna Cæsarissa filia maluisset imperio potiri, nactus imperio, quod etiam mox amissurus esset, uti dein-
annulum paternum, partim eo custodibus ostenso, ceps accidit. Gessit etiam feliciter adversus Hunnos
partim vi portis e cardinibus emotis, magnum bellum Joannes, qui fines Romanos invaserant,
palatium ingressus est, seque imperatore nuncu- prætexta causa spoliatorum mercatorum suorum,
pato, rempublicam administrare cœpit. Confirmato cum occulta et verior esset, in Almuzen Stephani
imperio, præcipue eunuchorum opera in guberna- regis Hunnorum fratrem profugum declarata hu-
tione utebatur Joannis Comneni accubitoris, qui manitas. In hac expeditione multum ab eo fines
arrogantia sua sensit cito dejecit, et Gregorii Ta- imperii versus occidentem prolati sunt.
ronitæ, viri modesti, præterea Gregorii Camateri, Victis hinc Persarmeniis, et occupata Castamone,
obscuro nati genere, ac Joannis Axuchi Persæ, cum triumpho Constantinopolim pedes est ingres-
quem mirifice diligebat ob consuetudinem diutur- sus, quadriga triumphali nequaquam conscensa,
nam, et honore magni domestici ornabat. Anno B sed imagine Deiparæ in illam collocata, cui velut
primo necdum exacto concitata fuit adversus im- imperii collegæ victorias acceptas ferebat. Mox
peratorem seditio, cujus erant principes Bryennius reversus in Orientem, Castamonem a Tanismanio
et Anna Cæsarissa. Verum ea mature sopita est, receptam, Gangram, Adanam, Tarsum, Bacam
imperatore seditiosos humaniter castigante. munitissimum castellum, Anabarzam vi expugnat :

Post hæc Turcis in Phrygia victis, Laodiceam et Cœlesyriam ingressus, Antiochiæ quam honorifice
recuperatam muniit : alteraque suscepta expedi- a Raimundo principe suscipitur, ac fœdus tam cum
tione, solerter pellectis ad insidiarum loca præsi- Raimundo, quam Tripolitano comite ferit. Inde
diariis, et ab urbe interclusis, Sozopolim cepit, penetrans ad Euphratem, Pizam aliasque nonnul-
cum aliis multis oppidis locisque munitis, quæ las munitiones occupat. Nec multo post Alexium
Turci Romanis ademerant. Scythas etiam quos primogenitum, quem ad imperii societatem admi-
Patzinacas vocant, ingenti prælio vicit, itemque serat, et Andronicum ab eo proximum mors absti-
Triballos et Servios, quos in potestatem redactos lit : eis non diu superstes fuit, læsus in venatione
magna ex parte in Nicomediensem Asiæ provin- per sagittam suam veneno infectam, quam e pha-
ciam transtulit. Filios habuit quatuor, Alexium, C retra solitarios aper excusserat. Moribundus ora-
Andronicum, Isaacium, Manuelem. Alexium post tione ad suos habita, Manuelem ex filiis natu mi-
coronationem videre per quietem visus est in- nimum, qui tum forte aderat, Isaacio majori præ-

tulit, et imperatorem designavit. Quo consilio eunctorum suffragiis approbato, vitam hanc reliquit, imperii vicesimo quarto anno supra mensem octavum exacto.

Successit ei Manuel, qui mox e castris in urbem Axuchum magnum domesticum ablegavit, ut res istic constitueret, occupatoque palatio fratrem Isaacium paternæ mortis adhuc ignarum coerceret, ne quid ille turbarum ceu natu major daret. Egregiam in eo navavit operam Axuchus, Isaacio in Pantocratoris monasterium incluso. Non abs re autem pater illi Manuelem prætulerat. Nam et iracundus erat, et ad supplicia leves ob causas exigenda pronus : hac ipsa atrocitate cum naturali quodam pavore conjuncta. Uxor Manueli imperatori Alemana fuit, ex illustri principum familia : quæ non tam formam corporis, quam animi pulchritudinem curabat. Itaque fucis et adscititiis ornamentis repudiatis, naturalique rubore contenta, virtutum elegantia fulgebat, constantia gravitateque gentilitia prædita. Ei Manuel conjugii fidem non servabat, etiam neptis incesta consuetudine cum ignominia singulari abutens. Cæteroquin ab initio munificus erat, ob comitatem aditu facilis, animo fraudis experte : quæ tamen virtutes in ipso perpetuæ non exstiterunt.

Hac tempore suscepta est ab Alemanis Conradi Cesaris Augusti auspiciis in Palæstinam nova expeditio, quam Manuel minime quidem palam impediebat, sed occultas tamen struebat Alemanis insidias. Fuerunt in hac expeditione virorum comites etiam feminæ quædam ingentis animi, quæ armatæ insidentes equis Amazonum speciem præbebant. Hic mihi vide, quam flagitiose Manuel contra datam fidem sese gesserit. In locis opportunis et arctis insidias collocabat, quæ multos interimebant; passim portis ipso annuente clausis, forum Alemanis denegabatur : funibus de muro pecuniæ attrahendæ causa demissis, ea capta, quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, præbebatur : nonnunquam auro et argento attracto, de muris semet improbi mortales subducebant, ac nihil omnino commeatus vicissim demittebant : quidam farinæ calcem miscentes, cibum pestiferam efficiebant : imperatoris jussu de argento minime probo cusa moneta est, quæ vendituris aliquid ex Alemanico exercitu daretur : denique litteris ad Turcos missis Manuel hortatus est, ut bellum Alemanis facerent. Quod illi cum tentarent, ad Mæandrum a Conrado, divina quadam vi fluvium trajiciente, tanta ipsorum edita strages est, ut de cæsorum ossibus excitati crebri altique tumuli, collium instar assurgerent, qui hodieque cum admiratione transeuntium spectantur. Eo prælio tam feliciter pugnato, citra cujusquam impedimentum deinceps Alemani sunt progressi.

Gesta ab illo tempore bellum Manuel contra regem Siciliæ Rogerium, ablatamque sibi Coreyram recuperavit, et Michaele Palæologo copiis adversus Siculos præfecto, de Serviis Hungarisque victoriam sane illustrem consecutus est. Palæologo non multo post abrogatum imperium, missique contra Siculos Alexius Comnenus, Bryennii Cæsaris filius, cum Joanne Duca, itemque **337** Constantinus Angelus, in potestatem hostium venerunt. Tandem sine fructu bello administrato, pax utrinque facta est. Cum autem Alemana Manuelis uxor e vivis excessisset, quam quidem mortuam ille longe acerbissime luxit, procreandæ soboli masculæ causa, Petebini Antiochiæ ad Orontem sitæ principis, ex occidentali familia nati, filiam uxorem duxit. Inter alia quæ gessit hoc quoque celebratur, quod cum Chliara, Pergamus, Adramyttium, urbes Asiæ Minoris, earumque fines a Turcis undique gravissimis populationibus vexarentur, munitionibus exstructis, quas Nova Castra nuncupavit, earum securitati consuluerit.

Deinceps moto bello contra Hunnos, affinis sui Stephani, Jazæ regis eorum fratris nomine, quem regno post Jazæ mortem præfici vellet, cum initio parum omnino res succederet ; tandem Andronico Contostephano cum magni ducis titulo praeclarisque copiis adversus illos misso, ingenti victoria potitus fuit : cum quidem imperatoris injussu, qui ob siderum positum paulo inclementiorem, aliud exspectari pugnæ tempus volucrat, manum cum Dionysio duce, viro forti ac strenuo, conseruisset. Ut autem felix hæc expeditio Contostephani fuit, ita parum omnino successit altera, quæ contra sultanum Ægypti, eodem duce, regæ Hierosolymorum et Cypri Amerigo socio, suscepta est : non illud quidem Andronici culpa, sed ob perfidiam regis Amerigi, qui etiam astute impediit, quominus Tamiathi [*al.* Damiatæ.] ad extremum redacti deditio fieret. Consimiliter infelici consilio Manuel ipse sultano Iconii bellum fecit, quanquam is exstitisset in imperatorem longe ingratissimus, a quo per suos ditione spoliatus, humaniter exceptus, et amplissimis muneribus donatus fuerat, inque pristinum imperium restitutus. Cæsæ sunt insignes hoc bello Romanorum a Turcis copiæ, quibusdam in faucibus quæ Clisura Zybrizæ nuncupantur : imperator ipse fortissime dimicans, toto corpore vulneribus affecto, vix incolumis evasit. Sed tamen egregia virtus Joannis Batatzæ non multo post damnum hoc insigniter resarcivit. Cum enim Atapatus sultani jussu cum delectis Turcorum viginti millibus, et amplius, in fines Romanos ad ipsum usque mare grassatus immaniter fuisset, jamque Mæandrum fluvium infinita onustus præda trajicere conaretur : Batatzes divisis copiis, ac partim in insidiis abditis, partim in ulteriorem amnis ripam evadere jussis, eo loci redegit hostes, ut Atapato interfecto, ex tot millibus omnino pauci ad suos salvi revertererentur. Hoc facto Romanorum erecti sunt animi, ac vicissim Barbarorum insolentia repressa.

338 Cum autem studiose Manuel secum potentiam nationum occidentalium, quæ regi Alemanorum parebant, expendisset : veritus ne illi aliquando summi imperium adoriretur, Romæ veteris Papam contra Fridericum regem concitavit, hortatus ut quod pontifici deberetur imperium, usurpari ab Alemanico principe nequaquam pateretur. Eodem parto Venetos, Genuenses, Pisanos, Anconitanos, et reliquos maris accolas sibi conciliabat, sacramento devinciebat, omnis generis officiis alliciebat, in urbe denique perhumaniter excipiebat. Cumque Mediolanensium urbem ac munitiones eversas a Friderico accepisset, opem ac pecunias iis præbuit, quibus muros instaurarent. Montisferrati denique sibi Marchionem adjunxit, ejus filio Marias, filia sua in matrimonium coxcessa. Quo factum est, ut cum Fridericus archiepiscopo Moguntino, cancellario suo, in Italiam misso, Papæ urbes Italicas adimeret : Montisferratensis, Manuelis largitionibus impulsus, Conradum filium eum copiis in Moguntinum ablegaret, a quo profligatis Alemanis, etiam ipse Moguntinus inter alios captus est.

Cum autem Manuel sectatores vitæ solitariæ, propter possessiones et mundana negotia, parum religioni cultoique divino deditos videret ; nullas eis vineas, nullos agros, nullas possessiones assignavit, sed ex fisco tantum pendi jussit, quantum ad victum cultumque corporis satis esset. Videtur nimirum cupiditatem immodicam struendi monasteria improbasse, ac posteris exemplum prodere voluisse, quo pacto templa condenda, et quæ hominibus ejusmodi ratio vivendi sit præscribenda. Tantum autem abfuit ut eorum institutum probaret, qui solitariam vitam professi, et opibus affluunt, et multitudine curarum magis distrahuntur, quam ii, qui hujus vitæ deliciis occupantur, ut sanctionem Nicephori Phocæ, fortissimi et cordatissimi imperatoris, abolitam, de non augendis monasteriorum latifundiis, quasi postliminio revocarit. Mortuus est tandem, parum constitutis ordinatisque rebus imperii, cum astrologis fidem habuisset, qui victurum adhuc quatuordecim annos prædixerant. Imperavit annos 38, tribus mensibus demptis : ad quod imperii spatium, vetustum oraculum alludere videtur :

Tui prehendet te postrema nominis.

Nam in Græco Manuelis nomine postrema syllaba tantum numerum complectitur (1).

Successit ei natus in purpura filius, nimirum Alexius Comnenus, cujus pueritia reipublicæ perniciosa fuit. Alexius enim Comnenus, protosebastus et protovestiarius, mortui Manuelis patruelis imperatrice sibi conciliata, summam in gubernatione potentiam ad se transtulit, imperatore per ætatem ad sustinendam ejusmodi molem prorsus inepto, sequc tantum venationibus et equitationibus oblectante, cum etiam prave cæteroquin educaretur. Hac impulsus occasione Andronicus, et ipse Manuelis patruelis (nam eodem patre Alexio, Joannes Manuelis et Isaacius Sebastocrator Andronici pater, nati erant), homo longe valerrimus pariter et crudelissimus, sub astuto prætexto, quasi reipublicam et imperatorem vindicare vellet ab insidiis protosebasti, e Paphlagonia, quo ablegatus a Manuele fuerat, propius ad urbem accedit, adjunctisque sibi viris in administratione principibus, redactum in potestatem protosebastum excæcat ; imperii procurationem in se transfert ; Contostephanum cum quatuor filiis, Basilium, Camaterum, et alios illustres viros oculis spoliat ; matrem imperatoris necat, confecto crimine, quasi ea Bele regi Hungarorum, quocum nupta soror imperatricis erat, prodere Branizobam et Belligradum voluisset. Imperatorem se renuntiat, coronaque redimit ; ac tandem consecutus id quod jamdudum animo sibi destinaverat, imperatorem Alexium capitis per summam injuriam damnatum, arcus nervo strangulari jubet. Ejus interfecti latus pede tundit, ac parentum ipsius alterum ut perjurum et injurium, alteram ut vulgati corporis mulier eulam contumeliose insectatur. Hinc avulsum a corpore caput aliquo abjicitur, truncus in mare plumbo demergitur.

Fuerat a prima ætate Andronicus insignis scelerum artifex, multasque facinorum suorum causa perpessus ærumnas erat. Nam initio conspiratione cum Hungaris facta, Manuelem imperio dejicere conatus est : quarum insidiarum convictus, in palatii custodiam datus est. Accessit et alia captivitatis hujus causa. Quippe Manueli tres fuere fratres, Alexius, Andronicus et Isaacius, quorum duo priores ante patrem obierunt. Ex iis Andronicus tres filias suscepit, Mariam, Theodoram, et Eudociam. Eudocia marito defuncto nefaria consuetudine Andronici non clam, sed palam usa est. Quoties autem reprehendebatur ob incestum Andronicus, hanc defensionem per jocum usurpabat : solere subditos principum mores imitari, et aquam ex eodem fonte petitam, eumdem saporem referre. Quibus verbis imperatorem Manuelem perstringebat, qui cum fratris filia rem habebat. Hi sales maximopere Manuelem pungebant, et mulieris cognatos in Andronicum incendebant. Itaque compactus est in vincula, ceu diximus : cumque diu quadam in turri jacuisset, animadvertit meatum in ea quemdam subterraneum, in quem semet abdit, obstructo meatus foramine. Cum deinde carcerem ingressi custodes hominem nusquam reperirent, omnibusque viis perquisitis **339** comprehendi non posset ; uxor ejus in turrem, e qua maritus evasisse putabatur, tanquam fugæ ipsius conscia, conjicitur. Andronicus e caverna se propipiens, et mulierem inopinato conspectu territam allocutus, ex eo tempore diu cum ea vixit in carcere, Joannemque filium ibidem mater concepit, quem dein-

(1) λ et τ conficiunt 38.

ceps pater imperii consortem fecit. Tandem elabitur, custodibus propter mulierem factis negligentioribus. Sed rursus a milite quodam Nicææ captus, in custodiam priore acerbiorem, duplicibus ferreis compedibus oneratus, conjicitur.

Hoc etiam carcere semet eripuit, et Galizam, quæ toparchia Rossorum est, ratione quadam hujusmodi pervenit. Morbum fingit, ac puero peregrino, cujus opera in corporis ministeriis utebatur, mandat, ut claves turris clam surreptas, militibus ob largiorem potum meridiantibus, cera exprimat. Illarum clavium exemplum Manueli Andronici filio traditur, ut quamprimum tales fabricarentur, et in amphoras, quibus potus ad prandium ferretur, lineos funes, glomos, et fila tenuia conficeret. Ita claustra noctu aperiuntur, et Andronicus egressus in denso et alto palatii gramine, quo adire nemo solebat, ad tertium usque diem delituit. Inde funibus per mœnia se demittit, et in naviculam conjicit. Deprehensus a speculatoribus, famuli personam simulat, ex diuturnis vinculis elapsi: de industria barbare loquitur: Græca multa se non assequi fingit. Intervenit et Chrysopulus nauta quidam ex composito, datisque muneribus impetrat a speculatoribus, ut Andronicus tanquam servus fugitivus sibi redderetur. Ita suas ædes ingressus, compedibus solutis, equo conscenso, Anchialum recta pergit. Quo cum venisset, a Pupace familiari viatico sumpto viæque ducibus, Galizam proficiscitur.

Jam metu se liberatum putans, a Vlachis [*h. e.* Valachis] qui fugam ejus ex fama cognoverant, captus ad imperatorem reducitur. Verum hic quoque industria singulari rursus elabitur. Simulato enim ventris profluvio, frequenter ex equo descendit, et alvi purgandæ causa secedit. Hoc dum noctu interdiuque sæpius facit, custodes hac ratione decipit: scipionem, cui velut æger innitebatur, in tenebris humi defigit, chlamyde vestit, pileum imponit, ut hominem inflexis genibus cacantem repræsentaret. Id simulacrum intuentibus custodibus, ipse densum quemdam saltum ingressus aufugit. Vix tandem illi dolo intellecto, confectam viam repetunt, eadem et ipsum fugere arbitrati. Verum is alio prorsus itinere Galizam pervenit. Ibi perhumaniter a præfecto excipitur, quem ita sibi devincit, ut et in venatu ei adesset, et in senatu assideret, eodemque tecto et cibo uteretur.

Hanc patruelis fugam et exsilium ignominiæ sibi esse ratus imperator, ac longiorem ejus absentiam suspectam habens (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, ut Romanorum fines incursaret), revocandum Andronicum censuit. Itaque fide data et accepta, hominem arcessit, et Ciliciæ præficit, adjecto Cypri tributo, ad sumptus facilius tolerandos. Eo profectus, infeliciter rem contra Torasem Armenium gerit, prœliis aliquot victus. Inde sepositis bellicis occupationibus, totus amore Philippæ inflammatur, Petchini filiæ, cujus sororem Manuel imperator non ita pridem duxerat. Hac fama imperator attonitus, Andronicum ob incestos amores puniturus erat. Is vere Manuelis minas veritus, Hierosolyma se confert; et ut homo luxuriosissimus, Theodoram Isaacii sebastocratoris filiam incestat, Balduini Franci, qui Palæstinæ nuper imperarat, viduam.

Altera hac plaga Manuel accepta, missa ad Cœlesyriæ toparchas aurea bulla, mandat ut Andronicum, hominem incestum et seditiosum, capiant, visuque privent. Eæ litteræ Theodoræ redduntur, quibus illa lectis, chartam Andronico tradit. Is cognitis insidiis Theodoram fraude pellectam, ut se non longe comitaretur, seu volentem, seu invitam secum abducit. Cum varias regiones et regulos adisset, tandem ad sultanum, qui Coloniam, Chaldam et finitima loca tenebat, divertitur: ibique cum Theodora, et duobus ex ea susceptis liberis, Alexio et Irene, ac Joanne procreato ex conjuge legitima, commoratur, donec ad Manuelem imperatorem rediit. Is enim Theodoram capere statuit, illiusque voti per Trapezuntis principem Nicephorum Palæologum compos factus, paulo post ipsum etiam Andronicum Theodoræ amore tanquam esca illectum, et non mediocri liberorum, quos illa ei pepererat, desiderio flagrantem attraxit. Missis enim ad imperatorem legatis, delictorum veniam et fidem publicam postulavit, et utraque re impetrata, non multo post in urbem reversus est. Inde Œneæum ablegatur, ut istic habitaret, et ex longinquis erroribus se recrearet. Eo loco degens, cum Manuelis mortem, palatina dissidia, lusus et equitationes Alexii, audivisset, ad urbem reversus ea designavit facinora, quæ supra commemorata sunt, tandemque malis artibus imperium in se transtulit, Alexio perempto, qui annum ætatis decimum quintum nondum exegerat, trienniumque regnaverat.

Ista vero cæde perpetrata, sponsam imperatoris Alexii Annam, Francorum regis filiam, matrimonio sibi jungit, nihil reveritus senex effœtus ac vietus, uxorem sobrini adolescentulam, nondum annos XI natam per nefas amplecti. Deinde Nicæam, quæ mortuo imperatori fidem servarat, totis viribus oppugnat. Erant in ea viri principes, Isaacius Angelus, qui everso Andronico imperium occupavit, et Theodorus Cantacuzenus, cum magna manu militum Andronico infestorum, et Turcorum 340 quoque nonnullis copiis. Cum autem interfecto Cantacuzeno, animi Nicænorum fracti essent, auctore Nicolao pontifice pax facta est, et urbs dedita. Isaacium Andronicus non inclumem modo servavit, sed etiam divina quadam impellente providentia collaudavit, quod maledicentiam Cantacuzeni non fuisset imitatus. Prusam et Lopadium de causis iisdem obsessas, per vim cepit, ac immanissime in omnem ætatem sexumque grassatus est.

Post hæc, Cyprum quidam Isaacius, Isaacii se-

lastocratoris et fratris Manuelis imperatoris ex filia nepos, avertit: itemque Comnenus Alexius, ejusdem Manuelis ex fratre nepos, regem Siciliæ Guilielmum incitavit, ut Dyrrachium et Thessalonicam occuparet: quibus sane captis, ingens a Siculis est exercita crudelitas. Hinc et Epidamnus, et Ampelopolis, et Mosynopolis in hostium potestatem venerunt: Andronico per vecordiam et luxum suis non succurrente. Hisce malis in dies augescentibus, de successore sollicitus esse cœpit Andronicus. Quamobrem cognito per artes improbas successurum sibi quemdam, cui nomen esset Isaccio, putabat ipse quidem illum Isaacium denotari, qui (ut dictum est) Cyprum occupaverat: familiares vero Isaacium Angelum metuebant, Andronico prorsus adversante. Quapropter consilio propio Stephanus Hagiochristophorites, immanissimus Andronici scelerum administer, ad interficiendum Isaacium semet accingit: qui tanquam in re desperata, Stephanum antevertens, sua manu conficit. Deinde ad Magnam ecclesiam se recipiens, populi confluentis opem implorat. Is vero magis ac magis semet armans, Isaacium Angelum imperatorem proclamat, et ad palatium deducit. Inde missi satellites, qui Andronicum fugientem persequerentur. Pervenerat ille cum Anna conjuge, ac scorto quodam Chelen, ad Tauroscythas illinc trajecturus. Sed marinis tempestatibus alioquoties in littus ejectus, a persecutoribus comprehensus est.

Ad Isaacium perductus, post varias contumelias, dextra præciditur. Post aliquot dies altero oculo effosso, scabioso camelo impositus, per forum triumphi specie traducitur. Tum vero nonnulli clavas in caput ejus impingere; alii stercore nares ejus fœdare; alii spongias excrementis hominum pecudumque repletas in faciem ejus exprimere; alii verbis obscœnis parentes ipsius insectari: quidam verubus latera pungere; scortum denique quoddam impudens ollam ferventi aqua plenam in faciem ejus effudit. Hoc modo deductus in theatrum, pedibus fune colligatis suspenditur. Interim ipse clamabat, Domine, miserere; item, Quid calamum contritum infringitis? Nec adhuc contentus erat vulgi furor, Andronico suspenso. Nam lacerata tunicula, virilia ejus vexata sunt; et quidam longum ensem per fauces ejus ad intestina usque trajecit. Duo quoque Latini generis, enses ambabus manibus in nates ejus adegerunt, ut periculum facerent, uter esset acutior. Post tot ærumnas ægre vitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota: ut multi putarent, cum calidum ex ea sanguinem ob recentem plagam adhuc destillantem, exsugere. Imperavit annos duos, cum antea quoque rerum potitus esset unius anni spatio, sine purpura et diademate. Post ejus mortem filii quoque, Joannes et Manuel, cæcati perierunt.

Hinc Isaacius in profligandos Siculos intentus, qui jam Constantinopoli etiam imminebant, copiis A suis Alexium Branam ducem præficit. Is bello feliciter administrato, præter spem omnium Siculos delet, urbesque captas recuperat. Periere Siculorum in bello supra 10,000, in carceribus autem frigore ac fame ad quatuor millia. Duces etiam capti sunt, Richardus et Balduinus, una cum Alexio Comneno, belli auctore, cui mox oculi sunt effossi. Secundum hæc infeliciter tentata Cyprus, et secuti motus Vlachorum nationis: adversus quos nihil recte gestum a Joanne patruo imperatoris, nec a Joanne Cantacuzeno. Missus autem ad debellandos eos Alexius Branas, imperio affectato, Constantinopolim reversus obsedit. Verum non multo post, irrito conatu, cæsus est per Conradum Marchionem Montisferratensem: cui Cæsaris honorem B imperator detulerat, viro valde strenuo et forti, maximis largitionibus ex Italia Constantinopolim evocato, ut Theodoram imperatoris sororem matrimonio sibi jungeret. Ejusdem supra quoque facta est mentio, quod Moguntinum prælio victum ceperit. Mortem obiit immaturam, per fraudem a Chasio quodam occisus in Palæstina, ubi præclarum virtutis et prudentiæ specimen, Ioppe (quam nunc Acconen vocant) et aliis oppidis expugnatis, magno cum terrore Saracenorum ediderat. Durante adhuc bello contra Vlachos, Theodorus Mangaphas, quem Morotheodorum deinceps vocarunt, occupata patria sua Philadelphia, frustra imperium affectavit, in perpetuos carceres deinceps C inclusus.

Fridericus quoque rex Alemanorum expeditionem suscepit, ad eripiendam Saracenis Ægyptiis Palæstinam. Hoc ejus iter Isaacius contra fidem datam impedire conabatur, sed cum nihil efficere se videret, tandem liberum Alemanis transitum concessit. Enituit tum erga peregrinos insignis Laodicensium hospitalitas. Quapropter iis Alemani faustissima quæque sunt a Deo precati, et Fridericus ipse manibus oculisque sublatis in cœlum, genibus humi flexis, oravit, ut quidquid vitæ prodesset, quidquid animis salutem afferret, a Deo gubernatore hujus universitatis impetrarent. Adjecit hoc quoque, si reliquæ provinciæ Romanorum tam benigne Christi **341** milites excepissent, se D illis et opes secum allatas perlubenter fuisse daturos, commeatu pacato accepto, et fines Romanos jampridem fuisse transituros, hastis nullius Christiani sanguine contaminatis. Cum autem Fridericus ingressus agrum Iconiensis sultani, qui et ipse pacatum ei transitum concesserat, contra fidem datam violaretur, duobus præliis Turcos, ad Philomelium et Cingularium, sic prostravit, ut et celebris et formidabilis apud orientales nationes evaderet: præsertim posteaquam non longo temporis interjecto spatio consimilibus eosdem cladibus apud ipsum Iconium affecisset, quod ei se mox dedidit. Urbe potiti Alemani, tectis suburbanis contenti, et commeatu saltem ablato, citra maleficium discesserunt. Hinc ab Armeniis honorifice

susceptus, Antiochiam ire in animo habebat, augescente indies viri gloria, et nomine illustrato, tum ob prudentiam, tum propter invictum exercitum, ita ut nullus hostis cum eo congredi auderet. Cum autem ad fluvium quemdam pervenisset, vorticibus aquarum suffocatur: vir honesta et perpetua memoria dignus, et judicio prudentum vel in tali obitu felix, non eo tantum, quod nobili ortus genere, avitum imperium in multas gentes obtinuit, sed ob illud potius, quod ultra omnes omnium gentium Christianarum principes Christi desiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi superbaque cum charissimis vita despectis, cum Christianis Palæstinæ incolis ærumnas tolerare maluit. Patre mortuo, filius Laodiceam in Cœlesyria, Berytum, aliasque civitates Syriæ subegit, ac pluribus pro Christi nomine laboribus exhaustis, extremum ad Acconem, quam obsidebat, vitæ diem clausit. Exercitus reliquus navibus suorum Tyri conscensis, incolumis ad suos rediit.

Nec Alemani duntaxat hoc tempore Saracenis qui Palæstinam occuparent, arma intulerunt, sed etiam Francorum Anglorumque reges magnis classibus Tyrum appulerunt. Cumque Saracenos nec ipsi urbe sancta pellere possent, infectis rebus domum reverterunt. In itinere tamen Anglus Cyprum occupavit, capto Isaacio Comneno tyranno, de quo supra diximus; insulamque pro sua Hierosolymitano regi donavit, ut ibi amisso regno habitaret. Cæterum non crebræ tantum seditiones multorum qui affectabant imperium, Isaacium exercebant: sed etiam Vlachorum natio progressa, munitas urbes invadebat. Anchialum enim vastabant, Varnam subigebant, Triaditzam sive Sardicam delebant, Stumpio cives ejiciebant. Tandem in expeditione contra Vlachos, magnifico cum apparatu suscepta, cum venationi esset intentus Isaacius, ab Alexio fratre, de quo non tantum nihil mali suspicabatur, sed etiam summam sibi charitatem observantiamque pollicebatur, et oculis et imperio spoliatus est. Imperavit annos 9, menses 8, nondum annos 40 natus, cum regnum amitteret.

Alexius imperator in castris designatus, omisso contra Vlachos bello, Constantinopolim redit: ubi cum inauguratus esset, quoddam memorabile contigit. Templo enim egressus, cum conscensurus esset equum Arabicum, sessorem ille non voluit admittere, sed oculis sanguine suffusis, auribus erectis, crebro solum pulsans, et anterioribus unguis cum fremitu sublatis, indicium præbuit, quasi Alexium tergo recipere dedignaretur. Ubi vero post multos poppysmos et cervicis palpationes placatus, crebros illos gyros et calcitrationes omissurus videbatur, imperator in eum insilit, et habenas prehendit. Nihilominus ille ferocit, nec prius importune saltare desistit, quam gemmata corona capite imperatoris excussa, et ex parte comminuta, ipsum quoque dejecisset. Alio equo adducto, fracta corona inauspicatum omen visa est imperii cladium non expertis, et imminentis ruinæ, noxæque hostilis. Past hæc imperator Angeli cognomento, sive ut humiliore, sive ut abolendo cum fratre, repudiato, Comnenus appellari voluit. Tota ejus vita mollis fuit, et perpetuo socors ingenium. Omnia de imperatricis sententia fere gerebantur, cujus et virilis erat animus, et providentia singularis, sed impudica plane vita, quæ sane infamia maritum quoque dehonestabat.

Hoc tempore rex Alemanorum Ammerigus [Henricus], Friderici filius, paterno principatu suscepto, Sicilia et Italia subactis, Græcos lacessebat; quanquam ab adversario suo, papa Romæ veteris, ab instituto retraheretur. Postulabat autem sibi per legatos restitui Romanas provincias ab Epidamno Thessalonicam usque, tanquam belli jure nuper a Siciliæ rege subactas, cui nunc ipse successisset. Addebat offensas paternas, quod imperator Manuel papam Romæ veteris contra Fridericum concitasset et armasset. Itaque denuntiabat, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendam, aut bellum statim tolerandum. Quæ autem pecunia pacis nomine quotannis pendi deberet, auri centenariis quinquaginta principio æstimata, postremum ad centenarios 16 redacta est: quos ut Alexius exsolveret, imperatorum sepulcris spoliatis, ad 70 centenarios argenti et auri nonnihil corrasit. Verum ante quam pecunia mitteretur, Alemaniæ rex naturæ debitum persolvit, cum gravissime in Siculos, qui seditionem concitarant, animadvertisset. Factionis quidem principem et regem delectum corona jussit aheнea redimiri, quæ cum haberet quatuor foramina, per ea totidem clavis capiti ejus est affixa. Quod nisi factum fuisset: Habes, ait Ammericus, coronam quam venatus es; nemo tibi hanc invidet. **342** Ille vero mox oborta vertigine, humi prolapsus, exspiravit. Capta Sicilia, cum cæteris Irene Isaacii imperatoris filia captiva est abducta, et desponsa fratri regis Alemaniæ Philippo, amisso priore conjuge, qui post obitum Tancredi patris Siciliæ regnum obtinuerat.

Secutæ sunt deinceps gravissimæ Constantinopolis clades. Nam Isaacius pridem imperator cum Latinis arcana consilia de ulciscendis injuriis et evertendo fratre Alexio conferebat, litteris ad Irenem filiam missis, Philippi Alemanorum regis conjugem, quibus eam ad opem sibi ferendam instigabat, atque inde litteras recipiebat, quibus quid agendum esset, monebatur. Deinde filius quoque ipsius Alexius, custodia eductus, libere quo libuit ambulavit. Quapropter de consilio paterno, Pisani cujusdam ope, perductus in Siciliam, sorori indicatur: quæ justo præsidio misso, fratrem amplexa, maritum Philippum orat, ut patri suo pro virili opem ferat, et fratrem quoque juvet, exsulem et extorrem.

Acciderunt et alia mala. Nam cum Venetis mercatoribus ex avaritia ministrorum imperatoris et cognatorum adimerentur prisca quædam privilegia,

Pisanique ipsis præferrentur : a Græcis paulatim abalienati, se vicissim eis per occasionem ægre facturos ostendebant. Itaque dux eorum Ericus Dandulus, vir prudens ac provectæ admodum ætatis, de auxiliis aliorum asciscendis cogitat, quos norat a Græcis dissidere. Cumque tempus ipsum nobiles quosdam toparchas, qui Palæstinam visere cupiebant, sponte obtulisset : societatem et fœdus contra Græcos coit. Erant ii, Montisferrati marchio Bonifacius, Flandriæ comes Balduinus, comes Sancti Pauli Hericus, Pleæ comes (1) Lodoicus, et alii complures audaces bellatores. Classe per integrum triennium fabricata, Alexius Isaacii Angeli filius litteris veteris Romæ pontificis, et Alemaniæ regis instructus, cum aliis se conjungit, et pecuniarum acervis ipsorum animos expleturum se pollicetur, si paternum imperium sibi restituerent. Idem sacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumque religionem amplexus, privilegiorum papalium renovationem, et Græcorum institutorum mutationem pollicetur. Hoc modo factum, ut Byzantium obsideretur, Alexius frustra tentatis armis bellum profugeret, post VIII imperii annum Isaacio et ejus filio Alexio imperium deferretur, Latini rapinis, incendiis, ferro in Byzantinos captos crudelissime grassarentur.

Inter magnas autem seditiones urbanæ plebis, imperio rursum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murzuflus sive supercilliosus, Nicolaum Canabum imperatorem a populo designatum capit, iterumque redacto in potestatem suam Alexio Isaacii filio sibi vindicat imperium. Cum his Alexio venenum propinasset, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis diu sumptis vicerat : laqueo tandem ei guttur elidit, mense imperii sexto, die octavo. Verum ne Murzuflus quidem ultra duos menses et 16 dies imperio potitus est, expugnata rursum a Latinis urbe : qui ea capta, de suorum procerum numero Balduinum Flandriæ comitem communibus suffragiis imperatorem designarunt, agentem annum ætatis 52, virum pium, modestum, adeo pudicum, ut mulierem inverecunde non aspiceret, quamdiu a conjuge aberat, et bis qualibet hebdomade vesperi proclamari juberet, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.

Murzuflum hoc imperante Alexius Isaacii frater, quem Constantinopoli relicto imperio profugisse diximus, dolo comprehensum luminibus orbavit : neque multo post execrationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantium reducitur, et ob dominum imperatoremque suum Alexium Isaacii filium laqueo strangulatum, in judicium vocatus, capitis damnatur, novoque supplicii genere afficitur. Nam in altissimam columnam perductus, inde præcipitatur : et aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus, et humi allisus, miserabiliter interiit.

Adrianopolim cum obsideret Balduinus, Joannes Vlachorum princeps, Latinis in insidias pellectis, egregia potitus est victoria, cæso Lodoico Pleæ comite, Balduino capto, Dandulo et Herrico Balduini fratre propter acceptam cladem fuga sibi consulentibus. Hinc factum Constantinopoli decretum, quo Latini promulgarunt, se nemini populariun suorum inaugurationem regni concessuros, nisi morte Balduini prius explorata. Cumque hoc modo annum unum et menses quatuor rempublicam sine imperatore administrassent, audito ejus interitu, Herricum fratrem imperatorem declarant. Est autem Balduinus ab Joanne Myso crudelissime necatus, cum pedibus et manibus amputatis, reliquum truncum in vallem profundam abjici juberet, ubi tertio demum die volucrum esca miserabiliter exspiravit.

Herricus imperio potitus, cum ex suis Orestiade relictis, Scytharum et Vlachorum exercitus denuo egredi audisset : non hostium multitudine territus, nec superiorum bellorum cladibus consternatus, exire non dubitavit, ut et suos conservaret, et Græcorum reliquis subveniret. Igitur Adrianopoli a profectus, cum Vlachos Latinorum conspecta, audaciam usitatam et rei militaris habitum etiam post illas strages retinentium, territos vidisset : usque ad Crenum et Boream eos est persecutus. Inde per Agathopolim, Anchialum usque progressus, ibique castris positis, et multis rebus gestis, unde pecunias, **343** homines, pecudum greges et armenta cepit, salvus Constantinopolim rediit.

Interea vero, dum Constantinopoli regnant Latini, Theodorus Lascaris, Alexii Comneni imperatoris gener, in Asia sibi usurpat imperium, quam occupare Latini propter Vlachorum bella non poterant. Cum autem Alexius Theodori socer ex Europa in Asiam profugisset, ad Jathatinem sultanum, Attaliæ principem sese contulit, ut ejus ope genero pulso, rerum ipse potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Jathatine manu Theodori fortiter præliantis interempto. Cum annis 18 Theodorus imperasset, naturæ debitum persolvit : Joanne Duca, qui filiam ejus Irenen in matrimonio habebat, successore designato.

Henrico autem imperatore mortuo, Robertus imperio potitus est, ejus ex Iolanta sorore nepos : qui frustra Joannem oppugnavit, trajectis in Asiam copiis Lascarum ducorum causa, qui se Joanni putabant omnino præferendos esse. Paulatim vero potentia Joannis crevit, in Europam Thraciamque Roberto parentem trajicientis : unde factum, ut e Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ causa, quam ut imperatoris filio Theodoro, Helenæ Asanis junioris, Bulgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea legatio rata fuit, et congressi circa Chersonesum imperator et Asan, Helenam Asanis filiam decem annos natam, imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Lascari ju-

(1) Id est Blesensis. Vide Gregoram p. 14, cum Du Cangii nota. Edit.

niori, espondent. Is deinceps mortuo patri, qui 33 annis regnavit, in imperio suffectus est: neque diu rerum potitus, Joanne filio, sex annos nato, hærede relicto, vivendi finem fecit.

Michaelus autem Palæologus, qui jamdudum etiam vivo Theodoro res novas molitus fuerat, in se rerum summa translata, Joannem oculis spoliat. Recuperavit idem Constantinopolim, cui tum quartus ex Flandris imperator præerat, Balduinus secundus, Roberti jam mortui frater. Itaque rursus imperii forma quædam per Michaelum est constituta, Latinis prorsus ex Græcorum ditione pulsis, præter exiles reliquias, in Peloponneso adhuc hærentes. Cumque non tutum, nec paci accommodatum esse videretur Michaelo, turbam opificum et mercatorum, ex Venetis Pisanisque constantem, quæ pulsis Latinis remanserat, intra urbem una cum Genuensibus, perpetuis ipsorum hostibus, degere, Galatam Genuensibus assignavit, e regione sitam, mercium immunitate concessa, quam antea quoque promiserat, urbe nondum potitus, si per eos in illa recuperanda juvaretur. Mittebantur his magistratus domo certis temporibus, qui jus dicerent, suisque præessent. Ac Veneti quidem suum appellabant Balivum sive curatorem, Pisani consulem, Genuenses Potestatem.

Balduinus Flander, periculo Constantinopolitano liberatus et elapsus, in Italiam cum pervenisset, cum rege Neapolitano Carolo, Galloruna regis fratre, qui Conradinum Suevum legitimum ejus hæredem regni trucidarat, affinitatem junxit, illius filia filio suo desponsa, sperans ejus opibus se Constantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atque conatus irritus omnino fuit. Imperante Palæologo, 23 die Maii, anni 6775, sub horam ante meridiem tertiam, luna solem obscuravit, fuitque tota eclipsis punctorum fere 12. Tantæ autem sub ejus medium ortæ sunt tenebræ, ut multæ stellæ apparerent: quæ nimirum maximas Romanorum calamitates, a Turcis imminentes, portendebant. Secundum hæc imperator Andronico filio Annam Pannoniam despondet, simulque ipsum insignibus imperii ornat, cum promisisset dato jurejurando, se pie veneraturum Ecclesiam, et privilegia ipsius inviolata conservaturum, patri autem nunquam insidiaturum.

Cum autem Carolus rex Neapolis magnos apparatus faceret in gratiam Balduini Flandri, Palæologus domestica in illum bella commovit, magna pecunia finitimis, Sicilo rege ac Venetis, ad bellum illi faciendum concitatis. Præterea legatos ad papam mittit, de incunda veteris et novæ Romæ Ecclesiarum concordia, modo is Caroli expeditionem averteret. Et legatione a papa benigne audita, concordiæ rationes initæ sunt, cujus hæc fuere capita: Primum, ut in sacrorum voluminum hymnodiis papæ cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major et perfectior esset, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. Huic concordiæ principio Byzantini adversabantur, sed paulatim mitius sensere, postea quam Joanni Beco Chartophylaci fuissent exhibiti Blemmydæ Nicephori libri, qui de iisdem adversus Latinos controversiis Joanne Duca imperante consultus, multa scripserat. Hoc modo factum, ut Beccus, qui dudum acerrime Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam faceret ambiguam, patriarchicoque solio conscenso, ad intimam imperatoris amicitiam admitteretur.

Mortuo autem Michaelo, Andronicus filius in imperio successit: quo regnante, Turcorum principes, Carmanus Alisurius, Sarchanes, Calames, Cerasus, Atman (qui et Otomanus) Amurliique filii, provincias Asiaticas Græcis ademptas, inter se partiti sunt. Adversus hos arcessiti sunt ex Hispania Catelani Ronzerio duce, magnis promissis præmiis, si Turcos a Græcorum finibus averterent. Cum autem re contra Turcos feliciter gesta, non numerarentur eis stipendia, de quibus convenerat: conversis in ipsos Græcos armis, 344 Asiam depopulati, rursus in Europam trajecerunt. Cumque Callipoli occupata, Ronzerium Cæsaris honore prius ab Imperatore ornatum, ad postulanda stipendia sua Orestiadem, ubi Michaelus Andronici filius imperator designatus id temporis agebat, ablegarent: jussu Michaeli Ronzerius ad ipsam regiam Græcis a militibus est interemptus. Qua cæde nuntiata, Catelani sese bello parare, Græcorum luna dilapere, Thraciam pervagari, Michaelum aperto prælio ad Aprum (oppidi hoc in Thracia nomen est) sternere, victoria freti Macedoniam invadere, superatisque montibus et convallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Thessaliam irruere. Cum autem minimè lacessendos Thessali Catelanos statuerent, datis pecuniis et viæ ducibus impetrant, ut eorum finibus excederent.

Igitur in Bœotiam delati, ab Athenarum Thebarumque duce transitum per ejus fines pactum petunt. Ille cum fastu et dérisu Catelanis eorumque postulatis spretis, per autumnum et hiemem vires suas ad ver usque colligit. Itaque Catelani veris initio non procul a Cephiso flumine castris positis, hostem opperiebantur. Erant eorum equites 3500, peditum 4000. Dum hostium adventum exspectant, omnem illam terram arant, ubi pugnare decreverant; deinde obducto vallo, et actis flumine fossis, totam planitiem sic irrigant, ut stagnaret. Vere medio regionis princeps cum magnis copiis aderat, equitum 6400, peditum amplius 8000 ducens. Et erat ipsius opinio arrogantiaque longe major. Sperabat enim, se Catelanis victis, omnia Byzantium usque suam in potestatem redacturum. Cumque planitiem inter suos et hostes interjectam, multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quæ acta erant, suspicatus, cum equitibus in eos fertur, extra cappum in procinctu stantes. Sed priusquam Attici mediam ad planitiem pervenirent,

equi veluti vinculis impediti, madefacta terra ad gressum audaciorem subsidente, partim una cum equitibus in luto volutantur, partim iis excussis temere in campo feruntur, partim pedibus demersis ordine astabant. Quibus rebus animati Catelani, telis hostes circumventos internecione delent, et cum equitatu fugientes Thebas ac Athenas usque persecuti, urbes ipsas cum opibus, uxoribus et liberis hostium ex improviso capiunt.

Ceterum mortuo filio Michaelo, Andronicus nepotem ex eo suum, Andronicum juniorem, longe sibi charissimum, imperatorem designavit. Is vero dominandi libidine ductus, avum longo tempore variis aerumnis exercere non desiit, donec ei tandem imperium extorqueret. Quo facto, custodiebatur in palatio senior Andronicus, præque senio perpetuisque molestiis et lacrymis amisso visu, quorumdam aelicorum intemperia postremum habitu monastico induitur, mutatoque nomine, deinceps Antonii appellationem accipit. Postcaquam ad se transtulisset imperium Andronicus junior, intellecto, Nicæam ab Orchane Turco, Bithyniæ principe, obsideri, trajectis in Asiam copiis, hostem adortus, insigni clade afficitur, maxima suorum parte amissa. Eodem Andronico imperante, Serviorum quoque natio Cralem (hoc est, regem) suum, qui diutissime regnarat, ab administratione removet. Deinde filio patri substituto, senem in carcere suffocat; invito fortassis illo, sed tamen connivente ac tacente.

Senior autem Andronicus, anno ætatis 74, mortuus est, qui ab initio imperii ejus quinquagesimus erat. Junior annos 45 vivendo non explevit, mortuus anno post occupatam Constantinopolim, et ereptum avo imperium vicesimo. Cum autem moreretur, reliquit Joannem filium natum annos 12; tutoremque assignavit ei Cantacuzenum, virum opulentum, et magna potentia subnixum, ut puerum tutaretur, et curaret ad eam usque ætatem, quæ regno gubernando idonea foret. Ubi vero Andronicus excessisset e vivis, non multo post, urgentibus et postulantibus Græcis, Cantacuzenus tutor ad regnum allectus est, puero tamen nulla injuria affecto. Cumque sibi affinem illum Cantacuzenus fecisset, ut imbellem contemptui habuit, spem omnem in Græcis quantum ad regnum retinendum attinebat, ponens. Deinceps autem, cum regno pupillum spoliasset, Orchanique filiam uxorem dedisset: cum et amicissimum et familiarissimum in posterum expertus est. Orchani, qui 22 annos regnaverat, Suleimanus filius cum Amurate fratre successit: quorum ille mox contra Cantacuzenum arma movit. Verum non multo post utrinque pax facta est, et fœdus initum, ut conjunctis copiis bellum Bulgaris inferretur. Quod cum aliquandiu Suleimanus gessisset, nec oppidis etiam Thraciæ, quæ Græcorum juris erant, abstinuisset, mortuus, hæredem regni bellique fratrem Amuratem reliquit. Præerat tum Bulgaris Susmanus Alexandri filius, qui legatis ad Amuratem missis, pacem ac fœdus impetravit, data ei filia in matrimonium, quam excellenti forma præditam habebat.

Ceterum Joannes Palæologus Andronici junioris filius ubi adolevisset, imperio recuperato, Cantacuzenum expulit, monastica veste induit, mutatoque nomine Matthæum appellari jussit. Erant Cantacuzeno filii duo, quorum natu majorem pater imperio destinabat, minorem Manuelum Mizithræ sive Spartæ ducem fecit. Major patre a gubernaculis submoto, ceu diximus, ad Rhodi principem quem **345** magnum magistrum vocant, profugiti ubi cum frustra se recuperationem imperii sperare cerneret, ad fratrem in Peloponnesum prolectus deinceps privatus vixit. Joannis Palæologi imperatoris filio Andronico Susmani filia uxor data est cujus sororem habebat Amurates. Andronici fratres erant Demetrius, Manuelus, et Theodorus, qui Amuratis castra sequebatur. Cum autem in Asia per absentiam Amuratis mota fuisset seditio, ejusque compescendæ causa copias illuc trajecisset, sumpto secum Joanne imperatore: utriusque filius, Sauzes et Andronicus, communicatis consiliis eripere parentibus imperium decreverunt. Quapropter in Europam illi revérsi, filios in potestatem redactos excæcarunt, Joanne fervidum aceum suis oculis infundente.

Secundum hæc territus Joannes Turcorum successibus, auxiliorum impetrandorum causa profectus est Venetias: ubi cum nihil effecisset, in Galliam et Angliam abiit, spe itidem irrita, quod Carolus sextus rex tumultibus suorum distineretur. Itaque reversum Venetias, dimittere mercatores Veneti per summam insolentiam noluerunt, nisi pecuniam creditam ituro ad Galliæ regem, una cum usuris restituisset. Hac de causa cum ad filium Andronicum, quem Constantinopoli per absentiam suam præfecerat, suos ablegasset, nec ab eo quidquam extorquere posset: Venetiis hærere diutius coactus fuisset, ni Manuelus alter filius, qui Thessalonicam administrabat, e sua præfectura coactis nummis, Venetias ad patrem venisset, eumque liberasset. Quo quidem ille facto patrem arctissime sibi devinxit, Andronico deinceps gravissime succensente.

Amurates illato Triballis, eorumque principi, cui Lazaro nomen erat, bello, præter exspectationem hoc modo est interemptus. Stabant utrinque acies in procinctu, jamjam conserturæ manus, cum Milosus quidam Cabilovicius, Lazari miles, re cum principe suo communicata, velut transfuga se ad Amuratem confert. Admissus in conspectum Amuratis, facinus longe pulcherrimum aggreditur. Nam eo fortiter interfecto, cum evadere ad suos non posset, animose pugnans occubuit. Ita periit Amurates, cum annos 37 regno præfuisset, ac bella 37 tam in Asia, quam Europa, felicissime gessisset. Successorem Bajazetum filium habuit.

Ad eum se contulit Andronicus Joannis filius cui

fervens acetum in oculos infusum fuisse diximus (irrito tamen conatu, nam visum hoc tempore recuperaverat), una cum Joanne filio : petentes auxilium, ut imperio Byzantino potiretur. Cum equitum 4000 impetrassent, Byzantium contenderunt. Joannes autem imperator et Manuel filius, audito Andronici adventu, arcem Aureæ (quam vocant) ingressi obsidioni tolerandæ se parabant. Verum Andronicus arcem pactionibus in deditionem accepit, et ambos in carcerem turris ligneum valde arctum compegit : in quo triennium egere, frustra monente Bajazeto, ut interficerentur. Anno quarto carceris præfecto persuaserunt, alimenta captivis ministranti, ut ferrum clam ipsis suppeditaret. Quo facto, evaserunt ad Bajazetum, pro restitutione tributum maximum pollicentes. Exploratis Byzantiorum animis, Manuel eis imperator datus est auctoritate Bajazeti, qui triginta millia nummorum aureorum singulos in annos Turco penderet, Andronico et Joanne filio in aulam Bajazeti deportatis, ubi victum haberent. Adjuvante Manuele, Bajazetus Philadelphia Lydiæ munita urbe, quæ sola Græci adhuc juris erat in Asia, potitus est.

Cum autem promissa Bajazeto Manuel non præstaret, ac in aulam Turci venire detrectaret, inchoata est obsidio Constantinopolis, quæ totum decennium duravit, et urbs omnino capta fuisset, ni Tamberlanes Scytha, bello Turcis illato, Bajazetum ipsum cepisset. Hac obsidione durante, Manuel urbe Joanni Andronici filio commissa, qui a Bajazeto ad ipsum defecerat, auxiliorum causa in Italiam ad Venetos et Mediolani ducem profectus est. Inde Galliam ingressus, regem Gallorum Carolum phrenesi laborantem offendit, nec potuit a quoquam Galliæ ducum ea impetrare, quorum causa venerat. Quapropter ita consulentibus optimatibus, qui illic erant, tam diu exspectandum statuit, donec rex convalesceret. Cum autem morbus in longum protraheretur, manere diutius non fuit ausus : ideoque transita Germania Pannoniaque, domum rediit.

Mortuo Bajazeto, cum Machometus filius post fratres ad imperium pervenisset, perpetuamque cum Græcis pacem fecisset, Manuel imperator in Peloponnesum profectus, Isthmum muro cinxit, ut universa regio tuta foret. Erant Manueli filii, Joannes, Andronicus, Theodorus, Constantinus, Demetrius, Thomas. Joannem primogenitum, qui reliquis præstare videbatur, in societatem imperii admisit. Eidem uxorem ex Italia dedit, Montisferrati principis filiam, indole quidem præclara præditam, sed illiberali forma : quam ob causam illa parum ei cordi erat, nec cohabitanti, nec matrimonii legem servanti. Ea vero se marito invisam animadvertens, navim conscendit, et ad propinquos suos se recepit. Andronicus elephantiasi corruptus, non diu vixit. Theodorus a patre missus est ad Theodorum purpurigenam patruum, ut educatus a patruo, eidem in Peloponnesi principatu succederet. quod quidem deinceps factum est. Cum hoc nupta fuit quædam ex Malatestarum 346 marchionum familia, præstans omnino forma reliquisque dotibus mulier.

Mortuo Machometo, quem in se Græci perbenignum et amicum experti sunt, anno imperii 12 primogenitus Amurates regnum Turcicum in se transtulit. Hoc imperium suum auspicato, Græci seque resque suas plane perditum iverunt. Arcessebant enim e Lemno Mustapham, qui Bajazeti se filium perhibebat, quanquam Machometus, paulo ante (ceu dictum est) mortuus, supposititium esse dixisset, et ab Græcis impetrasset, ut carcere clausus asservaretur. Cum autem præ ventorum vehementia Mustaphas e Lemno in Hellespontum transportari non posset, ac in Europa rex constitui, triremibus intercipiebant Amuratis in Europam trajectum Propontide ac Hellesponto interclusis. Interim ipsi Calliupolim navigant, Chersonesi urbem opulentam, ut ibi cum adveniente Mustapha in colloquium venirent, quem ubi regem Europæ fecissent, petierunt ut Calliupolim sibi restitueret, idque facile obtinuerunt. Tum vero duces Amuratis, in Europa relicti a Machometo patre, Bajazetum unum ex optimatum numero Byzantium ad Manuelem ablegant, qui rogaret, ne initum cum Machometo fœdus violaretur, simulque duodecim primatum filios obsides, aureorum ducentena millia, regionem denique maximam Calliupoli vicinam, quamcunque Græci postulassent, offerret, si Mustapham Byzantius imperator desereret, ac neutris suppetias ferret, sed ipsos potius sineret infestis armis concurrere.

Quibus intellectis, Joannes Manuelis filius, juvenis imperii cupidus, arbitrabatur initio res suas multo melius habituras, si inimicitias inter se illi gererent, discordiaque mutua res suas perderent. Praterea non parum sibi conducturum putabat, si ambo sua opera indiguissent. Quod si etiam regnum inter se partirentur, facilius utrumque posse opprimi statuebat ab se, qui tamen neutri reapse par esset. Deinceps vero longe aliam secutus est sententiam, totus Mustaphæ partibus addictus. Pater autem Joannis Manuel imperator diversum a filio sentiebat, fœderum religionem statuens violandam non esse. Vicit tamen filius, decretaque sunt Mustaphæ auxilia. Mox obsessa Calliupolis et expugnata, quam ubi Græci repeterent, Mustaphas dicere, Turcis hoc ingratum fore, regno necdum parto : simulque rogare, tantum aliquantisper exspectarent. Deinceps Adrianopolis occupata, Turcici regni sedes in Europa : quo facto, passim ad eum copiæ Turcorum, ceu Bajazeti filium, defecerunt. Redacta in potestatem Europa, cum Azapidis Turcorum peditibus, aliisque copiis Europæis, et Zunaite Smyrnæ principe in Asiam trajecit, ut ea quoque potiretur. Simul ad Græcos legatis missis petiit, ne quid absente se innovarent : se Amurate victo, Calliupolim redditurum. Misit et suos Amurates, qui amplissima quæque pollicerentur, si suas partes sequi

vellent. Cum autem in amicitia Mustaphæ persisterent, infectaque re legatos Amuratis ab se dimitterent, in castra illi reversi, rumorem didebant, Græcos ad Amuratem traductos esse : simulque Mustaphæ militibus extrema quæque minitabantur, tanquam in Asia plane perituris, relicta in Europam intercluso. Hæc fama cum in castris Mustaphæ volaret, ac necdum legati, quos ipse miserat, præsto essent : nutare Turcorum animi cœperunt, statimque Zunaites ad paternam ditionem profugit, cæteris quoque ducibus et copiis dilabentibus. Eo facto, Mustaphas ad mare profugit, ut saluti suæ consuleret, ac in Europam se contulit.

Cum hæc in Asia gererentur, imperator Byzantius in Peloponneso mulierem quamdam, sacerdotis filiam, alieno prorsus tempore deperibat, negligens interim præclaram occasionem excludendi Amuratis a trajectu in Europam. Is ubi suis, opera Genuensis cujusdam nauclerii trajectis, Mustapham acerrime persecutus cepisset ac strangulasset : Græcis infensus, Constantinopolim obsedit, quanquam irrito conatu, tam fortiter illis resistentibus, ut obsidionem solvere cogeretur. Cum autem ne tum quidem Græcis pacem concedere vellet, Mustapham illi, tredecim annos natum, Amuratis fratrem arcessunt, eique se regnum conciliaturos pollicentur, ut Amurati negotium facesserent. Verum is quoque deductus a Græcis in Asiam, a nutricio suo, cui a patre Machometo educandus fuerat traditus, Amurati proditus interficitur.

Secundum hæc missis rursus ad Amuratem legatis, præsertim viris illustribus, Notara et Carduca, tandem Græci pacem impetrarunt. Ea durante, Genuenses a Joannes Manuelis filio irritati, bellum Constantinopoli fecerunt, eamque obsidione cinctam oppugnarunt : quam ubi capere non possent, Galata (quæ Genuensium urbs erat, e regione Byzantii, Peræ quoque nomen habens) munita, in Italiam redierunt. Nihilominus inter Galatenses et Byzantios bellum gerebatur, donec tandem multis Genuensibus a Joanne Leontare duce captis, in concordiam reditum fuit.

Eo bello finito, Joannes Manuelis filius legatos ad Eugenium Romanum pontificem mittit, petituros, ut concilium indiceretur, quo Græcorum et Latinorum controversiæ componerentur. Tentabat hoc modo animos Occidentalium, an redituri cum Græcis in concordiam viderentur. Hi legati ad Germanos profecti sunt, qui Basileæ congregati, contra Eugenium concilium celebrabant, eoque rejecto, Felicem Sabaudiæ ducem, virum spectatæ probitatis, pontificem maximum creaverant. 347 Igitur ambo pontifices instructis triremibus, Joannem Byzantium imperatorem arcessebant. Nam uterque sub se concilium celebrari, et religionis controversiam, quæ cum Græcis intercedebat, finiri volebat. Cum ab utroque tres triremes adessent, imperator benigeis verbis concilii Basiliensis legationem dimittebat : cum Romanis, Venetis, Italisque reliqua se jam ante collocutum dicens, qui omnes se Romam profici jubeant. Itaque sumptis secum Byzantiis sacerdotibus, et Græcorum sapientissimis doctissimisque viris, in Italiam navigabat.

Cum Venetias appulisset, inde Ferrariam contendit, ubi degere pontificem Eugenium acceperat. Ad eum ubi venisset, precibus fatigabatur, ut pontificem juvaret in contentione quæ cum Germanis inciderat. Hinc Florentiam profecti sunt, quo cum Græci venissent, multa diu egere cum pontifice, ut religionis diversæ negotium feliciter transigeretur. Id ubi deductum ad exitum fuisset, scriptis et obtestationibus sacris sanxerunt, se deinceps unanimes in eadem religione futuros. Quo facto, pontifex allegit in cardinalium ordinem duos ex Græcis viros nobilissimos, eosque sibi familiaritate junxit : Bessarionem Trapezuntium Nicææ, ac Isidorum Sarmatiæ sive Russiæ antistites. Horum enim opera plurimum adjutus erat in concordia cum Græcis ineunda. Bessario tanta præditus erat ingenii vi, ut Græcorum præstantissimos non æquaret modo, sed etiam superaret. Judicio qualibet in re multum valebat. Græcarum Latinarumque litterarum tanta excelluit peritia, ut eruditionis palmam inter omnes facile caperet. Nicolaus, qui Eugenio successit, maximi virum fecit, et singulariter coluit. Quapropter Bononiæ ab eo præfectus est, ut eam pontificio nomine gubernaret. Cum autem urbs ea seditionibus variis agitaretur, divinam Bessario prudentiam virtutemque suam in tumultibus illis demonstravit. Isidorum non minus sapientem, et amantem patriæ, nimirum Byzantii, captum a Turcis esse constat deinceps, Machometo secundo urbem expugnante, pro cujus salute tum fortiter Isidorus præliabatur. Eugenius hunc virum, cum ejus auctoritas apud Græcos haberetur maxima, cardinalium in numerum retulit : quod eum putaret rebus suis plurimum in concordia cum Græcis constituenda commodaturum, uti sane accidit.

Cum autem Græcus imperator præsidium ad retinendum Byzantium a pontifice peteret, ita respondit ille, ut polliceretur, in posterum sibi Græcorum imperium curæ fore, neque cessaturum se diceret in Germanis Ungarisque concitandis, ut arma contra Turcos ex usu Græcorum caperent. His actis, imperator Byzantium revertitur. Redeuntes autem domum Græci, non amplius iis quæ in Italia pacta conventaque fuisse diximus, stare voluerunt. Quapropter motus Romanus pontifex, doctos quosdam viros Byzantium misit, ut cum Græcis in colloquium venirent : qui synodum in Italia coactam, ejusque decreta non admittebant. Marcus enim antistes Ephesi, et Scholarius Græcorum doctissimus, ut antea, sic ne tum quidem Latinis assentiri volebant. Ubi ad colloquium et disputationem ventum esset nihil efficere Romani potuerunt, sed infecta re domum reversi sunt. Hac re motus pontifex, auxilia Græcis promissa non misit : quos et ipsos a pontifice aversos,

concordiæ cum illo initæ pœnitebat. Quamobrem missis ad Amuratem legatis, Joannes imperator pacem orabat, et impetrabat.

Secutæ sunt fratrum Græcorum, Joannis et Demetrii, discordiæ : quibus durantibus, Joannes Demetrium parte principatus spoliavit : Demetrius Constantinopolim ope Turcorum obsedit, infectaque re discessit. Rursum inita cum Amurate concordia, nihilo cessabat minus imperator agitare consilia cum Eugenio Romano pontifice, ac Pannonum rege Vladislao, qui nuper admodum e Polonia vocatus, Ungaricum regnum occupaverat. Impetravit autem a pontifice decem triremes, quæ cum suis Hellespontum custodirent, ut Asianas copias Amurates trajicere non posset. Verum vicit Amuratis fortuna trajicientis eo tempore, quo propter adversarios ventos Græci Latinique contra Turcos niti nullo modo poterant. Ejus tam felicem trajectionem Joannes imperator ægre cum accepisset animo, deliberabat cum suis, quid in præsenti rerum statu potissimum ageret ; bellumne, an pacem Amurati denuntiaret. Quippe si pacem cum Amurate colere instituisset, fore putabat, ut ei per Pontum exercitum ducenti, commeatum et necessaria præstare cogeretur ; qua re Pannones offensurum se videbat, a quibus non leve periculum. Amurate devicto, immineret. Putabat igitur eo tempore consultissimum fore, Pannonum sequi partes, et Amurati bellum inferre. Post pugnam vero infeliciter ab Ungaris contra Turcos pugnatam, Græcus imperator in fœdus cum Amurate rediit, nec amplius id violatum est. Nam quietem amplexus est, Amuratemque muneribus coluit, ut nihil mali contra ipsum amplius moliretur.

Fœda autem contentio inter imperatorem Joannem et fratrem Theodorum erat coorta, qui Byzantium venerat, ut in societatem imperii a fratre admitteretur. Is se pro imperatore solum gerebat, fratrique resistebat. Postremum aperti hostes facti sunt. Nam expeditionem Theodorus contra imperatorem fratrem instituit. Erat ei concessa Selybria, cum regione vicina : cumque peteret ab imperatore proventus annuos ampliores ad vitam sustinendam, repulsam passus fuit. **348** Hinc bellum inter ipsum et fratrem exortum est. Prius tamen, quam belli Theodorus aliquem successum habuisset, vita functus est. Secundum hæc lacessente Amuratem Constantino, altero Joannis imperatoris fratre, Isthmus expugnata fuit, muro diruto, qui nuper ad arcendos a Peloponneso Turcos exstructus fuerat.

Neque multo post Joanne imperatore defuncto, in Constantinum ejus fratrem devolutum est imperium. Demetrius quidem, fratrum alter, imperium occupare nitebatur : verum impeditus fuit ab civibus, matre, Cantacuzeno et Notara, qui arbitrorum partibus fungebantur. Timebant enim, si Demetrius assequeretur imperium, fore, ut Constantinus exercitum adduceret, quo facto, periturum esset imperium. Demetrio tamen, et Thomæ, fratri natu minimo, Peloponnesus ex æquo concessa fuit : ob quam varie tumultuatum inter ipsos est, utroque studente alterum ejicere.

Sub hoc tempus Amurates apoplexia correptus in convivio, moritur cum 32 annis regnasset. Machometum filium successorem reliquit. Is sub ipsum regni sui auspicium Constantinopolim obsidere cœpit, et ad expugnationem omnia idonea comparavit. Ejus urbis amplitudo cum tanta sit, ut in circuitu 111 stadia contineat : distributis in muros militibus, eoque pacto instructis copiis, accidit ut minus munita foret. Aderat in urbe Græcis Isidorus Russorum antistes cardinalis synodi cogendæ causa missus, ut Romano pontifici Græcos reconciliaret : atque id non multo ante confecerat. Verum Græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis sera exstitit.

Tandem Constantinopolis expugnata est quarto Kalendas Quinctiles, qui dies Martis erat, anno 1453 vel, ut alii tradunt, quinquagesimo secundo, cum obsidionem quinquaginta quatuor dies tolerasset. Cantacuzenus, Theophilus, Palæologus, aliique nobilissimi viri fortiter dimicantes, interfecti sunt. Constantinus imperator fugiens in humerum accepto vulnere periit. Ejus exstincti caput ad Machometum quidam attulit, præterque munera longe amplissima principatu quoque donatus est. Imperio tribus annis et tribus mensibus potitus fuerat. Eodem die, Peram quoque, sive Galatam, Genuensium oppidum, Turci per deditionem occuparunt. Quæ autem calamitates in hac expugnatione Byzantiis acciderunt, explicari dicendo nequeunt. Nam miserabile hoc Constantinopolis exitium videtur omnia, quæ per universum orbem contigerunt, excidia superasse. Atque hic imperii Constantinopolitani finis fuit, quod a Constantino Magno ex Italia translatum, Byzantiique constitutum, in Constantino Palæologo desiit.

Continuationis Glycanorum Annalium, auctore Joanne Leunclavio, ad captum usque Byzantium finis.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΚΥΡΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ

ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ (1)

ΕΙΣ ΤΑΣ ΑΠΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ

ΛΟΓΟΙ.

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI

DOMNI MICHAELIS GLYCÆ

GRAMMATICI (2)

IN DIVINÆ SCRIPTURÆ DUBIA

DISPUTATIONES SIVE EPISTOLÆ.

EPISTOLA I'.

Ad Domnum (3) *Joannem* (4) *Sinaitam monachum, et Stylitam* (5) *maxime venerandum. Utrum in peccatum lapsis condescendendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint.*

Hoc etiam inter alia a veteribus consignatum est litteris, o sacrum divinumque caput, avem no-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ, καὶ στυλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ. Εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πταίουσι, καὶ μὴ κατὰ λόγον αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν τὰ προσήκοντα.

Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ω θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, τοῖς ἀρχαιοτέροις ἱστόρηται, Ἡν γλαῦκα τὸ

(1) Titulus præfixus Glycæ Epistolis in codice Cæsareo.

(2) Ita appellatur in codice Riccardiano, quo nos usi sumus.

(3) *Domnum*, κυρόν. A Græcis sequioris ævi scriptoribus κυρὸς pro κύριος passim usurpatur, quemadmodum κῦρ, et κύριε, et κύρης in eodem significatu. Non aliter Latini vocem *domnus*, ex *dominus* contractam, ad testandam venerationem adhibuerunt. Vir eruditissimus Carolus Dufresnius in suo *Glossario : Apud scriptores*, inquit, *ævi medii venerationem præcipuam debere appellationem* domni, *apice uno ex* domini *voce rejecto, observarunt pridem viri docti, et tribui vulgo ecclesiastica dignitate fulgentibus, ac vitæ sanctitate insignibus.*

(4) In monte Sina monachorum cœnobia et monasteria erant, unde Anastasius ille Sinaita celeberrimus, qui in eo monte vitam monasticam agens philosophabatur, ut loquitur Nicephorus lib. XVII *Hist. Eccl.* cap. 19, et lib. XVIII, cap. 44. Sed de monachis et monasteriis montis Sina videndi Symeon Metaphrastes ** in *Vita sanctorum Galactionis et Epistemes* apud Surium; Everwinus, abbas monasterii Doliensis in *Vita S. Simeonis*, monachi Trevirensis, qui cum monachus Sinaites fuisset, anno 1035 diem obiit; quæ Vita pariter habetur apud Surium; Sanctus Nilus abbas libello *De interemptione sanctorum Patrum qui erant in Sina et Rhaith regione* apud laudatos Metaphrastem et Surium; quæ quidem persecutio anno IX Anastasii imperatoris, indictione 11 contigit. Plura quoque de Sinaitis referet Anastasius ille monachus, cujus operis in cod. Colbertino 4726 hic exstat titulus : Ἀναστασίου μοναχοῦ διηγήσεις διάφοροι περὶ τῶν ἐν Σινᾷ ἁγίων Πατέρων : Ammonius etiam monachus, qui narrationem de sanctis Patribus Sinaitis a Barbaris peremptis, a doctissimo Combefisio editam, conscripsit. Sæculo XV quidem monachi Sinaitæ supererant, ut ex operibus Gennadii Scholarii intelligere est. Quin monasteria quædam adhuc in monte Sina exsistant, ut videre est apud Thevenotium lib. II *Itiner.*, cap. 26 *et seqq.*, et clarum præcipue est monasterium Sanctæ Catharinæ, de quo laudatus Thevenotius, et Montfalconius *Diar. Italic.* cap. 15.

(5) *Stylitam*. Στυλίτῃ quidem deest in codice Riccardiano, sed codex quo Pontanus usus est illud habebat. Hoc nomine appellatur monachus qui in columna vitam exigit. Suidas : Στυλίτης, ὁ ἐπὶ κίονος ἱστάμενος. *Stylita, qui super columnam stat.* Nam columna Græcis grammaticis στῦλος et στήλη ab eadem origine, sive etiam κίων dicitur. Unde Georgius Hamartolus in Constante filio Constantini post Heracleonem illos monachos vocat Κιονιτάς, *Cionitas*, id est, *Columnarios*. Sed a στήλη etiam στηλῖται dicti sunt, ut videre est in marginali nota Eclogæ Universi Juris, quam Leunclavius edidit, lib. VII, tit. VIII, cap. 2. Hujus instituti auctor

Jac. Pontano S. J. interprete. ** In tomo nostro CXVI.

ὄρνεον τὸ ἀμορφότατον ζῶον μέγα τι χρῆμα οἴεται ὁ ἀετὸς καὶ παράδοξον· καὶ καθάπερ τινὰ φύσιν θαύματος ἀξίαν περιέπει ταύτην καὶ τέθηπε, καὶ ταῦτα μηδέ τι ἕτερον οὖσαν ἢ γλαῦκα, δυσειδῆ, καὶ καταφρόνητον τοῖς πολλοῖς. Καὶ μή μοι λέγε τὴν ἱστορίαν εἶναι ψευδῆ, μηδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἀκουόντων μυθοπλασθῆναι ταύτην ἀνέκαθεν. Ἐξ ἡμῶν γὰρ αὐτῶν ἐπιβεβαιοῦται τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ τὸ αὐτόπιστον ἔχουσιν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ ὑψιπέτης σὺ καὶ μετάρσιος, ὁ δίκην ἀετοῦ τὸν ἀέρα τέμνων, ὁ τὸν αἰθέρα ταῖς νοηταῖς ὑπεριπτάμενος πτέρυξιν, ὁ πρὸς ὑπαντὴν τοῦ οὐρανοῦ ἐλευσομένου πτώματος ἕτοιμος, μέγα τι νομίζεις ἐμὲ, καὶ διὰ πολλοῦ τοῦ κάματος ἔχεις, καὶ καθάπερ τι χρῆμα ἐράσμιον, πανταχοῦ περιάγεις καὶ τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς ξένοις τισὶ καταγοητεύεις ἀκούσμασι. Καὶ σὺ μὲν οὕτω

A ctuam, deformissimum (6) animal, aquilæ eximium quidpiam, et admirabile videri (7) : quam ut natura suscipiendam honorabunda prosequatur et obstupescat, cum tamen aliud nihil sit, nisi turpis et vulgo despicabilis noctua. Nolim mihi occurras, narrationem hanc, falsam atque ad voluptatem audientium jam olim excogitatam esse fabulam : ex nobis enim ipsis, si alia argumenta desint firmitatem probabilitatemque sumit. Nam ecce altivolans tu, et sublimis, qui instar aquilæ aerem tranas : qui pennis sub intelligentiam cadentibus ad æthera (8) subvolas : qui ad occursum (9) corporis de (10) cœlo quondam venturi paratus et expeditus es, me plurimi facis, et magnopere admiraris ; nec secus atque amabile aliquid ubique circumfers, multorumque aures novis quibusdam de-

B

fuit sanctus Simeon cognomento *Stylita*. Theodorus Lector i : Συμεὼν ἀπὸ κώμης ἦν Σιζὰν, καὶ πρῶτος τῶν κιόνων ἐπιτήδευμα ἐπενόησεν. Evagrius lib. i, cap. 13, de eodem S. Simeone : Πρῶτος τὴν ἐπὶ κίονος στάσιν ἐπιτηδεύσας δίπηχυ μόλις ἐνδιαίτημα τὸ περίμετρον. Adde lib. v, cap. 23. Adeundi Nilus monachus lib. ii, epist. 114, ad Nicandrum στυλίτην, et epist. 115 ; *Vita S. Theodosii cœnobiarchæ*, *Vita S. Lucæ Junioris*, et Joh. Moschus in *Limon.* cap. 28, 29, 36, 118, 129 ; Niceph. lib. xiv, cap. 15 ; Eulogius Alexandrinus apud Photium Orat. IX ; Theodorus Petræorum episcopus ; Gregorius Turonensis *De gloria confessorum*, cap. 36 ; Suidas, Cedrenus. Vixit Simeon hic sub Theodosio et Leone imperatoribus, mortuus est anno IV imperii Leonis.

(6) De avis noctuæ deformitate lepidissimos Gregorii Nazianzeni iambicos habemus *Carmine* XXII :

Τὴν γλαῦκ' ἐπέσκωπτέ τις· ἡ δὲ ἐφύγγανε
Τῶν σκωμμάτων ἕκαστον εὐστόχῳ λόγῳ.
Ὅσσον κάρηνον ! τοῦ Διὸς δὲ πηλίκον.
Ἡ γλαυκόττις δέ ; Τοῦτο τῆς Γλαυκώπιδος.
Φθέγγῃ δύσηχον. Ἡ δὲ κίττα καὶ πλέον.
Τὸ λεπτόπουν πῶς ; Ψὴρ δέ σοι τι φαίνεται ;
Ἐπεὶ δὲ πάντα διέδρασε ῥᾳδίως,
Ἐνι κρατεῖται καὶ σοφὴ οὖσ' ὅμως.
Ἀλλ' ὡς σοφὴ, σκόπησον· ὡς τούτων μὲν ἓν
Ἐνὶ πρόσεστι, σοὶ δὲ ἅπαντα καὶ λίαν·
Γλαυκὴ, δύσηχος, λεπτόπους, βαρύκρανος.
Τούτοις ἀπῆλθεν ἐντραπεὶς' ἡ φιλτάτη.

Noctuam aliquis irridebat, illa autem eludebat
Unumquodque sconimatum solerti sermone.
Quale caput ! Jovis autem caput quale est.
Glaucedo autem ? Hoc Deæ cæsiis oculis proprium.
Insuaviter cantas. Pica etiam insuavius.
Pedis tenuitas quomodo ? De sturno quid tibi vi-
[detur ?
At postquam omnia facile diluisset
In uno victa est, quantumvis sapiens.
Sed ut sapiens animadverte, harum singula
Singulis inesse, in te vero omnia, et supra mo-
[dum ;
Cum et glauca sis, et cantu rudis, et pede tenuis, et
[capite gravis.
Ad quæ verba pudore suffusa abiit bona noctua.

(7) Unde id acceperit Glycas fieri non potuit ut reperirem. Sed certum et exploratum est, videri hanc volucrem cæteris avibus stupori esse, et admirationi. Timo Syllographus apud Laertium et Hesychium illustrem de Arcesilao.

Οἱ δὲ μὲν ἤθη γλαῦκα περὶ σπίζαι τεραστοῦντο.
Illum autem mirabantur, ut aviculæ, quæ noctuam
[circumstant.

C

Dio Chrysostomus in *Olympico sermone* : Οἱ δὲ ἄνθρωποί φασιν, ὅτι θαυμάζει τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα. *Homines autem dicunt aves mirari noctuam.* Aristoteles lib. ix *Hist. Animal.* cap. 1 : Τὰ ἄλλα ὀρνίθια τὴν γλαῦκα περιπέτεται ὅταν καλεῖται θαυμάζειν. *Cæteræ aviculæ noctuam circumvolant, quod mirari vocatur.* Hujus autem rei rationem prorsus fabulosam affert Servius in i *Georgicorum* : *Nyctimene, postquam cum patre concubuit, et agnovit facinus, in sylvis se abdidit, et lucem refugit, ubi deorum voluntate conversa est in avem, quæ tanto scelere omnibus avibus est admirationi.* Aliam causam ex Æsopo tradit Dio laudatus in citato sermone, non minus fabulosam. Hinc *Noctua* Hebræis תנשמת *Thinsemeth* dicta est, tanquam *stupenda* et *mirabilis*, doctissimo Sam. Bocharto auctore. Glycas videtur hoc initio imitatus Dionem Chrysostomum in *Oratione Olympica*.

(8) Codex Riccardianus ὑπεριπτάμενος, *supervolans*. Pontanus legisse videtur ὑψιπτάμενος.

(9) Codex Riccardianus habet πτώματος, *cadaveris*. Pontanus legisse videtur σώματος.

(10) Ἀλληγορίαν, quam inceperat, continuans, de Domino olim ad judicandum venturo loquitur, ac si de quodam corpore cœlitus descensuro loqueretur. Est enim quoddam aquilarum genus quod corporibus exanimis aut cadaveribus vescitur, ut est perenopterus, vel gypaetus, degeneris aquilæ genus vulturina specie, quæ sola aquilarum exanima est corpora, ut ex Aristotele lib. ix. *Hist.*, cap. 32, habet Plinius lib. x, cap. 3. Generatim enim aquilæ cadavera non gustant, quare Tzetzes *Chil.* v, cap. 9 :

Λέοντες θῆρες σὺν αὐτοῖς καὶ ἀετῶν τὸ γένος
Νεκρῶν οὐκ ἀπογεύονται τὸ σύνολον σωμάτων.

D

Leones fere, et cum ipsis aquilarum genus
Mortua corpora plane non gustant.

Quare de illis intelligenda veniunt, quæ leguntur in Jobo de aquila, cap. XXXIX, 30 : *Et ubi sunt confossi, ibi est*, hoc est, *confossorum*, vel *occisorum* cadavera. Ad quem locum palam alludunt Christi verba Matth. XXIV, 28 et Luc. XVII, 37 : *Ubicunque est cadaver, ibi congregabuntur et aquilæ.* Quæ firmantur insuper ex verbis Salomonis, *Proverb.* XXX, 17 ; *Oculum qui patrem deridet, matrisque disciplinam spernit, hunc effodient corvi vallis, et aquilæ pulli comedent.* Dixi autem eum ἀλληγορίαν continuare, quod aperte his verbis justorum occursum, quo Domino de cœlo ad homines judicandos descendenti isti in aera obviam ibunt, significet, juxta illud Apostoli I Thessal. cap. iv, de resurrectione agentis : *Nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

ure commemorationibus, ceu magico carmine delinis atque demulces. At tua quidem de me talis est opinio. Ego vero plane nihil, præter quam noctua (11) sum, intus deformis undequaque, et ad ipsum hoc diei lumen cæcutiens; quamobrem et nunc ad opera lucis invitatus tergiversor, et negotium supra ingenium, supraque vires meas, refugio. Quare noli amore nostri victus excellentes arbitrari, qui nihil sumus; nec velis ad divinos sensus pertractandos compellere, quorum et vita impura, et lingua similiter ad res istiusmodi explicandas imperita, invenitur. Haud enim eo insaniæ progrediemur, ut et qui sumus, et quo malorum peccando devenerimus, funditus nesciamus. Equidem metuo, ne adversum nos propheticum illud proferatur: *Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* [1]? Itaque præstaret nos laudationes scribere, quam adeo libere et absolute nihil recusare, et inconsulto viribus superiora suscipere. Verum enimvero, ne jussa tua aspernantes, inobedientiæ culpam commereamur, en confisi sanctitate tua audemus aggredi, ad quæ pertingere nequimus, et ut possumus, quæsita tua dissolvimus. Proinde hinc aures mihi da.

In peccatis (12) se volutantibus, vir sanctissime, ut in stupris, ut in adulteriis, protinus condescendere non esse fas, sed tales potius iis reprehensionibus consectandos, quibus animæ vulnera sanari consueverunt, sacra Scriptura satis superque demonstravit, et nihilominus idem corporum medici evidenti documento ostendunt. Vides enim illos secare aliquando, cum necessitas sectionem flagitat. Præterea ustiones et amara medicamenta adhibent; valetudinem sæpe desperant, et ægrotis mortem augurantur. Cur tandem? Ut eos nonnisi expiatis longa pœnitentia delictis resipiscentes absolvebat. Negatam esse alicubi et aliquando reconciliationem, vel in ipso mortis articulo, constat ex D. Cypriano epist. 52, *ad Antonianum*; ex concilio Arelatensi I, canone ultimo; ex Innocentio I, epis. 3, *ad Exsuperium Tolosanum* cap. 2. Et id quidem in usu erat, non quod Novatiani deliramentis acquieverint, sed ne ecclesiastica disciplina labefieret. *Non desperatione indulgentiæ, sed rigore disciplinæ*, ut in simili causa loquitur Augustinus epist. 50. Quod secundo loco asseruimus, liquet ex Gregorio Nysseno *Epistola canonica ad Letoium*, can. 1; ex concilio Carthaginiensi IV, can. 76 et 77; ex concilio Arausicano I, can 3; ex concilio Epaonensi, can. 56, sed in primis ex concilio Illiberitano, can. 1 et 2, quibus quidem Eucharistia in vitæ exitu denegatur, sed non absolutio interdicitur. De eo quod tertio loco pronunciavimus, nemo dubitaverit, qui historiam ecclesiasticam saltem a limine salutaverit, et vel semel tot canones pœnitentiales, quorum celeber in antiqua Ecclesia usus fuit, inspexerit. Sed ex ipsis hæresibus in Ecclesia exortis antiquæ disciplinæ rigor elucet: nisi enim hunc minus prodhcere et ampliare voluissent, non adeo desipuisset Montanus, et ejus assecla Tertullianus; non adeo Novatianus delirasset; non adeo Donatistæ insaniissent; non exitiale schisma Lucifer Calaritanus excitasset.

(11) Viden' apertam Dionis Chrysostomi imitationem? In *Olympica* enim *oratione* sic ait: Ὡς δὲ καὶ ὑμεῖς τοσαῦτα θεάματα ἔχοντες τερπνά, τοσαῦτα δὲ ἀκούσματα, τοῦτο ῥήτορας δεινούς, τοῦτο δὲ ξυγγραφέας ἡδίστους ἐμμέτρων καὶ ἀμέτρων λόγων, τοῦτο δὲ ταὼς ποικίλους, τοῦτο δὲ ὡς πολλοὺς σοφιστὰς δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους, οἷον πιεροῖς. Ὑμεῖς δ' ἐμοὶ πρόσιτε καὶ βούλεσθε ἀκούειν τοῦ μηδὲ εἰδότος μηδὲ φάσκοντος εἰδέναι· ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἀπεικάζω τὴν σπουδὴν ὑμῶν τῷ περὶ τὴν γλαῦκα γινομένῳ, σχεδὸν οὐκ ἄνευ δαιμονίας τινὸς βουλήσεως; κτλ. *Sic vos quoque, cum tot amœna habeatis spectacula, tot quoque auditiones, partim quidem vehementes rhetores, partim autem conscriptores jucundissimos et carminibus et prosa; partim autem varios pavones, nempe multos sophistas, gloria et discipulis elatos, quasi pennis; vos, inquam, his relictis me convenitis, et audire eum vultis, qui nihil scit, neque se scire affirmat. At non recte adsimilo studium vestrum ei quod noctuæ accidere solet, fere haud absque divina quadam voluntate?*

(12) Vetus Ecclesiæ disciplina justam in hujusmodi homines severitatem exercebat, nec iis tantum qui frequenter in id genus peccata laberentur, sed etiam illis, qui semel vel adulterium vel homicidium admisissent, vel ad deorum cultum defecissent, aut reconciliationem omnino denegabat, aut in morte tantum communionem concedebat, aut

[1] Psal. XLIX, 16.

Ἀπρός με διάκεισαι· ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ γλαύξ εἰμι, ἀμορφίαν τε τὴν ἐντὸς περικείμενος αὐτὸ τὸ τῆς ἡμέρας ἀμβλυώττων ἀπαύγασμα· ταύτῃ τοι καὶ πρὸς ἔργα φωτὸς ἧττον καλούμενος ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι, ἅτε τοῦ πράγματος ὑπὲρ ἐμὴν ὄντως καὶ φύσιν καὶ δύναμιν. Μὴ τοίνυν τῷ περὶ ἡμᾶς φίλτρῳ νικώμενος, μέγα τι νόμιζε εἶναι τοὺς μηδὲν ὄντας ἡμᾶς· μηδὲ θειοτέρων ἅπτεσθαι νοημάτων ἀνάγκαζε τούς τε βίον ἀκάθαρτον ἔχοντας, καὶ γλῶτταν ὡσαύτως ἐν ταῖς τοιούτοις ἀπαίδευτον φέροντας. Μηδὲ γὰρ εἰς τοσοῦτον μανείημεν ὡς τίνες τε ἡμεῖς ἐσμεν καὶ ὅπη κακῶν ἐλήλακε τὰ καθ' ἡμᾶς ἠγνοηκέναι παντάπασιν. Ἐγὼ δέδοικα μὴ καθ' ἡμῶν ὁ τραφητικὸς ἐκεῖνος ἐξενεχθείη λόγος ὁ λέγων· *Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;* Ὅθεν ἐγκωμιάζειν ἡμᾶς ἄμεινον ἦν· οὐ μὴν ὅλως παῤῥησιάζεσθαι καὶ τῶν ὑπὲρ ὑμᾶς ἀπερισκέπτως κατατολμᾶν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ σὸν ἐπίταγμα παρ' οὐδὲν θέμενοι τῷ τῆς ἀνηκοΐας ἐγκλήματι περιπέσωμεν, ἰδοὺ τῇ σῇ θαῤῥήσαντες ὁσιότητι, καὶ τῶν ἀνεφίκτων κατατολμῶμεν, καὶ ὡς δυνάμεις περὶ ὧν ἠρώτηκας ποιούμεθα τὴν ἀπόκρισιν. Ἔνθεν τοι καὶ ἄκουε.

Ὅτι μὲν οὖν, ὁσιώτατε, τοῖς ἐν ἁμαρτίᾳ ζῶσι πόρνῃ τυχὸν ἢ μοιχείᾳ συγκαταβαίνειν οὐκ ἔννομον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐπιτιμήσεις ἐπάγειν αὐτοῖς, ἀφ' ὧν εἰώθε τὰ ψυχικὰ θεραπεύεσθαι τραύματα, δέδεικται μὲν ἀρκούντως ἀπό τε τῶν ἱερῶν Γραφῶν· οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν σωματικῶν ἰατρῶν ἐναργές σοι πρόκειται τὸ ὑπόδειγμα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ τέμνουσιν οὗτοι κατὰ καιρούς, εἴγε τέμνειν ἀνάγκη, καυτῆρί τε κέχρηνται, καὶ πικρὰ διδόασι φάρμακα· τῇ νόσῳ τε πολλάκις ἀπαγορεύουσι, καὶ τοῖς κάμνουσι μηνύουσι θάνατον. Τίνος ἕνεκεν; nonnisi expiatis longa pœnitentia delictis resipiscentes absolvebat. Negatam esse alicubi et aliquando reconciliationem, vel in ipso mortis articulo, constat ex D. Cypriano epist. 52, *ad Antonianum*; ex concilio Arelatensi I, canone ultimo; ex Innocentio I, epis. 3, *ad Exsuperium Tolosanum* cap. 2. Et id quidem in usu erat, non quod Novatiani deliramentis acquieverint, sed ne ecclesiastica disciplina labefieret. *Non desperatione indulgentiæ, sed rigore disciplinæ*, ut in simili causa loquitur Augustinus epist. 50. Quod secundo loco asseruimus, liquet ex Gregorio Nysseno *Epistola canonica ad Letoium*, can. 1; ex concilio Carthaginiensi IV, can. 76 et 77; ex concilio Arausicano I, can 3; ex concilio Epaonensi, can. 56, sed in primis ex concilio Illiberitano, can. 1 et 2, quibus quidem Eucharistia in vitæ exitu denegatur, sed non absolutio interdicitur. De eo quod tertio loco pronunciavimus, nemo dubitaverit, qui historiam ecclesiasticam saltem a limine salutaverit, et vel semel tot canones pœnitentiales, quorum celeber in antiqua Ecclesia usus fuit, inspexerit. Sed ex ipsis hæresibus in Ecclesia exortis antiquæ disciplinæ rigor elucet: nisi enim hunc minus prodhcere et ampliare voluissent, non adeo desipuisset Montanus, et ejus assecla Tertullianus; non adeo Novatianus delirasset; non adeo Donatistæ insaniissent; non exitiale schisma Lucifer Calaritanus excitasset.

Ὥστε ποιῆσαι προσδεκτικωτέρους αὐτοὺς, καὶ μηδέν τοι τέως ἐξ ἀγνοίας πάθωσιν ἀπροσδόκητον. Εἰ δὲ καὶ ἀταξίᾳ τούτους ἴδωσι καὶ ἀδιαφορίᾳ χρωμένους περὶ τὴν δίαιταν, τί χρὴ καὶ λέγειν; εἴτε πόρρω ποιοῦσιν αὐτοὺς ὡς ἰδιορρύθμους ὄντας, καὶ μὴ κεχρῆσθαι πειθομένους ταῖς ἰατρικαῖς παραδόσεσι. Πόρρω δὲ ποιοῦσιν, ἵνα μὴ καὶ μῶμος αὐτοῖς ἐπιθῆται, ὅτι δὴ κακοτέχνοις οὖσι καὶ πονηρὸν ἐκ τούτου κτήσαιντο ὄνομα. Διά τι τοῦτο καὶ ἐάν τοῖς αὐτοῖς ἐπισταίη τις βαρεῖα μὲν νόσῳ κάτοχος ὤν, ἀναγκάζων δὲ ὁμοίως αὐτοὺς οὐ καιρῷ δέοντι κερᾶσαί τι φάρμακον αὐτῷ, οὐ μόνον οὐ δέχονται τὴν αἴτησιν εὐμενῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς μεμηνότα τοῦτον ἀποδιώκουσιν· εἰ γὰρ καὶ συγκαταβαίνουσιν ἔστιν ὅτε τῷ κάμνοντι καὶ παραμυθίας αὐτὸν ἀξιοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ φονέως δίκαια δέχεσθαι διά γε τὴν ἐκείνου ἄκαιρον αἴτησιν. Ὅτι δὲ τὸ σωτήριον φάρμακον ὀλέθριον οἶδε ποιεῖν ὁ μὴ προσήκων καιρός, ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἔδειξεν οὕτως εἰπών· *Ἀκαιρία ἐν μὲν ὑγείᾳ νοῦσον ἤνεγκεν· ἐν δὲ νούσῳ θάνατον.*

hæc iterum divinitatis igne conflasset, hominem purgaret, et in antiquam incorruptionis, et minime fux conditionis, et immortalitatis, dignitatem restitueret. Porro hac de causa etiam, cum humanam carnem assumpsisset, Adami illius primi corpus ferre illi haudquaquam arrisit. Illud enim corruptionis expers juxta divinum illum virum laudatum medicinæ non indigebat. Ideo vero ægrotantem, et ab integra conditione delapsam meam carnem assumpsit, ut illam curaret, et affectibus incommodisque liberaret, quibus post peccatum homo succubuit, et ut nos per malitiam a beata vita deloeos, ut ille Theologus divinus Gregorius ait, ad eamdem illam felicitatem per nostræ carnis susceptionem iterum reduceret. Fuit igitur, ut dictum est, homo non secus ac nos; et ea omnia quæ sacris Evangeliis continentur, propter nostram salutem fecit et perpessus est. Postremum in crucem actus est, mortuus et secundum Judæorum consuetudinem sepultus. Deinde cur nudus e sepulcro resurrexit funebres ibidem vestes (54) relinquens? Is hanc quidem procul dubio fecit ut ostenderet suum sanctissimum corpus in illud corruptionis exsors et immortale transformatum fuisse, et tale effectum, quale fuit (55) Adami corpus a principio: cum scilicet nudum existens alicujus integumenti non indigebat, utpote non exsors immortalitatis, quam divino munere acceperat.

Ita quidem igitur, vir sanctissime, etiam Dominicum corpus quandoquidem ante passionem corruptioni erat obnoxium, indumentorum tegminis necessario indigebat; post passionem vero et resurrectionem, cum corruptionis expers evasisset, nullo amplius integumento opus habuit. Transmutatum enim est, et omni corruptione, ut diximus, expers evasit propter illam, quæ in eo inerat, Verbi divinitatem; ut omnis etiam humana natura incorruptionem inde participet, et ad antiquam immortalitatis dignitatem regrediatur. Etenim nisi ita res se habuisset, nisi contritum propter peccatum hominem renovare iterum, et qualem ab initio fuerat restituere voluisset, quidnam aliud reliquum erat, quod illum hominem nobis similem fieri, et ea omnia facere et perpeti quæ nos evangelica docuit historia, compelleret? Sine igitur illos. Vide enim Theologum Gregorium isthuc ipsum ita disserentem affirmare: *Unum Christi mysteriorum caput meæ perfectio et reformatio, et ad primum illum Adamum regressus.* Si igitur, vir sanctissime, ad nos carne susceptа Deus accessit ut contritum hominem reformaret, et inveteratum ob peccatum renovaret, et ut illum ad pristinam dignitatem redigeret, illam immortalitatem videlicet et exitii expertem conditionem, ut superius disserebamus, reliquum est ut toto cœlo aberrent qui diversa

(54) Vide inferius epist. 6.

(55) Contrarium, et bene quidem ac sapienter, docet ὁ πάπας lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 25. Multum enim interest inter corpus Christi resurgentis et corpus Adami nondum delinquentis, ut late superius expedivimus in notis 36, 39, 41, 46, et inferius etiam observabimus.

ὕπνον, ἱδρῶτα καὶ ὅσα ἄλλα μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν, οὐκ ἀπηξίωσεν ἀναδέξασθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα ταῦτα πάντα τῷ πυρὶ τῆς θεότητος ἀνεχωνεύσας ἐκκαθάρῃ τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀποκαταστήσῃ πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀῤῥευσίας καὶ ἀθανασίας ἀξίωμα. Διὸ δὴ καὶ σαρκούμενος οὐκ ἠὐδόκησε τὸ σῶμα φορῆσαι τοῦ πρώτου Ἀδάμ· ἐκεῖνο γὰρ ἄφθαρτον ὄν, ὡς ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνὴρ, ἰατρείας οὐκ ἔχρηζε. Διὸ δὴ τὸ νοσῆσαν ἀνέλαβε καὶ παρατραπὲν μου σαρκίον, ἵνα θεραπεύσῃ αὐτὸ καὶ ἀπαλλάξῃ παθῶν οἷς ὑπέπεσε μετὰ ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἵνα ῥύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, ὡς ὁ Θεολόγος φησὶ θεῖος Γρηγόριος, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. Χρηματίζει τοίνυν, ὡς εἴρηται, καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ποιεῖ τε πάντα καὶ πάσχει διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ὅσα τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις διείληπται· τελευταῖον σταυρῷ προσηλοῦται, θανατοῦται, ταφῆς ἀξιοῦται κατὰ νόμον Ἰουδαϊκόν. Εἶτα τί γυμνὸς ἐκ τάφου ἐγείρεται καταλιπὼν ἐκεῖ τὰ ἐντάφια; Τοῦτο δὲ πάντως ἐποίησε, δεῖξαι βέλων ὅτι τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα μετεστοιχειώθη πρός γε τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον, καὶ ὅτι τοιοῦτον ἐγένετο ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδάμ, ἡνίκα δηλαδὴ γυμνὸν ὂν ἐπικαλύμματος οἱουδή τινος οὐκ ἦν ἐνδεὲς, ἐπειδὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν.

Οὕτω μὲν οὖν, ὁσιώτατε, καὶ τὸ σῶμα τὸ Κυριακὸν, ἐπειδὴ φθορᾷ πρὸ τοῦ πάθους ὑπέκειτο, σκέπης ἐξ ἀνάγκης τῆς ἀπὸ τῶν ἀμφίων ἐδέετο. Μετὰ δὲ τὸ πάθος καὶ τὴν ἔγερσιν ἄφθαρτον γεγονὸς οὐκέτι σκέπης οἵας δή τινος ἔχρηζε. Μετεστοιχειώθη δὲ καὶ ἄφθαρτον, ὡς εἴρηται, γέγονε διὰ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ τοῦ Λόγου θεότητος, ἵνα καὶ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀφθαρσίας ἐκεῖθεν μετάσχῃ καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπανέλθῃ τῆς ἀθανασίας ἀξίωμα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ συντριβέντα διὰ τῆς ἁμαρτίας τὸν ἄνθρωπον ἀνακαινίσαι καὶ αὖθις ἤθελε καὶ κατασταθῆσαι τοιοῦτον ὁποῖον ἦν ἀπ' ἀρχῆς, τί ἄλλο λοιπὸν ἦν τὸ καταναγκάσαν αὐτὸν γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, ποιῆσαί τε πάντα καὶ παθεῖν ὅσαπερ ὁ εὐαγγελικὸς ἐδίδαξε λόγος ἡμᾶς; Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος αὐτὸ τοῦτο παρίστησι διεξιὼν οὕτωσί· *Κεφάλαιον ἦν τῶν Χριστοῦ μυστηρίων ἡ ἐμὴ τελείωσις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπάνοδος.* Εἴπερ οὖν, ὁσιώτατε, διὰ σαρκὸς ἐλήλυθε πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς ὅπως ἀναπλάσῃ συντριβέντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅπως αὐτὸν ἀνακαινίσῃ παλαιωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ὅπως αὐτὸν ἀναγάγῃ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα, τὸ ἀθάνατον ἐκεῖνο δηλαδὴ καὶ ἀνόλεθρον, ὡς ὁ λόγὸς ἄνω διείληφε, σφάλλουσι λοιπὸν οἱ δογματίζοντες οἴκοθεν ἕτερα καὶ μὴ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα ὀρθοδόξῳ στοιχοῦντες φρονήματι. Οὐκοῦν ἄφες αὐ-

τοὺς, εἴγε καὶ εἰς ἔτι τῷ ἰδίῳ παρασυρόμενοι λογισμῷ, πειθαρχεῖν ὅλως οὐ θέλουσι τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἄφες αὐτούς, εἴ γε καὶ εἰς ἔτι θνητὸν ἐκεῖνον ἡγοῦνται τὸν ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντα κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ. Ἄφες αὐτούς, εἴγε καὶ ὁ μακάριος Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐν εἰκοστῇ δευτέρᾳ τῶν αὐτοῦ *Κατηχήσεων* ἄφθαρτον ὑπὸ Θεοῦ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ὑπεσημήνατο ἄνθρωπον· περὶ τοῦ κοινοῦ καὶ γὰρ ἀναγνωρισμοῦ τὸν λόγον ἐκεῖσε ποιούμενος, ἔφθασε καὶ τάδε κατὰ λέξιν εἰπεῖν· *Οἱ πρωτόπλαστοι καὶ ἄφθαρτοι ὄντες ἐν παραδείσῳ ἀλλήλους ἐγνώριζον· καὶ ἄφθαρτοι δὲ γεγονότες μετὰ τὴν παράβασιν, γνωρίζειν ἀλλήλους οὐκ ἐκωλύοντο· εἰ καὶ τρόπῳ μὲν ἄλλῳ πρὸ τῆς παραβάσεως, ἑτέρῳ δὲ μετὰ τὴν παράβασιν.* Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς, εἴγε καὶ εἰς ἔτι πρὸς οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν ἀντιφθέγγεσθαι θέλουσι.

A privatim sentiunt, neque Ecclesiæ dogmati orthodoxa cogitatione adhærent. Sine igitur illos, si adhuc propriis ratiociniis abrepti divini Spiritus doctrinæ assentiri prorsus repugnant. Sine illos, si et adhuc mortalem illum hominem fuisse existimant, qui corruptioni minime obnoxius ad imaginem æternitatis Dei creatus fuit. Sine illos, siquidem beatus etiam Theodorus (56) ille Studites in sua XXII catechesi corruptionis expertem primum hominem a Deo conditum fuisse significavit. Etenim de communi illa recognitione verba faciens ibidem, et isthæc ad verbum dicere potuit : *Protoplasti et, cum corruptionis experles essent in paradiso, se invicem cognoverunt, et, cum corruptioni obnoxii post prævaricationem evasissent, se invicem cognoscere non prohibebantur, etsi alio quidem modo ante transgressionem, alio vero post transgressionem.* Sine igitur illos, siquidem adhuc contra veritatem adeo manifestam obloqui non verentur.

Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ λόγου τὰ πράγματα πεῖθειν ἡμᾶς ἱκανὰ φθορᾶς ἁπάσης ἡγεῖσθαι ὑπέρτερον τὸν πρῶτον ἐκεῖνον Ἀδάμ. Εἰ γὰρ ὁ φθορᾷ ὑποκείμενος οὗτος ἄνθρωπος χωνεύμενος τῇ γῇ καὶ σηπόμενος, ἄφθαρτος ἐκεῖθεν ἐγήγερται καὶ ἀθάνατος· καὶ πιστοῖ τὸν λόγον ὁ μακάριος Παῦλος οὕτω λέγων· *Σαλπίσει γὰρ ἡ σάλπιγξ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι·* εὔδηλον πάντως ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἐκεῖνος Ἀδὰμ τοιοῦτος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ἄφθαρτος δηλαδὴ καὶ ἀθάνατος. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, εἴ γε καὶ σπέρμα τῇ γῇ καταβαλλόμενον τοιοῦτον ἀναδίδοσθαι εἴωθεν ὁποῖον ἄρα καὶ πρότερον ἔτυχεν εἶναι. Εἴτε γὰρ σίτου κόκκον εἴπῃς, εἴτε κριθῆς εἴτε σπέρμα οἷον δή ποτε ἕτερον, ἐκεῖσε πάντως ἐπανέρχεσθαι εἴωθεν ὅθεν δηλονότι ἐκπέπτωκεν. Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἀποδεῖξαι θέλων ὅτι ἐξ ἀφθάρτου φθαρτοὶ γεγόναμεν, καὶ ὅτι ἀπὸ φθαρτοῦ πάλιν ἄφθαρτοι ἀνιστάμεθα, τῷ τοῦ κόκκου ὑποδείγματι καὶ μάλα προσφυῶς ἐχρήσατο πρὸς Ἀντίοχον οὕτως εἰπών· *Ὡς ἀπὸ τοῦ κόκκου στάχυν ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς; τοῦ δὲ στάχυος συντριβέντος γέγονεν ὁ κόκκος, καὶ πάλιν ὁ κόκκος σπειρόμενος ἀναβλαστάνει στάχυν· οὕτως καὶ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν ἄφθαρτος· εἶτα διὰ τῆς παρακοῆς συνετρίβη καὶ*

B

C

D

Et quid multis opus est verbis? Res quoque ipsa magis quam sermo persuadere nos potest ut primum illum Adamum quacunque corruptione superiorem fuisse existimemus. Si enim ita corruptioni obnoxius homo, terra obrutus et putrefactus, corruptionis inde expers immortalisque resurget, quod beatus Paulus confirmat, ita dicens : *Clanget enim tuba, et corruptionis exsortes mortui resurgent* [1] : patet omnino illum etiam Adamum ante peccatum hujusmodi ab initio fuisse, corruptionis expertem videlicet atque immortalem. Neque hac de causa obstupescas. Siquidem et semen terræ commissum tale reddi solet quale utique prius etiam fuerat. Sive enim tritici granum dixeris, sive hordei, sive quemcunque aliud semen, inde prorsus resurgere consuevit ubi ceciderat. At ne fabulam, quæ dicuntur, putato. Vide enim et magnum Athanasium, cum demonstrare vellet ex corruptionis expertibus corruptioni nos obnoxios evasisse, et ex corruptioni obnoxiis corruptionis iterum expertes esse resurrecturos, grani exemplo, et valde quidem apte, usum fuisse ita ad Antiochum (57) dicentem : *Quemadmodum ex grano ab initio Deus spicam* (58) *fecit, spica autem contrita granum exstitit atque iterum ex grano sato spica germinat : ita etiam homo corruptioni minime obnoxius a Deo creatus est : deinde*

[1] 1 Cor. xv, 52.

(56) S. Theodorus Studita, abbas, sub Leone Armenio et Michaele Balbo floruit, et vitæ sanctimonia multisque voluminibus scriptis illustris habetur.

(57) Quæstiones ad Antiochum opus sunt ὑποθετικόν. Vide Bellarminum, Labbeum, Nat. Alexandrum, Caveum et Montisfalconii editionem Operum Athanasii, ubi hæ Quæstiones primum editæ sunt.

(58) Hac similitudine primum Apostolus usus est I Corinth. xv; quæ quidem aptissima, rem mirabiliter illustrat ac comprobat. Hac eadem deinde omnes Patres qui de resurrectione disseruere, Christianum placitum confirmaverunt; et Clemens in primis *Epist. ad Corinthios*, § XXIV et seqq., Athenagoras *De resurrectione*, Tertullianus *De carnis resurrectione*, Hieronymus *in Marcum*, Rufinus *in Symbolum*, Chrysostomus *homil. De resurrectione*, Gregorius Magnus lib. VI *Moral.*, cap. 6; Joannes Damascenus *De fide orthodoxa*, lib. IV. Sed præclara atque elegantia Q. Septimii verba, dignissima quæ legantur, quibus naturam universam resurrectionis præconem exhibet libro laudato. At non mirum hujusmodi a Christianis sapientibus dispumari : mirandum magis a Platone, ethnico homine, non multo aliter Socratem in *Phædone* et in *Politico* disserentem induci, dum vivos ex mortuis fieri comprobare pertendit.

per inobedientiam contritus est et corruptioni succubuit : sanus vero per ipsam mortem, et terra obrutus, repullulat : et, ut ab initio erat, corruptionis expers evadit.

Nec mihi dixeris : Si paulo ante erat immortalis, quomodo deinde in corruptionem et mortalitatem hic incidit? Abjice illud *quomodo*. Deus fuit qui dixit : *Quacunque die de planta illa commederitis, morte morieminî*. Et tu dicis : Quomodo immortalis mortalis evasit? Procul ejusmodi. Aureo eloquentiæ flumine manans Joannes in suo *De Adami exsilio* sermone hanc tibi difficultatem dissolvet ita dicens : *Transgressus est præceptum Adamus, et ex eo comedit, quod ne comederet illi mandatum fuerat, et eapropter immortalis mortalis effectus est*. Longe hæc : ne circa istud mortale corpus majori dubitatione tenearis, Quomodo resurget, dicens, a mortuis immortale, si natura mortale est et corruptioni obnoxium? Qui enim in illo se ambiguum traducit, quomodo scilicet immortalis mortalis evasit, dubitet quoque necesse est super hoc, Quomodo, inquiens, resurget immortale, siquidem corruptionis et mortalitatis est particeps? Dimitte igitur illos, et maxime si propriis ratiociniis abrepti suo hæc arbitratu interpretantur. Bene igitur beatus Paulus de sancta Scriptura dicebat, *Animalis*, videlicet, *non recipit ea quæ sunt spiritus* [1]. Et animum intende, sodes, ad ea quæ ex sermone consequuntur. Castigans Deus Adamum ne amplius de his cogitaret, mortalem ex immortali, quemadmodum superius dictum est, illum extemplo fecit, cum datam illi ante peccatum dignitatem, et omnino quidem juste, ab eo abstulisset, et talem ipsum qualis ab initio fuerat reddidisset. Et id quidem liquet ex iis quæ illi ita dixit : *Terra es, et in terram abibis*. Attende igitur : etsi enim hominem corruptionis expertem ad suæ æternitatis imaginem, ut Salomon ait, Deus creavit : at quoniam ejus, qui illum fecerat, oblitus, temere ac stulte quod fuerat vetitum attigit, et Deus ob hoc ipsum serpentis consilio circumventus fieri speravit, tunc data ei conditionis corruptioni minime obnoxiæ dignitas ablata est, et eo iterum deductus est, unde principio a Deo sumptus fuerat. Si vero, unde a Deo sumptus fuerit, cognoscere expetis, sancta te Scriptura docebit ita dicens : *Et accepit pulverem de terra Deus, et hominem finxit*. Propterea enim hoc insuper illi dixit : *Terra es, et in terram abibis*. Disce igitur illum de pulvere, corruptionis expertem, ad Dei æternitatis imaginem creatum, a corruptione iterum exceptum fuisse, cum juxta divinam sententiam esset revolutus in terram. Quamobrem admiratione percelli absonum, si cum esset immortalis Adamus, mortalis per ipsam prævaricationem effectus est. Eo quod enim seductorem diabolum fide digniorem quam eum qui illum corruptionis expertem ad suæ æternitatis imaginem de pulvere fecerat, existimavit, hac de causa data illi minime corruptioni obnoxia

[1] I Cor. II, 14.

φθορᾷ περιέπεσε· σπειρόμενος δὲ δι' αὐτοῦ θανάτου καὶ τῇ γῇ καταχωννύμενος ἀναβλαστάνει καὶ γίνεται, ὥσπερ ἦν, ἄφθαρτος ἀπ' ἀρχῆς.

Καὶ μή μοι λέγε, ὡς Εἶγε τέως ἀθάνατος ἦν, πῶς ὑπέπεσε μετὰ ταῦτα φθορᾷ καὶ θνητότητι; Ἄφες δὲ τὸ πῶς. Θεὸς ἦν ὁ εἰπών· Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Καὶ σὺ λέγεις, Πῶς ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός; Ἄφες τὸ πῶς. Ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῷ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ λόγῳ αὐτοῦ τὴν ἀπορίαν ἐπιλύσει σοι ταύτην οὕτω λέγων· *Παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ καὶ ἔφαγεν ἀφ' οὗ παρηγγέλθη μὴ φαγεῖν, καὶ τούτου χάριν ὁ ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός.* Ἄφες τὸ πῶς, ἵνα μὴ ἐπὶ τῷδε τῷ θνητῷ σώματι πλείονι συσχεθῇς ἀπορίᾳ, Πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἀθάνατον ἐκ νεκρῶν, εἶγε φύσει θνητόν ἐστι καὶ φθαρτόν; Ὁ γὰρ ἀμφιβάλλων ἐπ' ἐκείνῳ, πῶς ἀθάνατος ἐγεγόνει θνητός, ἐξ ἀνάγκης ἀπορήσει καὶ ἐπὶ τούτῳ, Πῶς ἀναστήσεται, λέγων, ἄφθαρτον, εἶγε φθορᾶς ὑπάρχει καὶ θνητότητος μέτοχον; Οὐκοῦν ἄφες αὐτούς, εἶγε καὶ μάλιστα τῷ οἰκείῳ παρασυρόμενοι λογισμῷ πρὸς ἴδιον ἐκλαμβάνουσι θέλημα. Ἔλεγε Παῦλος ὁ μακάριος τὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς καλῶς οὖν, ὅτι *Ὁ ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος.* Καὶ πρόσεχε, εἰ βούλῃ, τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου. Σωφρονίζων ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἵνα μὴ καὶ εἰς ἔτι φαντάζηται ὑπὲρ αὐτῶν, θνητὸν ἐξ ἀθανάτου, καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, παραχρῆμα πεποίηκε, τὸ δοθὲν αὐτῷ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἀξίωμα καὶ πάνυ δικαίως ἀφελόμενος ἐξ αὐτοῦ καὶ τοιοῦτον ἀποκατασήσας αὐτὸν, ὁποῖος ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν οὕτω πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* Πρόσεχε οὖν· εἰ γὰρ καὶ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ, καθά φησι Σολομὼν· Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἐπελάθετο, τοῦ ἀπηγορευμένου τε κακοβούλως ἥψατο, καὶ Θεὸς ἐκ τούτου γενέσθαι ἤλπισε τῇ τοῦ ὄφεως συμβουλῇ, ἀφῃρέθη τηνικαῦτα τὸ δοθὲν αὐτῷ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα, κατηνέχθη τε καὶ αὖθις ἐκεῖσε ὅθεν ἀνελήφθη παρὰ Θεοῦ. Βούλῃ μαθεῖν; ἡ ἁγία σε διδάξει Γραφὴ λέγουσα· *Καὶ ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον.* Ἐπεὶ γὰρ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ·* μάνθανε οὖν ὅτι τὸν ἀπὸ χοὸς ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντα κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνον ἡ φθορὰ καὶ αὖθις ἐδέξατο εἰς γῆν ἀποστραφέντα κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν. Ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάζειν οὐκ εὔλογον, εἴπερ ἀθάνατος ὢν ὁ Ἀδὰμ θνητὸς ἐγεγόνει δι' αὐτὴν παράβασιν. Ἐπειδὴ καὶ γὰρ τὸν ἀπατεῶνα διάβολον ἀξιοπιστότερον ἡγήσατο τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν ἀπὸ χοὸς ἄφθαρτον κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ· τούτου χάριν ἐξέπεσε τῆς δοθείσης αὐτῷ ἀφθαρσίας, ἵνα μὴ καὶ εἰς ἔτι αὐτὰ φαντάζηται. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἤκουσε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ ἀπὸ φθαρτοῦ γέγονε κατὰ χάριν ἄφθαρτον διά γε

τῆς ἐμπνευσθείσης αὐτῷ ζωτικῆς δυνάμεως, θαυμαστὸν πάντως οὐδὲν εἶχε καὶ ἐξ ἀφθάρτου φθαρτὸν ἐγεγόνει διὰ τὴν παράβασιν. Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον ἀμφιβάλλε. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἀπὸ χοὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἄφθαρτον, πολλῷ μᾶλλον ἠδύνατο καὶ ἐξ ἀφθάρτου ποιῆσαι φθαρτόν, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν.

A condition excidit, ne amplius hæc cogitaret. Propterea enim et illud audiit : *Terra es, et in terram abibis.* Sed quid prolixiori sermone opus est? Si enim ab ipso initio corpus Adami ex corruptioni obnoxio perafflatam ipsi vitalem virtutem Dei beneficio corruptionis expers evasit, nihil profecto mirandum si etiam ex corruptionis experte per prævaricationem corruptioni succubuit. Ne igitur amplius dubita. Si enim a principio Deus fecit de pulvere hominem corruptionis expertem, multo magis potuit ex corruptionis experte corruptioni obnoxium efficere, ut jam prævertentes ediximus.

Καὶ μή μοι λέγε ὡς Εἰ ἤδη φθορᾷ καὶ θνητότητι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος ὑπέπεσε, διὰ τί μὴ καὶ ἐκπεσόντες ἄγγελοι τὰ αὐτὰ τῷ πρωτοπλάστῳ πεπόνθασι; Διὰ τί μὴ κἀκεῖνοι φθαρτοὶ γεγόνασι καὶ θνητοὶ διὰ τὴν ἔκπτωσιν; Ἄφες, εἰ βούλῃ, τοιοῦτόν τι λέγε μηδέν· ὁ γὰρ Ἀδὰμ ἐκεῖνος οὐχ ἁπλοῦς ἀλλὰ διπλοῦς ἐτύγχανε κατὰ φύσιν, ἀπό τε ψυχῆς καὶ σώματος κεκτημένος τὴν σύνθεσιν. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν ταῖς ἀΰλοις ὡκείωτο καὶ ἀοράτοις δυνάμεσι, κατὰ δὲ τὸ σῶμα τῷ ὑλικῷ τούτῳ κόσμῳ καὶ ὁρατῷ· ταύτῃ τοι καὶ τὴν θείαν παραβὰς ἐντολὴν θανάτῳ μὲν ὑπέπεσε κατά γε τὴν θείαν ἀπόφασιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἄμφω τὰ μέρη. Κατὰ δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο τὸ παρὰ Θεοῦ ληφθὲν ἀπὸ γῆς· οὕτω γὰρ ἤκουσε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· ἡ μέντοι ψυχὴ θνητὴ μὲν οὐ γέγονε παραπλησίως τῷ σώματι, ὅτι μηδὲ τὴν γένεσιν ἀπὸ γῆς ἔσχηκε, πάθεσι δὲ μυρίοις ὑπέπεσε, καθὰ δὴ καὶ Χρυσορρήμονι περιτοῦτου δοκεῖ. Τίνα δὲ ταῦτα; Λήθη, ἄγνοια, λύπαι, φρονῆσαι, ἀθυμίαι, μέριμναι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὅθεν ἀμφιβάλλειν ἐπὶ πλέον οὐκ ἔπρεπε. Φαίνεται γὰρ ὡς, εἶγε καὶ ἡ τῶν ἐκπεσόντων ἀγγέλων πληθὺς σύνθετος ἦν, ἀπό τε σώματος καὶ πνεύματος κεκτημένη τὴν σύνθεσιν, τὰ αὐτὰ τῷ πρωτοπλάστῳ πέπονθεν ἄν. Μὴ λέγε λοιπὸν ὡς, Εἴπερ ἀθάνατος ἦν ὁ Ἀδὰμ, πῶς ἐγεγόνει θνητός, πῶς ἐγεγόνει φθαρτός; Ἄφες τὸ πῶς· ὅπου Θεός, ἐκεῖσε χώραν οὐκ ἔχει τὸ πῶς. Ἔπλασε μὲν γὰρ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων πάντων κατέστησε, διηνεκῆ δέδωκε τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ, καθάπερ ἄνω διείληπται, καὶ εἶχε μὲν εἰς αἰῶνας τὰ κατ' αὐτὸν οὕτως, ὅτι καὶ ἀμεταμέλητα τὰ θεῖα χαρίσματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἁμαρτίαν αὐτὸν ὁ Θεὸς εἶδε παρακρουόμενον, κἀντεῦθεν ἐκπίπτοντα τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης καὶ ἰσαγγέλου διαγωγῆς, παραχωρεῖ διὰ τοῦτο, καὶ λαμβάνει κατ' αὐτοῦ χώραν

Nec mihi dixeris : Si corruptioni jam et mortalitati per peccatum Adamus ille succubuit, qua de causa angeli etiam qui ceciderunt, eadem ac protoplastus perpessi non sunt? Cur non illi etiam corruptioni obnoxii et mortales per illam ruinam effecti sunt? Apage, si lubet, hujusmodi nihil eloquere. Ille enim Adamus non simplex, sed duplex erat secundum naturam, ex anima et corpore constans. Et secundum animam quidem (59) immaterialis et inadspicuis potestatibus similis erat, secundum corpus vero materiato huic mundo et conspectabili : hinc est quod divinum transgressus mandatum morti, divina sententia, succubuit, sed non quoad utramque partem. Etenim quoad illam partem quæ a Deo de terra sumpta fuerat, hæc audiit : *Terra es, et in terram abibis;* anima vero non, prout corpus, mortalis effecta est, quia nec ortum de terra habuit; sed in sexcentas perturbationes incidit, quemadmodum aureo eloquio manati de hoc ipso videtur. Quænam vero hæ? Oblivio, stultitia, tristitiæ, curæ, desperationes, molestiæ, et quæcumque id genus alia (60). Unde amplius dubitare non decet. Eliceet enim, si angelorum etiam, qui ceciderunt, multitudo composita fuisset, et corpore et spiritu constitisset, eadem ac protoplastum passuram fuisse. Cæterum neve dicito : Si immortalis erat Adamus, quomodo mortalis evasit, quomodo obnoxius corruptioni? Apage illud *quomodo*. Quandoquidem ubi Deus, ibi locum non habet illud *quomodo*. Formavit enim hominem Deus corruptionis expertem, et principem eum terrenorum omnium constituit. Perpetuam dedit illi immortalitatem, ut supra jam disseruimus, et ejus omnia ita se habitura erant in æternum, quia irrevocabilia sunt Dei munera. Sed postquam illum vidit Deus in peccatum delapsum, et capropter sublimi illa et angelica

(59) Angelos dæmonasque incorporeos esse censet quoque Cyrillus Alexandrinus lib. *Advers. Anthropomorphitas*, cap. 17, et Nemesius, qui laudatur etiam a Glyca nostro part. I *Annal.*, aliique. Cæterum veteres Patres fere omnes corporeos esse angelos arbitrati sunt, ut Irenæus, Justinus martyr, Tatianus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Methodius, Eusebius Cæsariensis, Athanasius, Basilius Magnus, Cæsarius Gregorii Nanzianzeni frater, Joannes Thessalonicensis; quibus addere juvat Judæum historicum Josephum et Christianum philosophum Michaelem Psellum. Inter Latinos vero in hac sententia fuere Cæcilius Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, Augustinus, Severus Sulpicius, Claudianus Mamertus, Gregorius Magnus, Bernardus abbas, Thomas Cajetanus, Jo. Bodinus; quibus recte adjunxeris Tertullianum, Hilarium, Joannem Cassianum, Faustum Regiensem, Gennadium, Paschasium Diaconum, Rupertum, Raimundum Lullum, qui angelos non tantum corpore instructos, sed totos etiam corporeos prædicarunt. Vide quæ de angelis adnotamus etiam ad epistolas 4 et 6.

(60) Augustinus lib. XIV, *De civitate Dei*, cap. 10, primos homines in paradiso nullis perturbationibus obnoxios fuisse arbitratur, et ait : *Felices erant, et nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporis lædebantur incommodis.* Sed in has incurrisse ait post peccatum. cap. 12. Cæterum hominis in paradiso tranquillitatem et felicitatem late exponit et explicat cap. 23 ejusdem libri.

conditione excidisse, adnuit hac de causa ut mors contra ipsum invalesceret, quia neque expediebat exinde perenni illum immortalitate vigere. Ita cum plantam etiam participasset, adeoque mortalis evasisset, ut linguam aureus ait, et de paradiso tunc ejicitur, et vitæ lignum attingere utiliter prohibetur. Cur? Ne peccet æternum ligni participatione et ipse æternus effectus; et hoc est quod sancta Scriptura dicit : *Et ne forte modo manum extendat, et de vitæ ligno capiat, et vivat æternum.* Isthæc vero omnino dicebat, quia immortalitatem prolapso Adamo adhuc inesse non expediebat. Concedit igitur Deus, et mors illum invadit. Etenim nisi quid hujusmodi factum esset; nisi concessio ibidem humanitatis gratia data fuisset, ne malum esset æternum, ad illum primum Adamum corruptionis expertem, ad Dei æternitatis imaginem conditum, mors utique non accessisset; non corruptioni succubuisset corpus illud, cum morte et corruptione præstantius in antecessum fuisset, ut divinus inquit Cyrillus.

Sed vide deinde, et hoc enim dignum quod sanctitas tua cognoscat. Secundum duo hæc primo homini imaginem suam Deus largitus est (61), et secundum principatum, ut aureo flumine manans Joannes ait, et secundum ipsam immortalitatem, ut Salomon in Sapientia affirmare deprehenditur. *Corruptionis* enim *expertem*, inquit, *Deus hominem creavit ad suæ æternitatis imaginem.* Si vero hæc ita habent, reliquum est ut manifeste illi errent, quicunque corruptionis experti et ad Dei æternitatis imaginem condito mortalitatem admiscent. Attende igitur. Si enim illum damnavit morte novissime, nos propter hoc indignari nefas est. Etenim ne immortali eodem permanente post transgressionem, malum etiam necessario immortale cum ipso permaneret, propterea morte, uti jam prædictum est, immortalem et inexterminabilem damnat. Immortalem vero hominem etiam post peccatum futurum fuisse, nisi quædam divina dispensatio exstitisset, ne nos quoque, quemadmodum prolapsi angeli, immortalia patieremur, divinus Gregorius Nyssenus nobis indoctis interea dat intelligère : *Postquam enim*, inquit, *primi homines interdicti fuere, et beatitate illa denudati, pelliceas tunicas, hoc est, carnes quæ mutarum pecudum est, mortalitatem, naturæ ad immortalitatem conditæ certo consilio, ne malum immortale esset, imposuit.* Recte autem *certo consilio* dixit divinus hic vir. Nobis enim prospiciens Deus, ne in æternum peccaremus et ne æternum in hac tristi et laboriosa vita permaneremus, quemadmodum etiam linguam aureus dicit, concessit morti ut contra immortalem prævaleret. Et hoc modo fit mortalis qui erat immortalis, et corruptioni succumbit qui corruptionis expers pariter fuerat. Et persuadeat nos amplius magnus Basilius ita de hoc verba faciens : *Non prohibuit mortem Deus, ne in-*

A ὁ θάνατος, ὅτι μηδὲ συνέφερεν ἔκτοτε διηνεκῆ προσεῖναι τὴν ἀθανασίαν αὐτῷ. Ταύτῃ τοι καὶ τοῦ φυτοῦ μετασχὼν καὶ γεγονὼς ἐκ τούτου θνητός, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, τοῦ παραδείσου τε τηνικαῦτα ἐκβάλλεται καὶ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἅψασθαι συμφερόντως ἀπείργεται. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα μὴ ἁμαρτάνῃ ἀθάνατα τῇ μεταλήψει τοῦ ξύλου γεγονώς καὶ αὖθις ἀθάνατος· καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἡ ἁγία λέγει Γραφή, *Καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ταῦτα δὲ πάντως ἔλεγεν, ἐπειδὴ καὶ εἰς ἔτι τὰ τῆς ἀθανασίας πεπτωκότι προσεῖναι τῷ Ἀδὰμ οὐ συνέφερε· παραχωρεῖ τοιγαροῦν ὁ Θεὸς, καὶ χωρεῖ κατὰ τοῦ ἀθανάτου ὁ θάνατος. Καὶ γὰρ εἰ μή γέγονέ τι τοιοῦτον, εἰ μὴ συγχώρησις ἐκεῖθεν ἐδίδοτο φιλανθρωπίας ἕνεκεν, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἦ τὸ κακὸν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ, τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, προσήγγισε θάνατος· οὐκ ἂν ὑπέπεσε φθορᾷ τὸ σῶμα ἐκεῖνο τὸ θανάτου καὶ φθορᾶς ἄμεινον ὑπάρχον τὸ πρότερον, ὡς ὁ θεῖος ἔλεγε Κύριλλος.

B Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα· καὶ τοῦτο γὰρ ἄξιον εἰδέναι τὴν σὴν ὁσιότητα. Κατὰ δύο ταῦτα ὡς πρώτῳ ἀνθρώπῳ τὸ κατ' εἰκόνα ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο, κατά γε τὸ ἄρχειν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ἀθάνατον, ὡς Σολομὼν εὕρηται λέγων ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ· *Ἐπ' ἀφθαρσίᾳ* γὰρ, φησὶ, *τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἔκτισε κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος αὐτοῦ.* Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, σφάλλουσι προφανῶς ἐκεῖνοι λοιπὸν ὅσοι καὶ θνητότητα παραμιγνύουσι τῷ ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθέντι κατ' εἰκόνα τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ. Πρόσεχε οὖν· C εἰ γὰρ καὶ θανάτῳ κατεδίκασεν αὐτὸν ὕστερον, ἀλλ' ἐπὶ τοῦτο χαλεπαίνειν ἡμᾶς οὐχ ὅσιον. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀθανάτου μείναντος αὐτοῦ μετὰ τὴν παράβασιν, μένῃ σὺν αὐτῷ καὶ τὸ κακὸν ἐξ ἀνάγκης ἀθάνατον, διὰ τοῦτο θανάτῳ καταδικάζει, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, τὸν ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. Ὅτι δὲ ἀθάνατος ἔμελλεν εἶναι καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ γέγονέ τις οἰκονομία θεία, ὥστε μὴ καὶ ἡμᾶς ἀθάνατα πάσχειν κατὰ τοὺς ἐκπεσόντας ἀγγέλους, ὁ θεῖος Γρηγόριος τοῖς ἀμαθέσι δίδωσι τέως ἡμῖν ἐννοεῖν. *Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις*, φησὶ, D *γεύσασιν οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἀπεγυμνώθησαν, χιτῶνας δερματίνους, ἤγουν τὴν ἀπὸ τῶν ζώων νεκρότητα, οἰκονομικῶς ἐνέθηκε τῇ εἰς ἀθανασίαν κτισθείσῃ φύσει, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἀθάνατον ᾖ.* Καλῶς δὲ εἶπεν *οἰκονομικῶς* ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. Κηδόμενος γὰρ ἡμῶν ὁ Θεὸς ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν ἀθάνατα, καὶ ὥστε μὴ συμπαραμένειν εἰς αἰῶνας τῇ ἐπωδύνῳ ταύτῃ καὶ μοχθηρᾷ βιοτῇ, καθὰ δὴ καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττάν φησι, παραχωρεῖ τῷ θανάτῳ κατὰ τοῦ ἀθανάτου χωρῆσαι, καὶ γίνεται τούτῳ τῷ τρόπῳ θνητὸς ὁ ἀθάνατος, καὶ φθαρτὸς ὁμοίως ὁ ἄφθαρτος. Καὶ πειθέτω ἡμᾶς ἐπὶ πλέον ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω περὶ τούτου λέγων· *Οὐκ ἐκώλυσε τὸν*

(61) Vide supra not. 42.

θάνατον ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἡμῖν τὴν ἀρ- A *mortalem nobis infirmitatem servaret.* Ad lucrum
βωστίαν τηρήσῃ. Ἐπὶ κέρδει λοιπὸν ὁ θάνατος, καὶ ἐπ' εὐεργεσίᾳ ἡ τιμωρία δίδοται κατὰ τὸν ἐν θεολογίᾳ μέγαν Γρηγόριον· ἐφ' ᾧ καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ καὶ εἰς γῆν, ὅθεν ἐλήφθημεν, ἀποστρεφόμεθα κατὰ τὴν ἀρὰν ἐκείνην τὴν λέγουσαν, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, ἀλλ' ἐκεῖθεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ, καὶ αὖθις ἀναλαμβανόμεθα, κἀντεῦθεν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταστοιχειούμεθα, καὶ τοιοῦτοι γενόμεθα πάλιν, ὁποῖοι καὶ πρότερον ἦμεν, ἄφθαρτοι δηλαδὴ καὶ ἀθάνατοι.

igitur et ex beneficio pœna (62) mortis data est secundum magnum illum Theologum Gregorium. Quamobrem et tristari super iis est absurdum : si enim in terram, unde sumpti fuimus, revertimur juxta maledictionem illam dicentem, *Terra es, et in terram abibis* ; inde etiam, ut aureo fluvio manans Joannes ait, iterum resumimur, atque hinc in melius transformamur, et tales rursus efficimur, quales antea fueramus, corruptionis expertes videlicet et immortales.

Ἀλλὰ μὴ θορυβοῦ διὰ τοῦτο, μηδὲ λέγε καὶ σὺ κατὰ τοὺς πολλοὺς, Πῶς ἀπὸ χοὸς ὑποκειμένου φθορᾷ πλάσιν ἐσχήκαμεν ἄφθαρτον; Ἔχεις, εἰ βούλῃ, καὶ πάνυ ῥᾳδίαν πρὸς αὐτοὺς ἀπάντησιν. Εἰ γὰρ ἐξ αὐτῆς, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, τῆς ἐν τῷ τάφῳ κειμένης λεπτῆς κόνεως ἄφθαρτοι ἐγειρόμεθα κατά γε τὴν ἐσχάτην ἐκείνην ἡμέραν, ὡς φασιν αἱ Γραφαὶ, θαυμαστὸν πάντως οὐδὲν εἶγε κατ' ἀρχὰς ἀπὸ χοὸς χερσὶ ταῖς θείαις ἐπλάσθημεν ἄφθαρτοι. Ἀλλ' ὅρα κἀνταῦθα Δεσπότου φιλανθρωπίαν. Ἀπὸ χοὸς ἔπλασε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, ὡς ἤδη προείρηται, διὰ τί καὶ τίνος ἕνεκεν; Ὁμοῦ μὲν καὶ τὸ φύσημα καταστέλλων ἡμῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ διδοὺς ἐντεῦθεν ἀναστάσεως ἐλπίδα, καθὰ δὴ καὶ τῷ Χρυσορρήμονι περὶ τούτου διείληπται. Ἐπειδὴ γὰρ προῄδει ὅτι τὸ ζῶον τοῦτο μέλλει τελευτᾶν καὶ εἰς χοῦν καταντᾶν, προλαβὼν ἐν τῇ δημιουργίᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως δίδωσι. Λαμβάνει οὖν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἵνα, ὅταν ἴδῃς χοῦν ἐν τάφῳ, μηδαμῶς ἀπελπίσῃς τὴν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι ὁ πλάσας ἀπὸ χοὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς οὐκ ἀδύνατοί καὶ αὖθις ἀπὸ χοὸς ἀναστῆσαι αὐτόν. Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ γὰρ ἄφθαρτος ἀπὸ τοῦ χοὸς ὁ πρῶτος ἐπλάττετο ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἑτοίμως οὕτω παρεδεχόμεθα τὴν ἀνάστασιν, εἴγε αὐτὴ μεταστοιχειωθήσεται, καθά φασιν αἱ Γραφαὶ, πρός γε τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐ δίκαιον, εἴγε καὶ μᾶλλον οἱ θεῖοι Πατέρες οὐδέν τι ἕτερον ἐπαγγέλλεσθαι λέγουσι τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἡ ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ πλανωμένου παραβολὴ καὶ ἡ τῆς ἀπολομένης ὡσαύτως δραχμῆς αὐτὴν ὑποφαίνουσι πάντως τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ πλάνην καὶ ἔκπτωσιν καὶ τὴν εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἐπιστροφὴν καὶ ἀνάκλησιν· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ κλίνας οὐρανοὺς ὁ Θεὸς κατεβέβηκε, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονε, ποιῆσαί τε πάντα καὶ παθεῖν οὐκ ἀπηξίωσε. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα τὸν Ἀδὰμ εἰς φθορὰν ὀλισθέντα μεταστοιχειώσῃ, καὶ αὖθις πρὸς ἀφθαρσίαν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν τε καὶ πρώτην ἐπαναγάγῃ τιμήν. Ἀλλὰ μὴ ἀμφιβάλλε. Εἰ μὴ γάρ,

Sed ne ob hoc ipsum turbator, neque tu etiam secutus multitudinem (63) dicito. Quomodo de pulvere corruptioni obnoxio, corruptionis expers figmentum habuimus? Habes enim, si vis, quo facile prorsus illis occurras. Si enim ex ipso, o sacrum caput, qui in sepulcro jacet, tenui pulvere corruptionis expertes illa extrema die resurgemus, ut Scripturæ affirmant, haud prorsus mirari subit, si a principio de pulvere divinis manibus formati sunt homines. Sed vide hinc Domini benignitatem. De pulvere finxit primum hominem, ut jam dictum est, verum ad quid, et cujus rei gratia? Simul quidem ut superbiam nostram reprimeret, et spem simul resurrectionis daret, prout jam ab aurea eloquia fundente de hoc disputatum est. Nam quia præsentiebat animal hoc esse moriturum, et in pulverem reversurum, anticipans spem dat resurrectionis in opificio. Accipit igitur pulverem de terra, ut cum pulverem in sepulcro videris, nullo modo corporum a mortuis resurrectionem despores, probe noscens eum qui de pulvere hominem ab initio formavit, de pulvere etiam eum iterum excitandi potestate non carere (64). Nisi enim corruptionis expers de pulvere primus homo formatus fuisset, haud equidem ita prompte resurrectionem illam exspectaremus: siquidem et ipse transformabitur, quemadmodum Scripturæ dicunt, in immortalitatem et conditionem corruptionis exsortem. Dubitare igitur de his haud par est. Et eo magis quod divini Patres nihil aliud esse dicunt a mortuis resurrectionem, quam eorum qui ceciderunt in integrum restitutionem (65). Et quid multis opus est verbis, si in Evangeliis et errantis illius parabola, et illa pariter drachmæ deperditæ, hunc omnino subindicant hominis et errorem, et ruinam, et in idem iterum reversionem atque revocationem? Ad hoc enim, cum cœlos Deus inclinasset, descendit, et homo nobis similis fuit, et cuncta facere ac perpeti non est dedignatus. Cujus rei gratia? Ut Adamum in corruptionem lapsum in conditionem corruptioni minime obnoxiam transformaret, et in antiquam

(62) De pœna mortis consule egregie de more suo disserentem Augustinum lib. XIII *De civitate Dei*, ubi etiam philosophos confutat qui id negant : quanquam ex hac pœna beneficium nobis oriri minime inficiatur, et præcipue cap. 3 et 6.

(63) Seneca : *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est.*

(64) Hæc egregie disputantur adversus incredulos a magno Augustino lib. XXII *De civit. Dei*, cap. 20.

(65) Vide supra et infra epist. 3.

prioremque illam dignitatem restituerit. At ne dubita. Nisi enim, ut jam diximus, ad priorem illam dignita em eum qui ceciderat reduxisset; nisi regiam veluti imaginem, immortalitatis iterum luce radiantem, ostendisset (66), ut Damascenus ait, haud profecto, cum reversus esset, asotus ille audiisset : *Induite eum stola illa priori* (67).

Si vero dicant nonnulli, immortalem quidem a Deo formatum fuisse hominem, potestate vero mortalem fuisse; potuisse scilicet mortalitati succumbere, nisi datum sibi præceptum servaret (68); eorum sermonem recipiamus, quamvis, per omnia facile recipiendus non esset, quia neque ejusmodi ab initio Adamus a Deo formatus fuisse videtur iis qui olim diligenter hæc Scripturæ divinæ dicta ac pensiculate examinaverunt. Pati vero ipsum omnino, hoc est, naturali alicui perturbationi ante prævaricationem obnoxium fuisse, nullo modo recipiamus (69). Quomodo enim, si nullum sanctorum Patrum tale aliquid de primo homine affirmantem invenimus? Statim enim Damascenus Joannes summam (70) dicit habuisse apathian, ante transgressionem, hominem. Fames enim, et sitis, labor, somnus et sudor, ut hic divinus vir in capite 69 dicere reperitur, post prævaricationem in humanam vitam introiere. Sed et Sinaita divinus Anastasius in suo *De resurrectione* sermone irreprehensibiles has perturbationes malitiæ ingressum consecutas esse nobis dicebat, cum pellicea tunica homo circumamictus est. Non ita enim rationali naturæ id congruum erat, quemadmodum expertibus ratione animantibus; sed deinde Deus hoc addidit, puniens illum qui in honore quidem fuerat, et non intellexerat, atque hinc illum in eorum bonorum, quibus excidit, recordationem adducens. Sed et aureo flumine manans Joannes excellentem primi hominis apathian insinuaturus dicebat : *Cogita mihi beatitatis excessum. Quia cum in corpore primi parentes exsisterent, ea quæ corporum propria sunt, minime sustinuere; neque enim domus, neque tecti, neque vestium, neque alicujus id genus alius indigebant* (71). Supra autem naturales perturbationes hominem fuisse, priori scilicet illo tempore, Magnus etiam Basilius in suis asceticis operibus ostendit, ita ad verbum dicens : *Quemadmodum si in paradiso fuissemus, nec alimentorum curæ, nec agriculturæ laboris indiguissemus; ita si essemus in apathia secundum illud ante lapsum in creatione donum, nullis nos medicamentis ad consolationem indigeremus.* Si igitur in creatione, ante lapsum, apathiæ donum

ὡς ἤδη προεῖπομεν, ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνήγαγε τὸν ἐκπεσόντα τιμήν· εἰ μὴ, βασιλικὴν ὥσπερ εἰκόνα, φωτὶ καὶ πάλιν ἀφθαρσίας ἀστράπτοντα ἔδειξεν, ὡς ὁ Δαμασκηνὸς εὕρηται λέγων· οὐκ ἂν ἐπιστρέψας ὁ ἄσωτος ἤκουσεν· *Ἐνδύσατε αὐτὸν τὴν πρώτην στολήν.*

Εἰ δὲ καὶ λέγουσί τινες ἀθάνατον μὲν ἀπὸ Θεοῦ πλασθῆναι τὸν ἄνθρωπον, δυνάμει δὲ καὶ θνητὸν εἶναι, τοῦτ' ἔστι δύνασθαι θνητότητι περιπεσεῖν, εἰ μή γε φύλαξ ἔσεσθαι τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐντολῆς, δεχόμεθα τὸν λόγον αὐτῶν, εἰ καὶ μὴ παντάπασιν εὐπαράδεκτος, ὅτι μηδὲ τοιοῦτος ἀπ' ἀρχῆς ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ Θεοῦ πλασθῆναι δοκεῖ τοῖς γε κατεξετάζουσι τέως ἐν ἀκριβείᾳ τὰ Γραφικὰ ταῦτα καὶ θεῖα ῥητά. Πάσχειν δὲ ὅλως αὐτὸν, τοῦτ' ἔστιν οἵῳ δή τινι φυσικῷ ὑποκεῖσθαι πάθει, πρὸ τῆς παραβάσεως, οὐδαμοῦ τοῦτο παραδεχόμεθα· πῶς γάρ, εἴγε τινὰ τῶν Πατρῶν τοιοῦτόν τι περὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου διεξιόντα οὐχ εὕρομεν; Αὐτίκα γὰρ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἄκραν ἔχειν ἀπάθειαν ἔλεγε τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως ἄνθρωπον. Πεῖνα γὰρ καὶ δίψα, κόπος, ὕπνος, καὶ ἱδρὼς, ὡς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν ἑξηκοστῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ λέγων εὕρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσήλθοσαν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ αὐτοῦ τὰ ἀδιάβλητα ταῦτα πάθη τῇ τῆς κακίας εἰσόδῳ συνεπακολουθῆσαι ἡμῖν ἔλεγεν ἐν τῇ τοῦ δερματίνου χιτῶνος περιβολῇ. Οὐδὲ γὰρ συμπεφυκὼς οὕτως τῇ λογικῇ φύσει, καθὼς τοῖς ἀλόγοις, ἐγένετο· ἀλλ' ὕστερον ἐπετέθη κολάζων ἐκεῖνον τὸν ἐν τιμῇ μὲν ὄντα, μὴ συνιόντα δέ· κἀντεῦθεν εἰς ὑπόμνησιν αὐτὸν ἄγων ὧν ἐξέπεσεν ἀγαθῶν. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης τὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου παριστῶν ἀπαθὲς ἔλεγεν· *Ἐννόησόν μοι μακαριότητος ὑπερβολήν· ὅτι καὶ ἐν σώματι ὄντες οἱ πρωτόπλαστοι τὰ τῶν σωμάτων οὐχ ὑπέμειναν· οὔτε γὰρ στέγης, οὔτε ὀρόφου, οὔτε ἱματίων, οὔτε ἄλλου τοιούτου τινὸς ἐδέοντο.* Ὅτι δὲ φυσικῶν παθῶν ὁ ἄνθρωπος ἀνώτερος ἦν ἐν ἐκείνῳ δηλαδὴ τῷ πρώτῳ καιρῷ, καὶ ὁ μέγας ἔδειξε Βασίλειος ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς αὐτοῦ κατὰ ῥῆμα διεξιὼν οὑτωσί· *Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν· οὕτως εἰ ἦμεν ἐν ἀπαθείᾳ κατά γε τὸ πρὸ τοῦ παραπτώματος ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα, οὐδὲν ἂν τῶν ἐξ ἰατρικῆς πρὸς παραμυθίαν ἐχρήζομεν.* Εἴπερ οὖν ἐν τῇ δημιουργίᾳ χάρισμα εἶχε πρὸ τοῦ παραπτώματος ἀπαθείας ὁ ἄνθρωπος, πῶς εἴπωμεν οἵῳ δή τινι

(66) Vide inferius epist. 3.

(67) Adi superius not. 48.

(68) Consule, si lubet, adnotata superius sub num. 30, 31, 36, 39, 44, 46.

(69) In memoriam revocanda, quæ observavimus, superius in not. 52.

(70) Ἀπάθεια non omnes affectus generatim excludit, saltem illa quam Stoici inducere conabantur, vel nos nominibus lindunt. Consule Gellium lib. XIX *Noct. Attic.*, cap. 1. Nam dum εὐπαθείας approbant, rectos saltem affectus admittunt. Adeatur Augustinus lib. XIV *De civ. Dei*, cap. 8. Igitur Apathia talis erat in primo homine ut laudatus theologus præstantissimus cap. 10 docuit; alias enim, ut recte idem cap. 9 ait, *si apathia illa dicenda est, cum animum contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus vitiis judicet esse pejorem?*

(71) Consule superius not. 57.

φυσικῷ πάθει περιπίπτειν αὐτὸν ἐν τῷ τῆς ἀπαθείας ἐκείνῳ καιρῷ; Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Μάξιμος τὰ πάθη ταῦτα, λύπην, ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πρόσεστι σήμερον, ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων ἔλεγε μοίρας ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἰσδραμεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁμοιωθῆναι κατεδικάσθη τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι κατὰ γένεσιν, ἐκεῖθεν ἂν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ πάθη ταῦτα εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο. Οὐδὲν γὰρ προηγουμένως συνεκτίσθη ταῦτα τῷ ἀνθρώπῳ, καθὼς ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν ἐπεισῆλθε τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς εἴπωμεν ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι πάσχειν ὅλως τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνθρωπον; Ἀλλὰ καὶ ὁ θειότατος Βαρσανούφιος ἐρωτηθείς πόθεν ἔσχε τὰ πάθη ὁ ἄνθρωπος, ἔλεγεν ὅτι καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἀπαθῆ κατ' ἀρχὰς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς εἰς πάθη ἐξέπεσε.

A homo habuit, quomodo dicemus alicui illum naturali perturbationi illo ab ipsa primæva tempore succubuisse? Sed et magnus Maximus (72) perturbationes has, tristitiam, voluptatem, concupiscentiam, et quæcunque alia id genus humanæ naturæ hodie insunt, ex mutarum pecudum sorte, inquiebat, in hominem irrepsisse. Etenim quoniam condemnatus est ut similis fieret jumentis insipientibus secundum generationem, hinc utique necessario has quoque perturbationes in se ipsum attraxit; neque enim principio hæc una cum homine creata sunt, quemadmodum divinus hic vir in libris ad Thalassium dicebat, sed per casum ab illa perfectione irrationali naturæ parti adnata subintroiere (73). Si vero hæc ita se habent, quomodo dicemus in ipsa perB fectione primum illum hominem his passionibus obnoxium fuisse? Sed et divinissimus Barsanuphius (74) interrogatus unde homo perturbationes habuisset, corpus et animam perturbationibus minime obnoxiam creasse Deum a principio dixit, per inobedientiam vero in perturbationes incidisse.

Δέδεικται οὖν ἐκ πολλῶν ὅτι πρὸ τῆς παραβάσεως οὔῳ δή τινι φυσικῷ οὐχ ὑπέκειτο πάθει ὁ ἄνθρωπος, ἅτε δὴ τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιρῶν. Εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἔπασχεν; Εἰ γὰρ ἔπασχε, καὶ θνητὸς ἂν ἐξ ἀνάγκης ὑπῆρχε φύσεως καὶ φθαρτῆς. Ἀλλ' ἡμᾶς οὕτω φρονεῖν ἐπὶ τούτοις κωλύει μὲν καὶ ὁ τῶν διαληφθέντων ἁγίων χορός· κωλύει δὲ πλέον ἡ ἐν Καρθαγένῃ συστᾶσα σύνοδος οὕτω λέγουσα· *Εἴ τις λέγει τὸν Ἀδὰμ θνητὸν πλασθῆναι παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐλθεῖν εἰς φθορὰν, ἤτω ἀνάθεμα.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ὁ θεῖος Μακάριος ὁ Αἰγύπτιος ἐν ἐπιστολαῖς αὐτοῦ δεῖξαι θέλων ὅτι παντάπασιν ἀπαθὴς ἐτύγχανε πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος, οὕτως ἔλεγε κατὰ λέξιν· *Οὐ πῦρ αὐτοῦ κατίσχυεν, οὐχ ὕδωρ αὐτὸν ἐπότιζεν, οὐ θηρίον ἐλυμαίνετο, οὐκ ἰοβόλον ἐν αὐτῷ ἐνήργει, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων αὐτὸν ἔβλαπτε. Μετὰ δὲ τὸ παραβῆναι τὴν ἐντολὴν, μετὰ τὸ τοὺς δερματίνους ἐνδυθῆναι χιτῶνας, τὴν παχυτέραν σάρκα δηλαδὴ καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον, τότε δὴ τότε μυρίοις ὑπέπεσε πάθεσιν ὑπομνήσεως ἕνεκα καὶ παιδεύσεως.* Ἀντιλέγειν οὖν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον. Εἰ γὰρ πρόσκαιρος ἦν ὁ Ἀδὰμ, εἰ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπῆρχε θνητὸς, οὐκ ἂν ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος, Ὀψώνιον τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. Ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι πρὸ τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος ἀθάνατος ἦν.

Multorum igitur auctoritate demonstratum est hominem ante prævaricationem nec uni alieni naturali perturbationi obnoxium fuisse, siquidem nec ejus, quæ ex Dei gratia (75) provenit, immortalitatis exsors fuit. Et quidem si hoc erat, quomodo pati poterat? Si enim passionibus agitabatur, et mortalis necessario, et corruptioni obnoxiæ naturæ illo fuit. Sed prohibet nos ita de his sentire laudatorum Patrum chorus: prohibet insuper synodus, quæ Carthagine coacta est, ita dicens: *Si quis dixerit Adamum mortalem a Deo formatum fuisse, et non post peccatum corruptioni obnoxium evasisse, anathema sit* (76). Sed quid opus est multis? Divinus ille Macarius Ægyptius (77), cum in suis Epistolis ostendere vellet hominem ante peccatum cujusvis perturbationis expertem fuisse, ita ad verbum dicebat: *Non ignis adversus illum prævalebat, non aqua illum rigabat, non bestia perdebat, non venenatum aliquid in illo operabatur, non aliud id genus quidquam illi nocebat. Postquam vero mandatum transgressus fuit, postquam pelliceas tunicas, crassiorem videlicet carnem, et mortalem, et solidam indutus est* (78), *tunc quidem tunc sexcentis passionibus et ægritudinibus succubuit admonitionis castigationisque causa.* Absurdum igitur adhuc contradicere. Si enim caduceus fuit Adamus, si mortalis exstitit ante peccatum, haud profecto maximus verbis significavit immortalem fuisse hominem ante peccatum (79).

(72) Maximus Cpolitanus, natus anno 580, anno 614 jam monachus claruit, ejusque sunt *Quæstiones* LXV *in locos difficiles sacræ Scripturæ ad Thalassium monachum*. Naturæ concessit anno 657.

(73) Adi Augustinum lib. XIV *De civit. Dei*, cap. 10.

(74) Barsanuphius Ægyptius anachoreta, qui circa annum 548 claruit, ascetica quædam et Paræsesin scripsit. Adeundus Caveus.

(75) Recte ex Dei gratia. Natura enim solus Deus est immortalis, *qui solus habet immortalitatem*, ut ait Apostolus. Vide Platonem in *Timæo*, et Augustinum lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 16, et not. 50 supra.

(76) Adisis superius not. 21.

(77) Macarius Ægyptius, senior, monachus Scetensis fuit et magni Antonii discipulus. Claruit circa annum 373. Ejus Epistolæ apud scriptores hist. litter. eccles. non memorantur. Fuit et alius Macarius Ægyptius, magni Antonii pariter discipulus, qui *Junior* et Πολίτικος dictus est; sed nec inter ejus opera Epistolæ a viris doctis recensentur.

(78) Vide superius col. 693.

(79) Hæc eadem totidem verbis habet Glycas parte I Annalium.

Si vero hoc, et supra cæteras omnes corporales necessitates homo ejusmodi fuit, ita ut ex hoc manifestum sit, nec sensilem cibum hominem ab initio gustasse. Si enim ut ex omnibus paradisi plantis vesceretur Deus Adamo permisit, non tamen ibi sensilis cibus erat et fluxus : et hoc sermonis decursus apertius tibi demonstrabit. Si enim, ut magnus Athanasius, in *Quæstionibus ad Antiochum* ait, corruptionis expertes paradisi plantæ erant, quomodonam dentibus secabantur, quomodo edebantur? Natura enim comparatum est, ut quidquid corruptionis expers est, nec secari nec comedi possit. Si vero corruptioni obnoxia quæcunque in paradiso erant, ut quidam suspicantur, quomodo ea suum cibum faciebat Adamus? Respondeant superbis. Si enim corpus, quod ille tunc habebat facile perspirabili cute evaporatum alimenta digerebat, corruptioni siquidem et fluxæ conditioni subjectum, ut esuriret etiam necesse erat. Si vero non evaporabatur, utpote minime fluxum et corruptionis expers, quidnam illum sensiles cibos attingere compellebat? Sed quid dicant utique non habebunt. Si autem superior potius erat corporalibus omnibus necessitatibus homo, qui ad Dei imaginem conditus est, ut linguam aureus inquit; fames enim et sitis, labor, somnus, dolor, et corruptio, prout jam dictum est, post prævaricationem in humanam vitam introïere : reliquum est ut prudens caveas ne hinc inde inventis, et alia dissentientibus inconsiderate aures advertas : aversare vero potius illa, et pro nihilo reputa, ac abjice; quemadmodum et nos nuper fecimus. Multa enim ejusmodi et invenimus et cognovimus, et in fabularum album misimus. Qua de causa? Quia cognovimus hæc ab orthodoxa Patrum sententia procul recedere.

Ne igitur fluxum cibum in paradiso fuisse existimato; neque adeo jejune sanctæ Scripturæ verbis inhæreto. Quandoquidem sæpius aliis per alia sancta Scriptura nos instruit. Quale profecto illud : *Cum accepisset Deus pulverem de terra, formavit hominem*; et illud : *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*; illud etiam : *Ambulabat Deus in paradiso post meridiem*. Hæc igitur incorporali prorsus Deo inconvenientia. Loquitur vero simili ratione sancta hæc Scriptura nostræ se accommodans imbecillitati (80). Etenim, nisi res ita se haberet, multa

Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πασῶν λοιπῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ὁ τοιοῦτος ὑπέρτερος, ὡς εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι καὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἄγευστος ἦν ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς· εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἐν παραδείσῳ φυτῶν ἐπέτρεψε τῷ Ἀδὰμ ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ μὲν οὖν ἐκεῖσε καὶ βρῶσις ἦν αἰσθητὴ καὶ ῥευστή· καὶ τοῦτο προϊὼν ὁ λόγος ἀριδηλότερον δείξει σοι. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ μέγας φησὶ πρὸς Ἀντίοχον Ἀθανάσιος, ἄφθαρτά εἰσι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ φυτὰ, καὶ πῶς ὀδοῦσι ἐτέμνοντο; πῶς ἐβιβρώσκοντο; Τὸ γὰρ ἄφθαρτον οὔτε τέμνεσθαι πέφυκεν, οὔτε βιβρώσκεσθαι. Εἰ δὲ καὶ φθαρτὰ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ, καθά τινες ὑποπτεύουσι, καὶ πῶς αὐτὰ τροφὴν ὁ Ἀδὰμ ἐποιεῖτο; Δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν· εἰ γὰρ τὸ προσὸν αὐτῷ τηνικαῦτα σῶμα διαπνεόμενον ἦν, ἅτε φθορᾷ καὶ ῥεύσει ὑποκείμενον, καὶ πεινᾷν ἐξ ἀνάγκης ἦν. Εἰ ἀδιάπνευστον ἦμεν ὡς ἄρευστον ὑπάρχον καὶ ἄφθαρτον, καὶ τί τὸ καταναγκάζον αὐτὸν αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; Ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν ἄν τι καὶ λέγειν, εἴγε καὶ μᾶλλον ἀνώτερος ἦν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν φησι. Πεῖνα γὰρ, καὶ δίψος, κόπος, ὕπνος, ὀδύνη καὶ φθορὰ, καθὰ δὴ καὶ προείρηται, μετὰ τὴν παράβασιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον εἰσῆλθόσαν. Ὅρα λοιπὸν νουνεχῶς, καὶ μὴ τοῖς ἔνθεν κἀκεῖθεν εὑρισκομένοις καὶ ἄλλα διηγουμένοις ἀπερισκέπτως ὑπάνοιγε σὴν ἀκοήν· ἀποστρέφου δὲ μᾶλλον αὐτὰ, καὶ ὡς οὐδὲν ἡγοῦ καὶ ἀπόρριπτε, καθὰ δὴ πρὸ ὀλίγου καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ εὕρομεν καὶ ἀνέγνωμεν καὶ μετὰ τῶν μύθων ἐτάξαμεν. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι τοῦ ὀρθοδόξου τῶν Πατρῶν φρονήματος πόρρω που πίπτοντα ταῦτα διέγνωμεν.

Μὴ τοίνυν ἐν παραδείσῳ βρῶσιν εἶναι ῥευστὴν ὑπολάμβανε, μηδὲ ξηρῶς οὕτω ταῖς Γραφικαῖς πρόσεχε λέξεσιν· εἴγε καὶ μᾶλλον ἕτερα δι' ἑτέρων ἡ ἁγία πολλαχοῦ διδάσκει Γραφή. Ὁποῖον δή τι καὶ τὸ, Ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς χοῦν λαβὼν ἀπὸ γῆς· καὶ τὸ, Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· καὶ τὸ, Περιεπάτει ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ κατὰ τὸ δειλινόν. Ταῦτα μὲν οὖν ἀσώματῳ πάντως Θεῷ· λέγει δὲ ὅμως ἡ ἁγία αὕτη Γραφὴ ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις συγκαταβαίνουσα. Καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο διώρισεν,

[1] Rom. vi, 23.

Ἐπειδὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Εὐαγγελίοις ἠκούσατε λέγοντος, « Ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἰκειακοὶ αὐτοῦ, » καὶ ὅτι διὰ τῶν τοιούτων καὶ βασιλεῖς καὶ ἕτεροί τινες ἐπιβουλεύονται ἀνθρώποις, οὐ τοσοῦτον ἐπαπορεῖν ἄξιον, εἴγε καὶ αὐτὸς ὁ πολυμήχανος δράκων ὀργάνῳ τῷ ὄφει χρησάμενος τὸν πρῶτον ἠπάτησε ἄνθρωπον. Κατὰ γὰρ τὸν θειό-

C Quoniam Servatorem nostrum Jesum Christum audistis in Evangelis dicentem: « Inimici hominis domestici ejus[1], » quin ejusmodi hominum opera, et reges, et alii mortales adpetantur insidiis, dubitare non decet; siquidem et ipse callidus draco, serpentis instrumento (11) usus, hominem primum decepit. Etenim, juxta divinissimum Gary-

[1] Matth. x, 36.

(8) Epistola superiori.

(9) Ea omnia quæ in hac epistola Glycas dissertat languida et frigidiuscula sunt, atque etiam falsa manifeste. Falsum enim resurrectionem fore in eum tantummodo statum in quo primus homo fuerat ante peccatum, restitutionem. Egregie de more Augustinus id demonstravit, ut supra quidem (not. 48) videre est. Verum audiamus illum ad rem pariter disserentem lib. VI *De Genes. ad litteram*: « Hic occurrit, inquit, alia quæstio, quomodo renovemur, si non ad hoc per Christum renovamur quod in Adam prius eramus? Quamquam enim multo non in pristinum, sed in melius renoventur, ab inferiore tamen statu, quam quo erant antea, renovantur. Unde ergo ille filius mortuus erat et revixit, perierat et inventus est? Unde illi profertur stola prima, si non immortalitatem recipit, quam perdidit in Adam? Quomodo autem perdidit immortalitatem, si corpus habuit animale? Neque enim animale corpus, sed spirituale erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem. . . . . Quomodo ergo, inquiunt, renovari dicimur, si non hoc recipimus quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recipimus secundum quemdam modum. Non itaque immortalitatem spiritalis corporis recipimus, quam nondum habuit homo, sed recipimus justitiam, ex qua per peccatum lapsus est homo. Renovabimur ergo a vetustate peccati, non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam; sed in melius, id est, in corpus spirituale, cum efficiemur æquales angelis Dei, apti cœlesti habitationi, ubi esca quæ corrumpitur non egebimus. Renovabimur ergo spirito mentis nostræ secundum imaginem ejus qui fecit nos, quam Adam perdidit. Renovabimur autem carne, cum hoc corruptibile induet incorruptionem, ut sit spirituale corpus, in quod nondum mutatus, sed mutandus erat Adam, nisi mortem etiam corporis animalis peccando meruisset, » etc. Cæterum Lud. Thomassinus, ut vidimus not. 97, corpus prope spiritale protoplasto Adamo vindicavit, et, quod omnem fidem exsuperat, claram apertamque in paradiso Dei visionem, ut videre est tom. II *Theolog. dogm.* cap. 7 et seqq.; unde ea Adami gloria decusque, et beatitas processisset, quam verbis explicare non est.

(10) Quod sequitur usque ad Ἀδάμ deest apud Lambecium *Cod. theolog.* CLIX.

(11) Hac de causa diabolus serpens antiquus in sacris Litteris appellatur, ut Apocalyps. XII, XX.

* Eodem interprete.

sostamum (12), et Damascenum Joannem, erat a principio serpens Adami familiaris (13), et omnibus ei adblandientibus proximior, jucundis cum illo motibus congrediens, et omnem hinc delectationem excogitans. Si enim illum nunc (14) abominamur, et quantum possumus fugimus, non tamen hujusmodi erat serpens a principio, nec ejus tunc, quemadmodum in præsentia (15), evitabatur aspectus. Si enim isthuc ipsum forte fuisset, ipsa etiam Eva tunc temporis, colloquium exhorrescens, seso ab eo penitus abscondisset, et non ita leniter ejus confabulationem admisisset (16) Reliquum igitur est ut Adamo serpens fuerit ab initio familiaris (17). et omnibus qui ei adularentur proximior. Inimicum enim illum, nec aliud quidquam, fecit vox divina, cum dixit : « Inimicitiam ponam inter te et mulierem. » Cæterum hæc inimicitia omnia amicitiæ fœdera dissolvit. Adami erat a principio serpens amicus, et ideo diabolo visus est instrumentum aptissimum (18). Vidit Adamum serpentis familiaritate gaudentem, et illum adulantem, multaque eorum quæ ab hominibus fieri consuerunt, imitantem, et capropter per ipsum locutus est. Ita pariter qui dolos adversus aliquem meditantur, domesticos conveniunt, et sic nulla domi suspicionis ansa existente, insidias obumbrant ac tegunt. Loquitur (19) igitur per ipsum, ut hinc suspicetur Adamus, cum prudens esset serpens, quod et Scriptura ipsa de illo testificatur, et ipsam hominis vocem imitari se potuisse (20), et Dominis, ut benevolum, ea quæ

A τατον Χρυσόστομον καὶ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην συνήθης ἦν ἀπ' ἀρχῆς ὁ ὄφις τῷ Ἀδάμ, καὶ τῶν ὑποσαινόντων αὐτὸν πλησιέστερος, τερπνοῖς αὐτῷ προσομιλῶν τοῖς κινήμασι, καὶ ψυχαγωγίαν πᾶσαν ἐντεῦθεν ὑπονοούμενος. Εἰ γὰρ καὶ νῦν αὐτὸν βδελυττόμεθα καὶ ὡς δύναμις φεύγομεν, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀπ' ἀρχῆς τοιοῦτος ὁ ὄφις, οὐδὲ φευκτέα τότε καθάπερ καὶ νῦν ἡ ὄψις αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν καὶ αὐτὴ ἡ Εὔα τηνικαῦτα τὴν ἐκείνου καταπλαγεῖσα ὁμιλίαν ἐκρύβη τέλεον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἡμέρως οὕτω τὴν αὐτοῦ διάλεξιν προσεδέξατο. Συνήθης ἦν λοιπὸν ὁ ὄφις ἀπ' ἀρχῆς τῷ Ἀδάμ, καὶ τῶν ὑποσαινόντων αὐτὸν ἐγγύτερος. Ἐχθρὸν γὰρ αὐτὸν, οὐδὲν ἄλλο πεποίηκεν, ἡ δὲ εἰποῦσα θεία φωνὴ, « Ἔχθραν θήσω ἀναμέσον σου καὶ τῆς γυναικός· » ἡ τοιαύτη λοιπὸν ἔχθρα τὰ τῆς φιλίας παντάπασιν ἔλυσε. Φίλος ἦν ὁ ὄφις ἀπ' ἀρχῆς τῷ Ἀδάμ, κἀντεῦθεν ὤφθη τῷ διαβόλῳ ἐπιτηδειότατον ὄργανον. Εἶδε τὸν Ἀδὰμ χαίροντα ἐπὶ τῷ ὄφει, κἀκεῖνον ὑποσαίνοντα καὶ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων μιμούμενον, κἀντεῦθεν λαλεῖ δι' αὐτοῦ. Οὕτω καὶ οἱ δόλους κατά τινων πλέκοντες τοὺς οἰκείους μετέρχονται, καὶ οὕτω τὴν οἰκείαν ἀνυπόπτως ἐπιβουλὴν συσκιάζουσι. Λαλεῖ τοιγαροῦν δι' αὐτοῦ, ἵν' ἐντεῦθεν ὑπονοήσῃ ὁ Ἀδὰμ ὅτι φρόνιμος ὁ ὄφις ὤν, τοῦτο καὶ ἡ Γραφὴ προσμαρτυρεῖ αὐτῷ, κατώρθωσε καὶ τὸ μιμήσασθαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου φωνὴν, καὶ ὅτι τοῖς δεσπόταις ὡς εὔνους τὰ δέοντα ὑποτίθεται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν προσῆν ὡς αὐτοῖς διελέγετο· οὐκ ἂν ἡμέρως οὕτω τὴν αὐτοῦ βουλὴν προσ-

hinc natus est, quia vidit imaginem Dei in homine exstitisse : et quoniam homini possibile esset, ut in hac regione beata cum cunctis animantibus loqueretur. Hinc angelus qui ex se concepit invidiam, per potentiam angelicam serpentem ingressus, » etc. Sic Plato quoque scripsit in *Politico*, aureo sæculo, cum rerum Saturnus potiretur, etiam cum bestiis homines colloquia habuisse, quod et Eusebius refert lib. XII Προπαρασκευῆς, cap. 9.

(12) *Homilia* IX *in Genesim.*

(13) Isidorus Pelusiota, epist. 95 lib. III, pulchre disserit quo pacto initio omnes feræ Adamo subjectæ fuerint, ideoque etiam nomina eis imposuerit; posteaquam vero divinum mandatum transgressus est, ipsius imperium mutilatum merito fuit. Vide superius epist. 2 Glycæ, not. 43. Augustinus lib. XIV *De civit. Dei*, cap. 11, de dæmone loquens ait : « Malesuada versutia in hominis sensus serpere affectans, cui ubique stanti, quoniam ipse ceciderat, invidebat, colubrum in paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus, masculo et femina, animalia etiam terrestria cætera subdita et innoxia versabantur, animal scilicet lubricum et intortuosis anfractibus mobile, operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit, » etc.

(14) Hujus rei rationem hanc affert Theodoretus interrogatione XXXIV *in Genesim* : « Sed et ipsum animal quoque ad hominum utilitatem maledictionem recepit. Itaque videntes serpentem repere ac volutari super terram, maledictionis antiquæ recordamur, et discimus quanta mala peccatum arcessat, non solum iis qui illud admittunt, sed et illis qui subserviunt. »

(15) Basilius homilia *de paradiso* : « Serpens tum non erat horrendus, sed mitis ac mansuetus, » etc.

(16) Eo magis autem id credibile videtur, quod etiamnum serpentes ab aliquibus circumferantur. Quod si veterum historiarum monumenta evolvere luberet, exemplorum copia lectorem obruere possem. Consulendi Pignorius *De mensa Isiaca*., Spanhemius *De usu et præst. veter. numism.*, et mea dissertat. *De cistis mysticis*.

(17) Pseudo-Abdias lib. VI : « Livor autem angelo

B

C

D

εδέχοντο. Δῦτη οὖν ἡ αἰτία κατὰ τοὺς διαληφθέντας ἄνωθεν Πατέρας καὶ διδασκάλους ἡμῶν, δι' ἣν ὄργάνῳ τῷ ὄφει καὶ οὐχ ἑτέρῳ τινὶ χρησάμενος ὁ παμπόνηρος τοὺς πρωτοπλάστους ἠπάτησε.

A oportet suggerere. Nisi enim ita res se habuisset, haud profecto cum eis blande confabulatus fuisset, neque ita leniter illi ejus consilium admisissent. Hæc igitur causa fuit, juxta superius laudatorum Patrum et magistrorum nostrorum opinionem, propter quam Malus ille (21) serpente et non aliquo alio usus e t instrumento ut protoplastos deciperet (22).

Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ὁ διάβολος ἐν τῷ ὄφει ἐλάλησε, τῆς Γραφῆς ὁπουδήποτε τοῦτο μὴ λεγούσης; Ἴδε γὰρ ὅτι καὶ ὁ Παῦλος ὄφεως μνημονεύει λέγων· « Φοβοῦμαι μήπως ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ. » Πόθεν οὖν δῆλον ὅτι ὁ διάβολος λαλεῖ διὰ τοῦ ὄφεως? Αὐτὸς ὁ Δεσπότης ὑπεσαφήνισε τὴν ἀπορίαν, ἵνα μή τις ἐπὶ τὸν ὄφιν καὶ μόνον ἀνενέγκῃ τὴν ἁμαρτίαν. Πρὸς γὰρ τοὺς Ἰουδαίους, ἡνίκα εἶπαν αὐτῷ, « Ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, » ἔλεγεν· « Εἰ ἦτε ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐποιεῖτε ἄν. Νῦν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἐστε τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖνος ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν. » Ἐντεῦθεν οὖν σαφῶς ἐπιδέδεικται ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ὄφει λαλήσας ὁ διάβολος θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον ὑποπεσεῖν κατεσκεύασεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐγεγόνει θνητὸς ὁ ἀθάνατος. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, τῷ σοφῷ Σολομῶντι πείσθητι λέγοντι· « Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπ' ἀφθαρσίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε. Φθόνῳ δὲ τοῦ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. » Εὕδηλον οὖν ὡς αὐτὸς ἐλάλησε διὰ τοῦ ὄφεως ὁ παμπόνηρος. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀνθρωποκτόνον ἐκάλεσε. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, τίνος ἕνεκεν μνημονεύουσα ἡ Γραφὴ τοῦ ὄφεως μόνου τὰ κατὰ τὸν διάβολον τέλεον ἀπεσιώπησε? Διὰ τὴν Ἰουδαίων εἰδωλομανίαν; Ἵνα γὰρ μὴ μαθόντες, ὡς φησιν ὁ Συναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος, καὶ τινας εἶναι φύσεις ἀΰλους, κἀντεῦθεν ταύτας θεοποιήσωσιν, οὔτε περὶ δαιμόνων, οὔτε περὶ φύσεως ἀγγέλων ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος διείληφεν. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τοσαῦτα θαύματα τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου θεὸν ἀνηγόρευσαν, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν εἴγε τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἐξ ὧν

B

At unde liquet, diabolum in serpente esse locutum, cum id ullibi Scriptura non dicat? Vide enim et Paulum ipsum, cum serpentis meminisset, dicentem : « Timeo ne forte, ut serpens Evam sua calliditate seduxit [1]. » Unde igitur constat diabolum per serpentem ipsum esse locutum? Ipse Dominus e medio perplexitatem sustulit, ne quis peccatum in serpentem, et quidem solum, rejiciat. Judæis enim, cum illi dixerunt. « Ex Deo sumus, » dicebat : « Si ex Deo essetis, Dei certe voluntatem faceretis : nunc autem ex patre vestro diabolo estis : ille erat homicida ab initio [2]. » Hinc igitur aperte constitit, cum diabolus in ipso serpente locutus esset, id contexuisse ut morti homo succumberet (23). Nisi enim res ita se habuisset, nunquam ille, qui immortalis fuerat, mortalis evasisset. Et si minus his quæ dicuntur, fidem adhibet sapienti Salomoni, cum dicit : « Deus mortem non fecit, sed hominem in incorruptione creavit : invidia autem diaboli mors intravit in mundum [3]. » Manifestissimum est igitur malum illum per serpentem ipsum esse locutum : nisi enim ita esset, illum Dominus homicidam non appellasset. Et quandoquidem hæc ita se habent, qua de causa Scriptura solius serpentis mentionem faciens, ea quæ diabolum attinent, omnino reticuit? Propter inexpletam Judæorum idololatriæ inhiantium insaniam. Etenim ne cum didicissent, ut divinus Anastasius Sinaita ait, esse quasdam naturas (24) materia minime constantes, hasce exinde divinis honoribus prosequerentur, neque de dæmonum, neque de angelorum natura Mosaicus liber disseruit (25). Si enim post tanta etiam miracula, vituli

C

D

[1] II Cor. xi, 3. [2] Joan. viii, 44. [3] Sap. ii, 24.

Γένεσις inscribitur sententiam secutus, quam tamen confutat Glycas noster parte I *Annalium*, Chrysostomi sententiam amplexus, qui censet serpentem olim orbibus quibusdam factarum inferius convolutionum erectum exteuso pectore velut inequitasse.

(21) Malus κατ' ἐξοχήν a multis appellatus est diabolus, et sunt qui censeant hunc indicari, ubi in Oratione Dominica dicitur : *Libera nos a malo*. Paulinus, poem. XVI :

Non tulit hæc Malus ille diu, sed inhorruit atris
Crinibus, et rabidis inflavit colla venenis, etc.

Itaque et a Glyca Παμπόνηρος nuncupatur.

(22) Memoriam hujus serpentis fraudis sunt qui velint apud ethnicos ipsos remansisse, adeoque in antiquis Græcorum mysteriis *Eva* vel *Evoæ* acclamatum, et serpentem ostensum, ut tradit Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, et constat etiam ex Plutarcho in *Alexandro*, Demosthene Περὶ στεφάν., Euripide in *Bacchantibus*, Catullo, Virgilio, Nonno, Chalcidio, etc. Consule Phil. Bonarotium *Dissert. in num. max. moduli*, et Dissertation. meam *De cistis mysticis*. Sed et Pherecydes Syrius, dum suum Ὀφιονέα, serpentem mali auctorem, commemorat, qui adversas acies in cœlo instruxerit, eadem exhibere videtur. Nam ita scribit Origenes lib. VI *contra Celsum* : « Vide, an non iste, qui nobis impium errorem impingit ut ænigmata male intelligentibus, ipse manifeste fallatur, non intelligens quod Mosaicæ litteræ, multo antiquiores vel Heraclito, vel Pherecyde, vel Homero etiam, narrant de Malo illo qui de cœlo expulsus est. Nam serpens ille a quo Pherecydes suum denominavit Ophionem, qui fuit in causa ut primus homo ex Dei paradiso ejiceretur, » etc.

(23) Vide superius epist. 2.

(24) Vide superius epist. 2, not. 59.

(25) Eamdem rationem affert Michael noster parte I *Annalium*. Sunt autem qui autument ideo Mosen productionis angelorum non meminisse, quod ii ante mundum materiatum et aspectabilem creati fuissent ; nam hæc sententia arridet Origeni, *homil.* I *in Genesim*, et X *in Matthæum* ; Basilio homil. I *in Hexaemeron* ; Gregorio Nazianzeno, *Oratione* XXXVIII et XLII ; Severiano Gabalitano, orat. IV, *De mundi opificio* ; Cæsario, *dialog.* I, interr. 61.

imaginem Deum appellaverunt, quid non utique fecissent, si invisibilium etiam naturarum cognitionem habuissent? Haec autem ita se habere liquet ex iis quæ Deus per prophetam Oseam ipsi Israeli locutus est: « Ego Dominus Deus tuus, firmans cœlum, et creans terram: cujus manus militiam cœli creaverunt, et illud non revelavi tibi, ut ambulares post illa. » Ob hoc ipsum et duorum lignorum in paradiso plantatorum differentiam atque naturam Spiritus sanctus retinuit: quare et sanctorum Patrum discors fuit de hisce iisdem disquisitio.

A ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ὠσηὲ πρὸς αὐτὸν ἐλάλησε τὸν Ἰσραήλ· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου ὁ στερεῶν οὐρανὸν καὶ κτίζων γῆν, οὗ αἱ χεῖρες ἔκτισαν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψά σοι αὐτὸν τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν. » Κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτευθέντων δύο ξύλων διαφορά τε καὶ φύσις τῷ παναγίῳ συσίγηται Πνεύματι· ἐφ' ᾧ καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἀσύμφωνος γέγονεν ἡ περὶ τούτων ἐξέτασις.

EPISTOLA V*.

Ad honorabilem monachum dominum Joannem Aspiotem. — Quali natura hominum corpora a mortuis resurrectura sint, et an sensilem cibum tunc manducatura, ut quidam perhibent (25).

B

Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius et Deus, ille qui carnem propter ineffabilem suam misericordiam circumtulit, homo nostri instar effectus; qui propter nostram salutem ea omnia fecit et perpessus est quæ evangelica narrat historia; qui in crucem actus mortem obiit, et tertia die a mortuis resurrexit, illæ eorum qui dormierunt primitiæ, cum primogenitus mortuorum exstitisset, manifeste in semetipso demonstravit qualia nostra corpora in illa resurrectione suscitanda sint (27). Quare de his disputare non decet. Clarum siquidem animum intendere volentibus exemplum perspicuumque proponitur. Vere enim corruptionis expertia, neque operimenti, neque cibi, neque potionis, neque rei ejusmodi alicujus, indiga resurgent (28). Prudenter siquidem animadvertere est, et ipsum Domini corpus ejusmodi, ut evangelica historia prodit, e sepulcro resurrexisse, omnibus ibidem relictis sepulcralibus exuviis. Si vero, prout dictum est, nudum e sepulcro Domini cor-

C

D

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Ἀσπιώτῃ — Περὶ τοῦ ὁποία τῇ φύσει τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐκ νεκρῶν ἐγερθήσονται, καὶ εἰ βρῶσιν αἰσθητὴν ἐσθίειν ἐκεῖσε μέλλουσιν, ὥς τινες ἐπιφέρουσιν.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεός, ὁ σάρκα φορήσας δι' ἄφατον ἔλεος, καὶ καθ' ἡμᾶς χρηματίσας ἄνθρωπος, ὁ διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν καὶ ποιήσας πάντα καὶ παθὼν ὅσαπερ ἐν Εὐαγγελίοις ἱστόρηται, ὁ διὰ σταυροῦ καταδεξάμενος θάνατον, ὁ τριήμερος ἐκ νεκρῶν ἀναστάς, κἀντεῦθεν τὴν τελευταίαν ἀνάστασιν διορησάμενος ἅπασιν, ἡ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγονώς, ἀριδήλως ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν ὑπετύπωσεν, ὁποῖα τὰ ἡμέτερα σώματα κατὰ ἐκείνην ἀνάστασιν ἐγερθήσονται. Ὅθεν καὶ περὶ τούτων ἐξετάζειν οὐκ εὔλογον· ὅτι καὶ σαφές τις προσέχειν ἐθέλουσιν τὸ ὑπόδειγμα πρόκειται. Ἀφθάρτα μὲν γὰρ ἀληθῶς ἀναστήσονται μήτε ὄκνου δεόμενα, μήτε βρώσεως καὶ πόσεως, μήτε ἄλλου τοιούτου τινός. Ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι καὶ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τοιοῦτον ἐκ τάφου ἐγήγερται κατὰ αὐτὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν ἐκεῖσε πάντα καταλιπὸν τὰ ἐντάφια. Εἰ δὲ, καθάπερ εἴρηται, γυμνὸν ἐκ τάφου τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐξέθορεν, εὔδηλον πάντως ὡς

et *dialog.* III, interrog. 123; Anastasio Sinaitæ, libro VI *Hexaemeronis*, et cap. 4 Ὁδηγοῦ; Zachariæ Mitylenæo *De mundi opificio*, Joanni Damasceno, lib. II *De fide orthodoxa*, cap. 3, et lib. IV, cap. 14. Ex Patribus Latinis in eadem sententia sunt Ambrosius lib. *in Hexaemeron*, cap. 5. et Præfat. in Psalmos; Hieronymus in cap. I *Epistolæ ad Titum*; Cassianus collat. VIII, cap. 3. Et quidem si cavisset Moses angelorum creationem reticendo ne idololatriæ occasionem Judæis præberet, numquam naturæ angelicæ in suis voluminibus meminisset, quod quidem non facit. Epiphanius quidem hæresi LXV, Theodoretus interrogatione III *in Genes.*; Basilius Seleuciensis *orat.* I; Procopius Gazæus *Commentario in Genesin*, Augustinus lib. XXII *contra Faustum*, cap. 10; lib. II *De Genesi ad litteram* cap 8, et lib. XI *De civitate Dei*, cap. 19. Sed et Julius Africanus, lib. II, cap. 2; auctor Commentarii in Genesin sancto Eucherio ascripti; Gregorius Magnus lib. XXVIII *Moral.*, cap. 12; Rupertus abbas lib. I *De Trinitate*, cap. 10, et lib. III *De glorificatione Trinitatis*, cap. 3; Gennadius Massiliensis lib. *De dogmatibus ecclesiasticis*, cap. 10; auctor Commentarior, in Psalmos, inter opera D. Hieronymi editorum, *in Psalmum* CXXXII; Ausbertus *in Apocalypsim*, lib. V, cap. 12. Hugo Victorinus, tract. II *Summæ sententiarum*; Thomas Aquinas, I, 1, Q. LXI, art. 3, angelos una cum mundo conditos fuisse existimant. Ipse quidem hanc litem meam non facio, Deo enim universitatem efficienti non aderam utpote qui sero ab eodem in lucem eductus; sed si hæc posterior sententia probabilior est, ut Thomas etiam arbitratur, ipse crediderim potius, ideo Moses de angelis initio Geneseos mentionem non fecisse, quod sibi tantummodo aspectabilis et materiati generationem describere proposuisset. Quod si quis in controversiam vocet, et dubitet, an angeli prorsus incorporei sint, opponere possem hanc opinionem jam fere ab omnibus hodie approbatam mihi quoque probari, quamvis tota fere antiquitas repugnare videatur, ut superius ostendimus (not. 59). Sed si Augustini sententiæ inhærendum esset, angelorum sub lucis nomine mentionem a Mose fieri affirmare possemus, ut in ejus laudatis operibus et in *Confessionibus* etiam videre est; et hanc secutus est quoque Rupertus abbas in citato opere.

(26) Horum multa disputat Glycas etiam part. I *Annalium*.

(27) Vide supra Epist. 3.

(28) Vide supra Epist. 2.

* Eodem interprete.

οὐκ ἔτι σκέπης τοιαύτης τινὸς, καθὰ καὶ πρότερον, ἐχρῄζεν, ὁποῖον ἄρα κἀκεῖνο τὸ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ σῶμα ἐτύγχανεν, εἴτε τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν. Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες ἡλικίᾳ τε πρὸς ἀλλήλους καὶ εἴδει κατ' οὐδὲν διαφέροντες. Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε, μηδὲ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ. Εἰ γὰρ ἀκριβῶς ἐννοήσεις ὅπως ὁ οὐκ εὐμήκης τοῦ σίτου κόκκος καὶ ὁ πάνυ σμικρὸς, ἐπειδὰν τῇ γῇ καταβληθῶσιν, ἴσους τε καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀναβιβάσαι στάχυας, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπορήσαις, εἴπερ ὁ προβεβηκὼς καὶ ὁ ἐν σπαργάνοις τὴν ψυχὴν ἀφεὶς ἀκμάζοντες ἐν τῇ ἀναστάσει ἐγείρονται κατὰ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον Ἀδὰμ, τὸν πρὸ τῆς παραβάσεως δηλαδή. Ἡ γὰρ ἀνάστασις οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασις, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τοῦ σίτου κόκκος χωννύμενος τῇ γῇ καὶ σηπόμενος, εἰς αὐτὸν ἐπανέρχεται τὸν στάχυν, ὅθεν δηλονότι πέπτωκε. Καὶ εἰ μὴ πείθει τοῖς λεγομένοις, τῷ μακαρίῳ Παύλῳ πείσθητι λέγοντι, « Σπείρονται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρονται ἐν δυνάμει. » Τί τούτου παραδοξότερον; *Ἐν δυνάμει* γὰρ εἰπὼν, ἔδειξε προφανῶς ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν, « Ἐξαποστελεῖς » γάρ, φησὶ, « τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, » τέλειοι πάντως ἐγείρονται.

A pus exsilivit, perspicuum omnino est illud amplius cujuscunque ejusmodi operimenti, prout (29) in antecessum, non indiguisse : quale utique et illud corpus erat quo ante prævaricationem Adamus instructus fuit. Si vero neque expers fuit illius, quæ divino munere conceditur, immortalitatis, corruptionis igitur expertes resurgent omnes, nihil ætate invicem et specie differentes (30). Neque hac de causa mirare, neque rem absurdam arbitrare : si enim diligenter expenderis quomodo brevia tritici grana, et exigua admodum, postquam terræ mandata fuerunt, æquales spicas, et omnino similes proferunt, haud utique tanta de re dubitabis, an ille scilicet qui maturis annis, et ille qui in incunabulis ante diem naturæ concessit, florenti B neque integraque ætate in resurrectione revicturi sint secundum primum illum Adamum (31), qualis fuit ante transgressionem videlicet. Resurrectio enim nihil est aliud quam eorum qui ceciderunt, in integrum restitutio (31*), quemadmodum etiam tritici granum (32) terra obrutum et putrescens, in eamdem spicam iterum vertitur, unde scilicet excidit. Et si minus his quæ dicuntur fidem habes, credo beato Paulo dicenti : « Seminantur in infirmitate, resurgunt in virtute[1]. » Quid hoc mirabilius? *In virtute* enim dicens dilucide ostendit spirituali illa ætate, « Emittes, enim inquit, spiritum tuum et creabuntur[2] », perfectos (33) omnino omnes resurrecturos.

Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες, μήτε βρώσει, μήτε πόσει, καθάπερ εἴρηται, χρώμενοι. Ἀλλὰ μὴ ἀπίστει τοῖς λεγομένοις. Εἰ γὰρ ἔτι τοῖς φυσικοῖς ὑπέκειντο πάθεσι, πείνῃ λέγω καὶ δίψει, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁπλῶς οἷς ὑποπεσεῖν κατεκρίθη μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος, οὐ μὲν οὖν αὐτοὺς ἀφθάρτους ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι εἴποι τις ἄν. Κατὰ γὰρ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην, ἀμήχανον ἄφθαρτον διαμένειν τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι φθορᾶς ἀνώτεροι ἐγείρονται πάντες δίκαιοι, οὐκ ἔτι σκέπης τοιαύτης τινὸς, καθὰ καὶ πρότερον, ἐχρῄζεν, ὁποῖον ἄρα κἀκεῖνο τὸ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ σῶμα ἐτύγχανεν, εἴτε τῆς κατὰ χάριν ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦν.

Incorruptibiles igitur omnes resurgent, neque alimento, neque potione, ut diximus, utentes. Sed ne fidem abroga his quæ dicuntur : si enim adhuc naturalibus passionibus subjicerentur, fami, inquam, ac sitii, et aliis (34), ut uno verbo dicam, quibus homo ob peccatum succumbere condemnatus est, igitur incorruptibiles a mortuis non esse resurrecturos jure quis dicat. Juxta enim Damascenum Joannem, impossibile est incorruptibilem permanere eum qui sensile alimentum participat (35). Sed res profecto haud ita se habet (36).

[1] 1 Cor. xv, 43. [2] Psal. ciii, 30.

(29) Judæi tamen somniant homines vestibus, cum quibus sepulti fuere, vel a Deo recens creatis, indutos, resurrecturos esse, ut in tract. *Sanhedrin*, R. Jonathan in *Cohel. Rabba*, Talmud. Jerosol. Galilæi cap. 9 videre est.

(30) Vide Augustinum a nobis inferius advocatum.

(31) Vide superius epist. 2 et 3.

(31*) Superius col. 715 A.

(32) Celeberrima comparatio a Paulo apostolo primum usurpata, et deinde ab omnibus ecclesiasticis scriptoribus, et præcipue Athenagora *De resurrectione*. Tertulliano item *De resurrect.*, Rufino *in Symbolum*, et Joan. Damasceno pariter *De resurrectione*.

(33) De perfectione et decore corporum justorum post resurrectionem, vide quæ late disputat Tertullianus *De resurrectione carnis*, Augustinus lib. XXII *De civ. Dei*, cap. 19 et 20, et *Enchirid.* cap. 90.

(34) Vide superius, epist. 2.

(35) Vide adnotata inferius.

(36) In aliam it sententiam magnus Augustinus lib. XIII *De civit. Dei*, cap. 22 : « Corpora ergo justorum quæ in resurrectione futura sunt, neque alio fugo indigebunt, quo fiat, ut nullo morbo vel senectute inveterata moriantur : neque ullis aliis corporalibus alimentis, quibus esuriendi ac sitiendi qualiscunque molestia devitetur : quoniam certo, et omni modo inviolabili munere immortalitatis induentur, ut nonnisi velint possibilitate, non necessitate vescantur. Quod angeli quoque visibiliter et tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant et poterant, ut hominibus congruerent, sui ministerii quadam humanitate fecerant. Neque enim in phantasmate angelos edisce credendum est, quando homines eos hospitio susceperunt, quamvis utrum angeli essent ignorantibus consimili nobis indigentia vesci videretur. Unde est quod ait angelus in libro Tobiæ : « Videbatis me manducare, sed vestro visu ac vultu, id est necessitate corporis rebelendi sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud creabilius disputari potest, certe fides Christiana de ipso Salvatore non dubitat, qui etiam post resurrectionem, jam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit.

Si enim credimus universos homines corruptione superiores esse resurrecturos, responde jam, quidnam futurum sit, quod eos sensilem cibum sumere compellat (37)? Si vero secundum etiam angelorum similitudinem, ut divus Gregorius Nyssenus ait, vivet in resurrectione homo (inquit enim: Et erunt omnes ut angeli Dei), quomodo ipsum cibi et potionis indigentem affirmamus? Impossibile hoc omnino, impossibile. Si enim alimentis utimur in præsentiarum, ex eo est, quod naturam ipsam habemus quæ nos compellit; sed, quemadmodum Nyssenus inquit, hoc tum ministerio liberabitur homo, et æque ac angeli se habebit, sicut in Evangelio Dominus dicit. Sed Joannes quoque Damascenus in suo capite centesimo *De resurrectione* ita dicit ad verbum: « Seminatur corpus animale, crassum videlicet et mortale: resurgit corpus spiritale, quale fuit Domini corpus post resurrectionem, clausas januas pervadens, indefatigabile, nutrimenti, somni et potionis haud indigum. Vitam enim æqualem angelis in omnibus homo tunc vivet, juxta eum qui dicit: Et erunt omnes ut angeli Dei (38). »

Sed quid multis opus est verbis? Si Christum ipsum præcunctis habere debemus, qui bona illa accepturi sunt, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, aliam vivendi rationem, ut arbitror, participare nunquam compellentur. Beatitatem vero illam, non sensiles epulas (39) esse, sed intelligibilem potius ex ipsa visione lætitiam in sanctis excitatam, ipse Dominus demonstravit cum ita dixit: « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, etiam illi sint mecum, ut meam gloriam contemplentur. » Attende igitur: non dixit, « ut participent, » sed, « ut contemplentur gloriam meam. » Inde igitur demonstravit, ut aurea verba fundens Joannes ait tale divinum dictum enarrans, omnem hanc requiem in Dei Filii contemplatione consistere (40). Ut enim ii qui solis radios speculantur, acreque fruuntur, tenuissimam ex aspectu habent delectationem, ita quoque tunc erit. Etenim intelligibilis ibi ex contemplatione lætitia in sanctis, ut dictum est, excitabitur. Hoc ipsum utique consultum stabilit etiam divinissimus Joannes Damascenus de intemeratis Christi mysteriis verba faciens, et ea quæ sequuntur dicit: « Sancta hæc sacramenta simulacra futurorum dicuntur, non quia vere non

(37) Superius col. 702.

(38) Tertullianus. *De resur. carn.* « Transituri in statum angelicum per indumentum illud incorruptibilitatis, per substantiæ resuscitatæ tamen denutationem. » Rufinus *Expos. in Symbol.*: « Resurrectionis ergo virtus angelicum hominibus confert statum, ut qui de terra resurrexerunt, non iterum in terra cum quadrupedibus, sed in cœlo cum angelis vivant. »

(39) Perperam igitur theologi quidam pertendunt gustus tactusque voluptatibus et ejusmodi deliciis beatos in cœlo etiam fruituros: et hinc exculcatur Cerinthi hæresis, et eorum Chiliastarum, qui

Εἰ γὰρ καὶ πάντας πιστεύομεν ἀνθρώπους τῇ φθορᾷ ὑποκειμένους ἀναστήσεσθαι, τί τὸ καταναγκάζον αὐτοὺς αἰσθητῆς ἅπτεσθαι βρώσεως; Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Εἰ δὲ καὶ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγγέλων, ὡς ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, ἐν τῇ ἀναστάσει ζήσεται ἄνθρωπος (Καὶ ἔσονται γάρ, φησὶ, πάντες ὡς ἄγγελοι θεοῦ), πῶς αὐτὸν ἐνδεᾶ βρώσεως καὶ πόσεως εἴπωμεν; Ἀμήχανον τοῦτο πάντως, ἀμήχανον. Εἰ γὰρ καὶ βρώσεσι χρώμεθα σήμερον, ἅτε τὴν φύσιν αὐτὴν ἔχοντες ἀναγκάζουσαν, ἀλλὰ, καθάπερ ὁ Νύσσης φησὶ, τῆς λειτουργίας ταύτης ἀπαλλαγήσεται τότε ὁ ἄνθρωπος καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐξ ἴσου διατεθήσεται, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις ἔφη ὁ Κύριος. Ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* ἑκατοστῷ κεφαλαίῳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω φησίν· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἤγουν παχύ τε καὶ θνητὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, οἷον τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, κεκλεισμένων ὄντων θυρῶν διερχόμενον, ἀκοπίαστον, τροφῆς, ὕπνου καὶ πόσεως ἀνενδεές. Βίον γὰρ ἰσάγγελον ἐπὶ πᾶσι τότε ζήσεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν εἰπόντα, Καὶ ἔσονται πάντες ὡς ἄγγελοι Θεοῦ. »

Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ τὸν Χριστὸν αὐτὸν ἀντὶ πάντων ἔχειν ὀφείλοντες οἱ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀπολαβεῖν μέλλοντες ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, διαίτης ἑτέρας, ὡς οἶμαι, μετασχεῖν οὐκ ἄν ποτε προαχθήσονται. Ὅτι δὲ ἡ μακαριότης ἐκείνη οὐ βρῶσις αἰσθητή ἐστιν, ἀλλ' ἡ νοητὴ μᾶλλον εὐφροσύνη διὰ θέας ἐγγινομένη τοῖς ἁγίοις, αὐτὸς ὁ Κύριος ἔδειξεν ἐν οἷς οὕτως ἔλεγε· « Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. » Πρόσεχε οὖν· οὐκ εἶπεν, « ἵνα μετέχωσιν, » ἀλλ' « ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. » Ἔδειξεν οὖν ἐντεῦθεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶ τὸ τοιοῦτον ἐπεξηγούμενος θεῖον ῥητὸν, ὅτι πᾶσα ἀνάπαυσις αὕτη ἐστὶν εἰς τὸ θεωρεῖν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ θεοῦ· ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου θεωροῦντες καὶ ἀέρος ἀπολαύοντες λεπτοτάτην ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔχουσι τὴν ἀπόλαυσιν, οὕτως ἔσται καὶ τότε. Νοητὴ καὶ γὰρ εὐφροσύνη ἐκείσε διὰ θέας ἐγγινομένη τοῖς ἁγίοις, ὡς εἴρηται. Τοῦτο μέντοι τὸ δόγμα συνίστησι καὶ ὁ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς περὶ τῶν ἀχράντων τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ τάδε φησί· « Τὰ ἅγια ταῦτα μυστήρια τῶν μελλόντων ἀντίτυπα λέγεται οὐχ ὅτι

homines postquam resurrexerint cum Christo in hoc mundo regnaturos, deliciis omnibus et voluptatibus affluentes, affirmant, de quibus vide Eusebium Cæsariensem lib. III *Histor. eccles.*, cap. 21 et 30, et lib. VII, cap. 21, et Augustinum lib. XIX *De civit. Dei*, cap. 7, ut reliquos omittam.

(40) Hinc recte vir doctus Avicenna justorum secundum obitum felicitatem juxta Muhammedis placita exponens, in una Dei contemplatione eam collocat, et ἀλληγορικῶς interpretatur, quæ ψευδοπροφήτης ille de sensibilibus voluptatibus videtur ingerere. Vide ejus opus de *Almahad*.

σῶμα καὶ αἷμα οὐκ εἰσὶν ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. » Καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* κεφαλαίῳ αὐτοῦ τοιαῖσδε περὶ τούτου κέχρηται συλλαβαῖς· « Οἱ δὲ τἀγαθὰ πράξαντες ἐκλάμψουσιν ὥσπερ ὁ ἥλιος ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὁρῶντες αὐτὸν καὶ ὁρώμενοι, καὶ ἄληκτον τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐφροσύνην καρπούμενοι. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι βρῶσις καὶ πόσις αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι κόρον ἐκεῖσε οὐχ ἕξουσιν οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν, αὐτὸς ἔδειξε διὰ τοῦ προφήτου ὁ Κύριος οὕτως εἰπών· « Οἱ τρώγοντές με πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με διψήσουσι. »

Μὴ περὶ βρώσεως αἰσθητῆς ἀμφισβήτει καὶ πόσεως. Εἰ γὰρ καὶ φαγεῖν τὸν Χριστὸν καὶ πιεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αἱ θεῖαι Βίβλοι διαγορεύουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις διαταράττεσθαι τὴν οὐ δέον ἀγχίνοιαν. Οὐδὲ γὰρ νόμῳ φύσεως ἔφαγε διαπνευσθείσης αὐτῷ τῆς σαρκὸς, καὶ τὸ ἐνδέον ζητούσης ἀναπληρῶσαι, καθάπερ καὶ πρότερον· χάριν δὲ πάντως τοῦ τὴν τελείαν τοὺς ἀποστόλους πληροφορίαν λαβεῖν περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως αὐτοῦ. Ἔτι γὰρ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε. Μὴ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀμφίβαλλε· μηδὲ λογισμοῖς τὸ πᾶν ἐπίτρεπε, Πῶς ἔφαγε, λέγων; ποῦ δὲ καὶ τὰ βρωθέντα κεχώρηκε; Τοιοῦτόν τι λέγε μηδὲν, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅπως οἱ ξενισθέντες ἐκεῖνοι παρὰ τῷ θείῳ Ἀβραὰμ θειότατοι ἄγγελοι τὰ παρατεθέντα δεδαπανήκασι βρώματα. Ὅθεν καὶ πρὸς ἀφθαρσίαν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα μεταποιηθὲν παραδόξως οὕτως ἐγήγερται, καὶ τοῦ λίθου τῷ τάφῳ ἐπικειμένου καὶ τῶν σφραγίδων ἐκεῖσε ἀπηωρημένων. Ἀλλὰ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων τοῖς ἀποστόλοις ἐφίσταται. Παχύτητος γὰρ πάσης ἐκτὸς γεγονὼς οὐδαμῶς ἐκώλυτο παρά τινων εἰσερχόμενός τε καὶ ἐξερχόμενος. Ὥστε εἰ καὶ τύπους ἐδείκνυε τῶν ἥλων, εἰ καὶ θνητῇ χειρὶ πολυπραγμονούμενος ἦν, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζειν σε ἄξιον. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἀπορούμενος οἷον ἐπὶ τούτοις, πρὸς δὲ καὶ ἐπιλύων τὸ τοιοῦτον ἀπόρημά φησιν, ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὸ γινόμενον. Τὸ γὰρ οὕτω λεπτὸν καὶ κοῦφον ὡς κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσελθεῖν, ὡτειλὰς ἐν αὐτῷ φέρειν οὐκ ἔπρεπεν, ὅτι καὶ παχύτητος πάσης ἀπήλλακτο. Τούτοις καὶ ὁ θειότατος Ἀναστάσιος ἐν τῷ *Περὶ ἀνα-*

[1] Eccli. xxiv, 29.

A sint Christi corpus et sanguis (41), sed quia nunc per illa Christi divinitatem participamus, tunc vero intelligibiter per solum intuitum. » Et in suo eodem capite *De resurrectione*, talibus super hoc syllabis usus est : « Qui autem bona fecerint, fulgebunt sicut sol in ipso Domino nostro Jesu Christo, videntes ipsum, et visi, et indeficientis ex ipso lætitiæ fructum colligentes. » Hæc autem ita se habere, et cibum et potionem ipsum esse Christum, et nullam ibi satietatem, qui ea comedunt, habituros, ipse Dominus per prophetam ostendit ita dicens : « Qui comedunt me, esurient; et qui bibunt me, sitient [1]. »

B Ne igitur in sensili alimento et poculo ancipitem te traducito. Si enim comedisse Christum et bibisse post resurrectionem divini libri testantur, non opus est ut super his torqueatur ingenium. Non enim naturæ lege comedebat, cum ejus caro jam spiritalis effecta esset (42), nec necessario quæreret, quemadmodum prius, saturari : sed ea tantum de causa profecto ut apostoli certum et indubitatum suæ a mortuis resurrectionis argumentum acciperent. Adhuc enim iis ex gaudio non credentibus, cum cibum sumpsisset coram illis manducavit. Ne igitur de his dubita : neque ratiocinationibus totum concede, Quomodo comedit, dicens, vel quo comesa secessere? Nihil hujusmodi dicito, cum exacte noveris quomodo illi a divino Abrahamo hospitio excepti divinissimi angeli appositas C epulas absumpsere. Unde et ad incorruptionem Domini corpus translatum mirabiliter ita resurrexit, et lapide adhuc sepulcro super imposito, et sigillis ibidem suspensis, sed et clausis januis apostolis apparuit : crassitudine enim omni deposita, nulla re unquam ne ingrederetur vel egrederetur, prohibebatur. Si vero formas clavorum ostendit, vel mortali manu contrectatus est, non tamen ob hoc ipsum admiratione te percelli par est. Vide enim quomodo et aureo eloquio manans Joannes de his ipsis dubitans, et ejusmodi insuper D difficultatem dissolvens ait, hoc ipsum factum esse ut aliorum infirmitati consuleretur. Tam subtile enim ac leve ut januis clausis intraret (43), cicatrices in se ferre dedecebat, utpote quod et quacunque erat crassitudine liberum. Hisce et divi-

(41) Observa Damasceni et Glycæ fidem de vera Christi in pane eucharistico præsentia.

(42) Glycas noster parte III *Annal.* : Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, τοὺς μαθητὰς ἐπιστηρίξαι βουλόμενος ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ μ' ὀπτανόμενος αὐτοῖς ἔστιν ὅτε καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην διαλεγόμενος, ὡτειλὰς ἐν τῷ θεοειδεῖ δεικνύων ἐκείνῳ σώματι, συνεσθίων αὐτοῖς ἅμα καὶ πίνων, οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλὰ πιστούμενος, καὶ τἄλλα πάντα ποιῶν ὅσαπερ εἴωθε τοὺς ἀσθενεῖς ἀσφαλίζεσθαι, etc. « Nam de magni Athanasii sententia, propterea dies in terris XL commoratus est Dominus, quod discipulos confirmare vellet. Ideirco se conspiciendum eis interdum præbet, amice pacificeque cum eis loquitur, cicatrices in corpore divino commonstrat : comedit atque bibit una, cætera denique facit omnia quæ ad confirmandos imbecilles aliquid afferre momenti possent. Sed vide quæ nos paulo superius ex magno Augustino protulimus.

(43) Non tamen ob subtilitatem intrabat, sed ob divinam virtutem : intelligi enim non potest quomodo sine partium disjunctione, subtile corpus, corpus aliud densum ac solidum penetrare possit. Adde quod eadem modo ex Virginis matris utero clauso egressus est, licet crasso corpore circumdatus, adeoque non corporis natura, sed divina virtute, id fieri credendum est.

nissimus Anastasius astipulatur, in suo *De resurrectione* libello ita ad verbum dissertans : « Clausis januis ingressus est Dominus, et discipulis manus ostendit : et illud quidem secundum naturam fecit. Natura enim comparatum est, ut spiritale corpus solida quæque, nullo prohibente, pervadat ; hoc vero secundum dispensationem ostenditur, ut corpus, quod perpessum fuerat, resurrexisse jam crederent. » Reliquum est igitur ut hæc facta fuerint, quemadmodum laudati divini Patres affirmant, ut resurrectio crederetur, et ut illum ipsum qui crucifixus fuerat, et non alium, resurrexisse intelligerent. His concinens et Dominus ipse discipulis inquiebat : « Videte manus meas, quia ego sum. » Si hæc autem ita se habent, absurdum omnino est proprio nos ratiocinio persuasos aliter evangelica et divina dicta accipere ; siquidem talia et eos ipsos in primis sancto Spiritu afflatos edisserentes habemus. Sed quid multis hæc diducere oportet ? Nisi, secundum aurea eloquentiæ flumina fundentem Joannem, dicimus clavorum formas discipulorum gratia certo consilio ostensas fuisse, necessarium omnino est affirmare, fore ut ex mortuis resurrecturi, quorum ipse Christus primogenitus fuit, tunc ita resurgant quemadmodum et terra defossi sunt in antecessum, sive nocumentum habentes, sive alio modo corpora detruncata ferentes (44). Et spiritus quidem non erat Domini corpus, ut trepidi discipuli existimabant, secus enim coram illis non manducasset; non ulcera illæ ejus pedes exosculatæ essent ; non ipse Dominus dixisset : « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere[1]. » Quamobrem spiritus quidem Domini corpus non erat, subtile vero pariter, et leve, et spiritale, utpote a sanctissimo Spiritu (45) gubernatum. Nisi enim res ita se habuisset, haud equidem unius horæ spatio in diversis locis apparuisset ; non heri visum et cognitum, inadspicuum hodie fuisset. Cum enim, ut diximus, incorruptibile evasisset, corruptibilibus oculis facile nec videbatur nec cognoscebatur, sed quando tantum ipse volebat, quemadmodum cum discipulis concedebat ut ipsum intuerentur. Et isthuc ipsum est quod evangelista Joannes dicebat : « Manifestavit Jesus semetipsum discipulis suis, cum a mortuis resurrexisset. » *Manifestavit* enim dicens aperte ostendit, cum a discipulis non aliter post resurrectionem visum fuisse quam si indulgentia quadam in eos uteretur, quam si in aliam (46)

[1] Luc. XXIV, 39.

στάσεως αὐτοῦ λόγῳ κατὰ λέξιν οὕτω διέξεισιν· « Εἰσῆλθεν ὁ Κύριος τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ τὰς χεῖρας ὑπέδειξε τοῖς μαθηταῖς, τὸ μὲν κατὰ φύσιν ποιήσας, πέφυκε γὰρ τὸ πνευματικὸν σῶμα διὰ τῶν στερεῶν ἀκωλύτως διέρχεσθαι· τὸ δὲ κατ' οἰκονομίαν, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι τὸ πεπονθὸς ἀνέστη σῶμα, δείκνυται. » Ταῦτα λοιπόν, ὡς οἱ διαληφθέντες θεῖοι Πατέρες φασίν, ὥστε πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὥστε μαθεῖν ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ σταυρωθείς, καὶ οὐχ ἄλλος ἂν τούτου ἀνέστη. Κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, « Ἴδετε τὰς χεῖράς μου, ὅτι ἐγώ εἰμι. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πάντως οὐκ εὔλογον τῷ ἰδίῳ λογισμῷ πειθομένους ἡμᾶς ἑτέρως ἐκλαμβάνειν τὰ εὐαγγελικὰ καὶ θεῖα ῥητά· εἴ γε τὰ τοιαῦτα καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἔχομεν ἐπεξηγουμένους τῷ Πνεύματι. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν ; Εἰ μὴ κατὰ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην οἰκονομικῶς εἴποιμεν τοὺς τύπους τῶν ἥλων ὑποδεικνύεσθαι χάριν τῶν μαθητῶν, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένους, ὧν γέγονε πρωτότοκος αὐτὸς Χριστός, οὕτως ἐγερθῆναι τότε, καθὼς ἄρα καὶ τῇ γῇ καταληφθῆναι ἐφθάκεισαν, εἴτε λώβην ἔχοντες εἴτε καὶ ἄλλως πως ἠκρωτηριασμένα τὰ σώματα φέροντες. Καὶ πνεῦμα μὲν οὐκ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, καθάπερ οἱ μαθηταὶ πτοούμενοι ὑπελάμβανον. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν, οὐκ ἂν αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι τοὺς πόδας αὐτοῦ κατησπάζοντο, οὐκ ἂν αὐτοὺς ὁ Κύριος ἔλεγεν ὅτι « Τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. » Ὅθεν πνεῦμα μὲν οὐκ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα· λεπτὸν δὲ ὅμως καὶ κοῦφον καὶ πνευματικὸν ὡς τῷ παναγίῳ Πνεύματι διοικούμενον. Εἰ δὲ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν μιᾷ ὥρᾳ κατὰ διαφόρους τόπους ἐφαίνετο, οὐκ ἂν τὸ χθὲς ὁρώμενόν τε καὶ γνωριζόμενον ἀόρατόν τε σήμερον καὶ ἄγνωστον ἦν. Ἄφθαρτον γὰρ, ὡς εἴρηται, γεγονὸς, φθαρτοῖς ὄμμασιν εὐχερῶς οὐ μὲν οὖν ἐβλέπετό τε καὶ ἐγνωρίζετο, ἀλλ' ἡνίκα πάντως ἤθελε, καὶ καθὼς αὐτὸς συνεχώρει τοῖς μαθηταῖς αὐτὸν καθορᾷν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἔλεγεν· « Ἐφανέρωσεν ὁ Ἰησοῦς ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. » Τὸ γὰρ « ἐφανέρωσεν » εἰπὼν, ἔδειξε προφανῶς ὡς οὐκ ἂν ἑώρων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ μετ' αὐτὴν ἀνάστασιν, εἰ μὴ συγκαταβάσει χρώμενος ἦν, εἰ μὴ πρὸς ἑτέραν ἠλλοιοῦτο μορφήν. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ εὐαγγελικὴ φησιν ἱστορία ὅτι ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ. Δείκνυσι γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι τὸ πνευματικὸν σῶμα σαρκὸς ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, εἰ μὴ πρὸς ἑτέραν ἀλλοιωθῇ παραδόξως μορφήν. Ἀλλοιοῦται καὶ γὰρ κατὰ πρόθεσιν τῆς κεχρημένης

(44) Integra omnino et perfecta justorum hominum corpora suscitanda e terra esse, docent præter alios, Tertull., *De resurr. carn.*, et August., in lib. *De civit. Dei*.

(45) Secus et melius Augustinus lib. XIII *De civ. Dei*, cap. 20 : « Caro spiritui serviens recte appellatur spiritualis, non quod in spiritum convertatur, sicut nonnulli putarunt, ex eo quod scriptum est, « Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale ; » sed quia spiritui summa et mirabili obtemperandi facilitate subjicitur usque ad impletam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate et gravitate, detracta. »

(46) Non in aliam formam conversus Deus. Vide Hieronymum et Platonem. Quod si humanam

αὐτῷ ψυχῆς, ὡς ὁ τὰ θεῖά φησιν σοφὸς Ἀναστάσιος, πρός γε τὴν κατεπείγουσαν οἰκονομίαν. Εἰ δὲ τὸ παναγίου τοῦ Χριστοῦ σῶμα τοιοῦτον ἦν, ἀφ' οὗ καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ἡ τῆς ἀναστάσεως χάρις κεχάρισται, (καὶ πῶς γὰρ οὐ κεχάρισται, εἴγε διὰ νεφελῶν ἁρπαγήσονται πρὸς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα;) περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος ἐπαπορεῖν σε πλέον οὐκ ἄξιον, εἴγε τοῦ μεγάλου Παύλου καὶ μᾶλλον οὕτως ἤκουσας λέγοντος· « Μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτήρ, εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῇ δόξῃ αὐτοῦ. »

A formam converteretur. Secundum enim hoc ipsum evangelica historia ait apparuisse discipulis alia forma. Ostendit enim exinde spiritale corpus carnis oculis videri non posse, nisi in aliam formam mirabiliter convertatur. Immutatur enim ad animæ, quæ eo utitur, arbitrium, ut divinarum rerum consultissimus Anastasius affirmat, et ad necessitatem dispensationum. Si vero Christi sanctissimi corpus ejusmodi erat, a quo et omnibus nostris corporibus illa resurrectionis (47) gratia donata est, (et profecto quomodo donata non est, si in occursum Domini per medias nubes rapientur in aera?) de proposita quæstione te amplius dubitare dignum non est; et eo magis quod magnum Paulum ita dicentem audisti: « Transformabit tunc nostrum humile corpus Servator, adeo ut ejus glorioso corpori conforme prorsus evadat. »

Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦτο, θεοείκελε ἄνερ, ὃ νῦν περικείμεθα, ψυχικόν ἐστιν, ἤγουν παχύ τε καὶ θνητόν, ταῖς φυσικαῖς καὶ ψυχικαῖς ποιότησι καὶ δυνάμεσι διοικούμενόν τε καὶ ζωογονούμενον τῇ ζωτικῇ, ἥτις ἐν τῇ καρδίᾳ θεωρεῖται, διά γε τῶν ἀρτηριῶν ἐσαγουσῶν καὶ ἐξαγουσῶν συνέχουσαν ἡμῶν τὴν ζωήν, καὶ τῇ κατὰ τὸ ἧπαρ φυσικῇ, ἥτις καὶ θρεπτικὴ λέγεται διὰ τῶν ἐκφυομένων ἐκεῖ φλεβῶν ὅλον ἐπαρδεύουσά τε σῶμα, καὶ τρέφουσα, καὶ

B Corpus enim hoc, divine vir, quo nunc circumdamur, animale est, crassum scilicet et mortale, et naturalibus atque animalibus qualitatibus (48) et potentiis gubernatum, et vitali quidem vivificatum, quæ in corde conspicitur, et per arterias inducentes (49) et educentes nostram continens vitam; et naturali, quæ in jecinore est, et quæ etiam nutritiva dicitur, quæque ob nascentes ibidem venas (50) totum irrigat corpus ac nutrit;

naturam assumpsit, forma tamen Dei usque remansit: nec Christus unquam, post carnem assumptam, formam mentitus esse in evangelica historia legitur.

(47) Consule Augustinum lib. XIII *De civ. Dei*, cap. 23.

membra diffusam toto corpore contineri, nec in aliqua tantum peculiari corporis parte residere, contra Aristotelem, qui eam in corde, et Platonem, qui in capite certisque sedibus posuit. Michael insuper Platonis vehiculum seu substantiam mediam corpoream admittere in homine videtur; de qua tam multi legi possunt apud Platonicos et veteres Ecclesiæ Patres, ut Origenem, Hieronymum, aliosque, quos modo recensere non vacat.

C (48) Hanc eamdem doctrinam Glycas noster parte I *Annal.* ingerit, Platonis sententiæ, ut videtur, inhæreus; ita enim scribit: Πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τοῦτό σε βούλομαι, ὅτι τὸ ἐπιθυμητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς τῷ ἥπατι ἐγκαθίδρυται, τὸ δὲ θυμικὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ποιεῖται τὴν οἴκησιν, τὸ δὲ λογικὸν ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ. « Prater hæc etiam illud te scire volo partem eam animi, quæ appetendi facultatem continet, in jecinore sedem suam obtinere; alteram, qua irascendi vis continetur in corde; rationis denique domicilium in cerebro esse. » Et *Annal.* pariter parte I cum unam tantum esse animam demonstrasset, diversis eam facultatibus præditam recte ac sapienter affirmat, easque ita distribuit: Αὐτίκα γὰρ τὸ μὲν θυμικὸν αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ λέγουσι ποιεῖσθαι τὴν οἴκησιν· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὁμοίως ἐν τῷ ἥπατι. Ἡ δὲ λογικὴ αὐτοῦ καθαπτομένη τοῦ ἐγκεφάλου, δι' αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἐπιλάμπεται καὶ δείκνυται. « Ac pars quidem ejus illa, quæ vim irascendi continet, sedem in corde fertur obtinere; altera vero, qua concupiscimus, in jecinore; tertia, quæ rationis facultas est, in cerebro sita, per id omnibus sese declarat. » Hæc quidem Platonis sententia, quam exponit lib. VI *De Repub.* et de qua Cicero I *Tuscul. Quæst.*, et eleganter Claudianus *De IV consulatu Honorii*, ut Platonis enarratores omittam. Reprehendit in eodem loco Michael Apollinarium, Laodiceæ antistitem, quasi duas animas in homine collocarit et partem brutam ac rationis expertem a rationali aut intelligente separaverit; Plotinumque simul damnat quod hominem mente, anima, et corpore, constare dixerit. Sed si probe res expendatur, eorum sententia verbis tantum, non re, a nostra discrepat, et multi etiam veterum Patrum idem ac illi sensere: non enim plures animas inducebant, sed plures animæ partes vel facultates, quod et ipse Michael fatetur. Vult tamen hic animam per omnia

D

(49) Recte admodum ac sapienter Glycas noster arteriarum originem ex corde deducit, ut videre est apud Thomam Bartholinum libell. II *De arteriis*. Quod autem eas ἐξαγούσας, *educentes*, et ἐσαγούσας, *inducentes*, dicat, humorum circulum quemdam inducere videtur, id quod multis ex antiquioribus quoque persuasum fuit, ut auctori lib. I *De victus ratione*; Hippocrati in medio libelli *De ossium natura*, et in fine libri *De natura humana*; auctori libri *De alimento*; Diogeni Apolloniati apud Aristotelem lib. III *Histor. Animal.*, cap. 2, et lib. *De somno*, cap. 3, et Platoni in *Timæo*. Et id quidem de sanguine præcipue intelligendum esse censet Jo. Walæus *Epistola de motu chyli et sanguinis, ad Thom. Bartholinum*. Cæterum mirari subit, cum hi omnes auctores aliquali, ut quibusdam videtur, motus sanguinis circularis cognitioni præluxissent, adeo per multa sæcula hanc homines doctos latuisse, ut proximiore ætate tantum, Michaele Serveto, Paulo Servita, Cæsalpino, Columbo, Guil. Harvæio tandem ducibus, in eam prospero quodam fato devenerint, et rem verissimam perspicue ac dilucide comprehenderint, ut laudata epistola Jo. Walæus et Jo. Bapt. Morgagnius V. C. epistola I memoriæ prodiderunt.

(50) Non mirandum quidem si Glycas noster initia venarum ex hepate deducit; id enim antiquorum multis persuasum fuit, et inter nostræ ætati proximiores Th. Bartholino libello *De venis*, cap. 1. Et quidem quoad venam portæ et cavam, ex qua cava omnes prope aliæ venæ per corpus propagantur, Paulo Barbettæ *Anatom. pract.* cap. 8; Jo. Munnicks *De re anatom.*, et Mangeto, ut Wallesium, Heurnium alios que omittam. Nisi mirum videatur Glycam Aris oteli repugnare voluisse,

ea quæ in cerebro, quæque etiam animalis appellatur, quod per nervos et musculos sensum omnium et motum suppeditet corpori (51). Per ejusmodi enim animales virtutes omnis nostra vita consistit. Animale autem corpus, quemadmodum narravimus, se habere, atque ita ex iis constare, quæ præcedens sermo manifestavit, liquet etiam ex ipsis operibus, neque minus ex ea comprehendentibus in Evangelio secundum Marcum legitimis præceptis. « Diliges enim, inquit, Dominum Deum tuum, ex tota mente tua, » etc. Cor enim dicens, et animam, et mentem, differentes animæ virtutes manifestavit : et illam vitalem, quam per cor indicavit; et illam naturalem, quam significavit per animam; et rationalem illam, quam per mentem sermo repræsentavit. Jubet enim omnibus animalibus potentiis diligere Deum. Ita nunc corpus nostrum vivificatur, quamobrem animale etiam dicitur. Tunc vero hisce omnibus liberum, ut illud quod nulli corruptioni obnoxium jam evasit, spiritale erit, ineffabili modo a sanctissimo Spiritu gubernatum atque dispositum. Inde etiam Paulus dicebat : « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale. » Attende igitur : « Seminatur corpus animale, » crassum videlicet et mortale : « resurgit corpus spiritale, » hoc est, tenue et leve, et ætherium, et crassitie omni ac pondere liberatum, sed et a solo divino Spiritu gubernatum, ut divus Isidorus Pelusiota ait. Nunc enim, etsi nobis Spiritus sanctus assistit, anima tamen actionum dominium possidet; tunc vero hæc omnia aget juxta divini Spiritus leges, et hoc est quod Paulus dicebat : « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale. » Non enim deinceps animalibus potentiis regetur, animale enim

τῇ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἕξει καὶ ψυχικὴ λέγεται, διάγε τῶν νεύρων καὶ τῶν μυῶν αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ὅλων χορηγοῦσα τῷ σώματι. Διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ψυχικῶν δυνάμεων πᾶσα συνίσταται ἡμῶν ἡ ζωή. Ὅτι δὲ τὸ ψυχικὸν σῶμα τοιαύτην ἔκφασιν κέκτηται καὶ οὕτως ἐκεῖθεν συνίσταται, καθ' ἃ καὶ φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισε, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐμπεριεχομένων κατὰ Μάρκον εὐαγγελικῶν νομικῶν παραγγελμάτων. « Ἀγαπήσεις γάρ, φησί, Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, » κ. τ. λ. Καρδίαν γὰρ εἰπών, καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν, τὰς διαφόρους τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐδήλωσε, τήν τε ζωώδη ἣν διὰ καρδίας ἐνέφηνε, καὶ τὴν φυσικὴν ἣν διὰ τῆς ψυχῆς ὑπεσήμανε, καὶ τὴν λογικὴν ἣν διὰ τῆς διανοίας ὁ λόγος παρέστησε. Παρακελεύεται γὰρ διὰ πασῶν τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἀγαπᾶν τὸν Θεόν. Καὶ νῦν μὲν οὕτω ζωογονεῖται τὸ σῶμα ἡμῶν, ἐφ' ᾧ καὶ ψυχικὸν λέγεται· τότε δὲ τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγέν, ὡς ἄφθαρτον γεγονός, ἔσται πάντως πνευματικὸν ἀῤῥήτῳ τρόπῳ τῷ παναγίῳ Πνεύματι διοικούμενόν τε καὶ οἰκονομούμενον. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· « Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Πρόσεχε οὖν. « Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, » ἤγουν παχύ τε καὶ θνητόν· « ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν, » τοῦτ' ἔστι λεπτὸν καὶ κοῦφον καὶ αἰθέριον, πάντως τε πάχους καὶ βάρους ἀπηλλαγμένον· ἀλλὰ καὶ μόνῳ τῷ Πνεύματι διοικούμενον, ὡς ὁ Πηλουσιώτης φησὶν θεῖος Ἰσίδωρος. Νῦν μὲν γὰρ, εἰ καὶ πάρεστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἡ ψυχὴ τὸ κῦρος τῶν πραττομένων κέκτηται· τότε δὲ ἐσεῖται καὶ αὐτὴ τὰ πάντα διαπραττομένη κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Πνεύματος· καὶ τοῦτ' ἔστιν ὅπερ ὁ Παῦλος ἔλεγε· « Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. »

---

qui lib. III *De part. animal.*, cap. 4, aperte docet venas ex corde tanquam fonte et principio derivari. At Glycas Aristotelis vestigiis ubique insistere sibi non proposuit, et Platoni frequentius inhærere videtur. Unum tantum insuper observandum majori proprietate quem dicturum fuisse *venas e singulis corporis partibus etiam remotissimis ortum suum ducere, et ad cor usque pertingere*, quæ verba sunt doctissimi Vieussens *De sanguine et corde* in tom. I *Bibliothecæ anatomicæ* Clerici et Mangeti. Cæterum fallitur etiam Glycas antiquorum fidem secutus, dum per venas sanguinem defœcatum nutritionem fieri dicat; secus enim res se habere medici neoterici exicerunt, ut videre est apud laudatam Bartholinum *De venis*, cap. 1.

(51) Quam recte de nervis eorumque officio locutus sit Glycas, ostendunt ea quæ habet de eorum origine et usu Thomas Bartholinus libello *De nervis*, cap. 1 : « Principium, inquit, dispersationis, vel pars unde origo nervorum immediata, est medulla oblongata, pront partim est intra cranium, partim extra, in spina. Intra cranium oriuntur, quæ vulgo dicuntur a cerebro oriri, septem nervorum paria; in spina vero, triginta. Et hæc verissima sententia non tantum ex similitudine substantiarum, medullaris et nervalis, verum etiam oculari experientia confirmatur. Aristoteles voluit a corde oriri, quem sequuntur Alexander, Averroes et Aponensis, qui tamen dicunt fieri hoc mediante cerebro. Alii voluerunt nervos nihil esse aliud quam venas et arterias continuatas, et in nervos degenerantes, ut olim Praxagoras, et nostro sæculo Cæsalpinus, Reusnerus, Hofmannus et Martianus, sed minus bene :

« Cum I. in cerebro arteriarum nervorumque nulla appareat per anastomoses conjunctio.

« II. Læsa vel secta in capite arteria convulsionem non excitet.

« III. Distinctus nervorum in cerebro exortus, ut arteriarum in corde, videatur.

« Erasistratus putavit a dura matre prodire.

« Hodie cum Galeno statuunt medici complures, alios nervos oriri a cerebro, alios a medulla spinali. Quos omnes refutat αὐτοψία.

« Finis et usus est, facultatem animalem cum spiritu animali a cerebro acceptam instar canalium afferre ad partes :

« I. Sensorias, ut oculos, aures; etc.

« II. Motorius, ut musculos ad motum.

« III. Ad omnes fere partes, ut in genere sentiant et dignoscant quæ dolorem afferunt.

« Itaque nervi partibus inserti dant his vel solum sensum, vel solum motum, vel utrumque; nec ullus motus voluntarius aut sensus absque nervi fit opera; unde nervo inciso statim privatur illa pars sensu et motu, etc. » Atque ita quidem ille.

Οὐδὲ γὰρ ταῖς ψυχικαῖς ἔκτοτε διοικεῖται δυνάμεσιν· καὶ γὰρ ἂν ψυχικὸν ἐλέγετο καὶ μετ' ἀνάστασιν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Ἐφ' ᾧ καὶ « Πνευματικὸν ἐγείρεται τότε » λέγεται, ἅτε μόνῳ τῷ παναγίῳ διοικούμενον Πνεύματι.

Ἄλλος λοιπὸν ἔσται τρόπος ζωῆς ἄῤῥητός τε καὶ ἀνεπινόητος, οὐ διὰ τῶν ἀρτηριῶν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, συνιστάμενος, ὅτι μηδὲ περὶ τὴν καρδίαν ἡμῶν ἔμφυτον τότε θερμὸν, ὡς ἐντεῦθεν ἀναῤῥιπίσεώς τε καὶ ἀναψύξεως δέεσθαι. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν καὶ νόσος ἐπηκολούθει καὶ θάνατος, ἅτε τῆς ἐκπνοῆς παραβλαβείσης ὁῳέ ποτε. Ἀλλ' οὐδέν τι τοιοῦτον ἐκεῖ, τῆς καταστάσεως ἐκείνης καινοπρεπούσης πάντασι. Καὶ πειθέτω σε τὸ τοῦ κόκκου παράδειγμα ᾧ Παῦλος ἐχρήσατο, δεῖξαι θέλων ἐντεῦθεν ὁποία τ' ἐστὶ τότε τῶν σωμάτων ἡμῶν ἡ κατάστασις. Καταδύεται γὰρ ὁ κόκκος τῇ γῇ σίτου τυχὸν ἢ κριθῆς, καὶ οὐκέτι κόκκον ὁρᾷς, ἀλλ' εὐμεγέθη καλάμην, ἀλλὰ στάχυας, ἀλλ' αὖ θέρικας· ἄλλο εἶδος, ἄλλη φύσις, ἕτερον ὄνομα, ἐκ τοῦ κόκκου μὲν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, ἄλλα δὲ ὅμως παρὰ τὸν κόκκον ὑπάρχοντα. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν ἔστιν ἰδεῖν. Σπείρονται γὰρ ἐν φθορᾷ, ἐν ἀσθενείᾳ, ἐν ἀτιμίᾳ, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἐγείρονται δὲ ἐν δόξῃ, ἐ δυνάμει, ἐν ἀφθαρσίᾳ, κεκτημένα μὲν ἐντεῦθεν τὴν ὕπαρξιν, ἄλλης δὲ παρὰ ταῦτα χρηματίζοντα ποιότητός τε καὶ κράσεως. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαιοῖ καὶ ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Ἀναστάσιος ἐν τῷ διαληφθέντι λόγῳ αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιών· « Καὶ τὴν μὲν οὐσίαν αὐτοῦ τοῦ ἀνισταμένου σώματος διαβεβαιούμενοί φαμεν εἶναι τὴν αὐτὴν, τὴν δὲ κρᾶσιν οὐδαμῶς. » Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ μακάριος Παῦλός φησι· « Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. » Ἄλλο καὶ γὰρ ἀληθῶς κατὰ ποιότητα τότε ἐγερθησόμενον σῶμα, ὥσπερ ἄλλο κατὰ ποιότητα ὅ τε κόκκος καὶ ὁ στάχυς.

Καὶ ὅτι μὲν ἐγείρονται πνευματικὰ τότε σώματα οἴδαμεν· ὁποία δὲ ἡ τούτων διάπλασις ὡς, ὁ διαληφθεὶς ἔφη θεῖος ἀνὴρ, οὐκ οἴδαμεν. Καὶ θαυμάζειν

A etiam post resurrectionem dicetur (52). Sed res aliter habet, aliter omnino. Quamobrem illud « Spiritale tunc resurget » dicitur. Siquidem a solo sanctissimo Spiritu gubernabitur.

Cæterum alius erit vitæ modus et ineffabilis, et qui ipsam intelligentiam exsuperat; non propter arterias, ut superius diximus, consistens, quia neque circa cor nostrum ingenitus erit tunc calor, ita ut propterea fomenti et refrigerationis indigeat. Si enim hoc esset, morbus etiam fortassis, atque mors ipsa consequeretur, siquidem hæc non sunt nisi respirationis vitia. Sed nihil hujusmodi ibi, nova illa constitutione undequaque conveniente. Et persuadeat te illud grani exemplum, B quo et Paulus usus est, cum exinde ostendere velit qualis erit tunc nostrorum corporum constitutio. Obruitur enim terræ tritici vel hordei granum, nec amplius granum vides, sed longum calamum, sed spicas, sed messes. Alia forma est, alia natura, aliud nomen. Quæ quidem omnia ex grano duxerunt originem, alia vero sunt pariter atque illud granum. Ita igitur et quoad corpora nostra videre erit: seminantur enim in corruptione, et in infirmitate, et in contumelia, ut ait Apostolus, resurgunt vero in gloria, in virtute, in incorruptione. Et cum exinde essentiam possideant, alio tamen insuper nomine quoad qualitatem temperiemque censentur. Hæc igitur quidem C confirmat etiam ille divinarum rerum peritus Anastasius hisce iisdem verbis in laudato libro dissertans: « Et naturam quidem ipsius corporis resurgentis affirmate dicimus esse eamdem, temperiem autem nullo modo. » Et constat ex his quæ beatus Paulus dicit: « Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. » Etenim aliud vere est secundum qualitatem et granum, et spica.

Jam spiritalia tunc resurrectura esse corpora novimus; qualis vero horum figura (53) erit, et vir divinus laudatus ait, ignoramus. Nec tamen ob

(52) De his longe aliter disserit Tertullianus *De resurrect. carn.*: « Præscribens, inquit, enim adhuc easdem passiones obituram carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam adversus Dominum suum temere defendis, legem adversus gratiam impie asseris, quasi Domino non liceat et mutare naturam, et sine lege servare. Quomodo ergo legimus: *Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum?* et: *Stulta mundi elegit Deus, ut sapientia mundi confundat?* Oro te si famulum tuum libertate mutaveris: quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis, et compedibus, et stigmatibus obnoxiæ retro fuerant, idcircone illa eadem pati oportebit? Non opinor. Atqui et vestis albæ nitore, et aurei anuuli honore, et patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur. Permitte hanc et Deo potestatem per vim demutationis illius conditionem, non naturam reformandi, dum et passiones auferuntur et munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis qua ipsa, qua eadem, ea tamen impassibilis, quia in hoc ipsum manumissa a Domino, ne ultra pati possit. » His astipulatur D Mævo in libris *De civitate Dei*, ut intelligere est ex illis quæ sparsim ex eo protulimus: qui tamen lib. XIII, cap. 23, id quod de Spiritu vivificante ait Glycas, et ipse confirmat ex his verbis: Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis habitat in nobis, qui suscitavit Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Tunc ergo erit corpus in Spiritum vivificantem, quod nunc est in animam viventem.

(53) Non videtur Glycas sentire corpora eadem, ac modo sunt, figura resurrectura esse. Error Origenis fuit, eam futuram orbiculatam. Sed aliter sentiunt theologi eminentissimi, inter quos Tertullianus lib. *De resurrect. carn.*, de demutatione agens quæ in resurrectione futura est: « Sic et Stephanus angelicum jam fastigium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant. Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutaverat, sed lineamenta Petro agnoscibilia servaverat. Ubi etiam Moyses et Elias, alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ, eamdem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria, perseverare docuerunt. »

hoc ipsum mirari subit. Si enim a sanctissimo Spiritu ea quæ nostram vitam attinent, constituentur (*Emittes* enim, dicit, *Spiritum tuum et creabuntur*), reliquum est ut nullius omnino talis instrumenti, quali hodie instruimur et vivificamur, egeamus. Si enim res ita se haberet, nostrum pariter corpus animale etiam post resurrectionem appellaretur, ut ex præcedenti sermone jam constitit (54). Sed nemo unquam isthuc ipsum dixerit, quicunque, quoad fieri potest, in penitam sanctarum Scripturarum intelligentiam descenderit. Vide enim quomodo Paulus, cum corpus illud spiritale vocasset, etiam admirabile eo quod animale futurum sit specie et figura, omnino manifestius indicavit in iis quæ ita disserit : « At dicet quis, Quali corpore mortui resurgent? Stulte, numquid quod seminas, corpus seminas, quod nascetur, et non nudum quodcunque tritici granum, vel alicujus alterius ejusmodi? Deus autem dat ipsi corpus, quemadmodum illi placuit. »

Si quod aliud igitur quam id quod nunc seritur, tunc corpus excitabitur (etenim ipsum tunc Servator transformabit, ut Paulus inquit), ne quære ejus natura qualis futura sit. Nemo enim novit spiritalis corporis qualitatem atque temperiem. Et quid multis verbis opus est? Si enim e signato sepulcro Domini corpus exivit, et clausis januis intravit, nefas est ulterius de his vana animi contentione perquirere. Fieri enim non potest, ut nos qui crassiori circumamicimur, tenuitatem illius vel conjectura saltem assequamur. Ita quidem innumera quoque sunt illa membra quibus humanum genus multiplicatur (55). Quoniam enim neque nuptiæ ibi, secundum Domini effatum, neque usus ullus alius homines excitans etiam invitos ad id quod gravat deponendum, cujusnam rei hæc unquam et qua ratione inservient? Atque ista quidem Pauli videntur esse dicentis, figuram hujus mundi præterire, atque inde nobis significantis ea quæ propter transgressionem fabricata fuere, ad extremum transitura (56). Hæc fabulosa tibi nequaquam

[2] 1 Cor. xv, 35-38.

(54) Adversus hæc omnia præclariter sapienterque disputat Tertullianus lib. *De resurrect. carnis*; cum enim hujusmodi objecta sibi opposuisset, respondet : « Ad hæc ergo præstruximus non oportere committi futurorum atque præsentium dispositiones, intercessura cum demutatione : et nunc superstruimus, officia ista membrorum necessitatibus vitæ hujus eo usque consistere, donec et ipsa vita transferatur a temporalitate in æternitatem, sicut animale corpus in spiritale, dum mortale istud induit immortalitatem et corruptivum istud incorruptelam : et ipsa autem liberata tam vita a necessitatibus, liberabuntur et membra ab officiis. Nec ideo non erunt necessaria ; licet enim officiis liberentur, sed judiciis retinentur, ut quis referat per corpus prout gessit. Salvum eum hominem tribunal Dei exigit. Salvum vero sine membris non liquet eum, ex quorum non officiis, sed substantiis constat, etc. » Dignissima sunt quæ legantur, et quæ præcedunt, et quæ subsequuntur : nos enim ea brevitati consulentes omittimus.

(55) Vide infra epist. 6. Hæc profecto talia sunt, qualia, ut resurrectionis veritatem impugnarent, hæretici interrogabant apud Tertullianum *De resurrect. Carn.* : « Adeone autem eadem sperabitur, quæ intercidit? ut claudus et luscus, cæcus et leprosus et paralyticus revertantur, ut redisse non libeat ad pristinum integri? Ut iterum talia pati timeant? Quid tum de consequentiis carnis? Rursusne omnia necessaria illi, et in primis pabula atque potacula, et pulmonibus natandum, et intestinis æstuandum, et pudendis non pudendum, et omnibus membris laborandum? Rursus ulcera, et vulnera, et febris, et podagra, et mors redoptanda? Nimirum hæc erunt vota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea evadere. »

(56) Consule epistolam 6, ubi ostendere nequidquam conendit, inter alia sexuum discrimen propter peccatum inductum fuisse.

ἐπὶ τούτοις οὐκ ἄξιον. Εἰ γὰρ τῷ παναγίῳ Πνεύματι τὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν τηνικαῦτα συνίστανται (Ἐξαποστελεῖς γάρ, φησὶ, τὸ *Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται*), τοιούτου λοιπὸν ὀργάνου τινὸς δι' οὗ σήμερον φυγκροτούμεθά τε καὶ ζωογονούμεθα, χρείαν ἐκεῖσε πάντως οὐκ ἔχομεν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, καὶ ψυχικὸν ἀνελέγετο τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἤδη φθάσας ὁ λόγος ἐγνώρισεν. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἴποι τοῦτό ποτε ταῖς ἁγίαις ὡς ἡ δύναμις ἐμβαθύνων Γραφαῖς. Ὅρα γὰρ ὅτι πνευματικὸν ἐκεῖνο τὸ σῶμα καλέσας ὁ Παῦλος, ἀλλ' ὅτι παράδοξον παρὰ τὸ ψυχικὸν εἶναι καὶ εἶδει καὶ σχήματι, πάντως ἐνέφηνε καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐν οἷς οὕτως ἔλεγεν· « Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Ποίῳ σώματι ἐγείρονται οἱ νεκροί; Ἄφρον, ὃ σπείρεις οὐ τὸ σῶμα τὸ γεννησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν εἰ τύχῃ κόκκον σίτου ἢ ἑτέρου τῶν τοιούτων τινός; Ὁ δὲ Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν. » Εἴπερ οὖν ἄλλο τι παρὰ τὸ σπειρόμενον νῦν ἐγείρεται τότε σῶμα (μετασχηματίσει καὶ γὰρ αὐτὸ τηνικαῦτα ὁ Σωτὴρ, καθὼς φησιν ὁ Παῦλος), μὴ ζήτει τὴν αὐτοῦ φύσιν, ὁποία τίς ἐστιν. Πνευματικοῦ γὰρ σώματος ποιότητα καὶ κρᾶσιν οἶδεν οὐδείς. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ γὰρ ἐσφραγισμένου τοῦ τάφου τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐξῆλθε, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε, πολυπραγμονεῖν ἐπὶ πλέον οὐχ ὅσιον. Ἀμήχανον γὰρ ἡμᾶς, ὅτι καὶ παχύτερον διακείμεθα, τῆς ἐκείνου καταστοχασθῆναι λεπτότητος. Οὕτω μὲν ἄπρακτα κἀκεῖνα τυγχάνει τὰ μόρια, δι' ὧν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εἰς πλῆθος ἐπαύξεται. Ἐπειδὴ γὰρ οὔτε γάμος ἐκεῖσε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, οὔτε χρεία τις ἑτέρα τοὺς ἀνθρώπους ἐγείρουσα τὸ βαρύνον ἀποθέσθαι καὶ ἄκοντας, τίνι ταῦτα καὶ πότε, καὶ ποίῳ τρόπῳ καθυπουργήσουσι; καὶ ταῦτα τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου παράγει, κἀντεῦθεν ἡμῖν ὑπεμφαίνοντος ὅτι τὰ ἐπιτεχνηθέντα διὰ τὴν παράβασιν ὀψέ ποτε παρελεύσονται. Ἀλλὰ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα· καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ θεῖος Ἀναστάσιος τὸ δόγμα τοῦτο παρίστησι λέγων, ὅτι πᾶν μὲν ἀλλότριον τὸ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑπεισελθὸν ἀποθη-

σώμεθα. Μὴ ζήτειν δὲ ἐν ὁποίῳ σώματι ἀνεστησόμεθα. Καὶ σχήματα γὰρ καὶ διάπλασιν ἀφθάρτου καὶ πνευματικοῦ σώματος οἶδεν οὐδείς. Κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τοὺς τὰ τοιαῦτα περιεργαζομένους εὐμεθόδως ἀποπαύων, ἄλλο μὲν ἔλεγε καταβαλέσθαι τῇ γῇ, ἄλλο δὲ παραδόξως ἐκεῖθεν ἀνίστασθαι, καθὼς ὁ Θεὸς πάντως ἠθέλησεν· « Ἄφρον γάρ, φησὶν, ὃ σπείρεις οὐ τὸ σῶμα τὸ γεννησόμενον σπείρεις, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A videantur. Et ipse enim divinus Anastasius consultum hoc infert dicens, omne nos alienum, quod propter peccatum subrepsit, deposituros esse. Ne quere vero quali corpore resurgemus; figuram enim et formam incorruptibilis et spiritalis corporis nemo novit. Hac enim de causa beatus etiam Paulus eos qui hujusmodi curiose sectantur, optima ratione quiescere faciens, Aliud quidem, dicebat, terræ mandatur, aliud vero exinde mirabiliter surgit (57), quemadmodum Deus omnino voluit. « Stulte enim, inquit, quod seminas non corpus quod nasciturum est, seminas, » et quæ sequuntur.

Ἄλλος λοιπὸν ἐκεῖσε τρόπος ζωῆς, ἄῤῥητός τε καὶ ἀνεπινόητος. Οὐ χρεία τότε ἥπατος καὶ κοίλης φλεβὸς, ἀφ' ὧν καὶ δι' ὧν τὸ αἷμα σήμερον ἐπὶ πάντα τὰ μέλη καὶ μέρη τοῦ σώματος κατασπείρεται· ὅτι μηδὲ σάρξ τοιαύτη τοῖς ἀνθρώποις τότε πρόσεστι, παχεῖα δηλαδὴ καὶ ῥευστὴ, καὶ ἐκ τεσσάρων χυμῶν τὴν σύστασιν ἔχουσα. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὕτω τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· « Τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· » μὴ θορυβοῦ καθ' ἑαυτόν· εἴ γε καὶ μᾶλλον ὁ Κύριος συγκαταβαίνων ἦν ἁπανταχοῦ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. Εἰ γὰρ καὶ σάρκα φορεῖν ἔλεγε μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· « Οὐκέτι νοοῦμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, » ἔδειξε προφανῶς ὅτι συγκαταβατικῶς ὁ Κύριος καὶ ἔλεγε τὰ πλείω καὶ ἔπραττεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν οὕτω λεπτῷ καὶ πνευματικῷ σώματι τὰς ὠτειλὰς ὑπεδείκνυεν. Ἀλλ' ἐρωτᾷς, Τίς ἡ τοσαύτη συγκατάβασις; Ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἐδόκουν οἱ μαθηταὶ πνεῦμα θεωρεῖν· ἵνα οὖν μὴ χώραν ἐκ τούτου λαβὼν ὁ Σατανᾶς ἐνσπείρῃ ὅτι Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται ἀληθῶς· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, οὐδὲ τῶν σωμάτων ἀναστάσει ἔσται· διὰ τοῦτο καὶ ἔφαγεν ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ὠτειλὰς ἐν ἀφθάρτῳ σώματι ὑπεδείκνυεν, ὥστε καὶ σὰρξ ἐν ἀληθείᾳ μὴ ὢν, σὰρξ εἶναι ἐδόκει τοῖς οὕτω θέλουσιν αὐτὸν κατιδεῖν. « Ἐὰν μὴ ἴδω γὰρ, φησὶν, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, οὐ μὴ πιστεύσω. » Πρόσεχε οὖν. Εἰ μὴ συγκαταβᾷς, ὡς ἤδη προεῖρηται, σὰρξ ὤφθη τοῖς μαθηταῖς, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὸν τύπον τῶν ἥλων

Cæterum alius erit ibi vitæ modus, et ineffabilis, et humanæ intelligentiæ incomprehensibilis. Nullus erit tunc usus jecinoris et venæ cavæ, a quibus et per quæ nunc sanguis in omnia membra ac partes corporis disseminatur (58); quia neque homines tunc hujusmodi carne constabunt, crassa et fluxa videlicet et ex quatuor humoribus conflata. Si enim et Dominus cum a mortuis resurrexisset discipulis ita dicebat: « Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere, » ne turberis in temetipso, siquidem Dominus potius discipulis suis ubique condescendebat. Si enim post resurrectionem a mortuis carnem se ferre dicebat, cum beatus Paulus pronuntiaverit: « Amplius Christum secundum carnem non intelligimus; » manifeste demonstravit plura Dominum dixisse et fecisse (59), ut aliis condescenderet. Nisi enim res ita habuisset, haudquaquam certe in adeo tenui et spiritali corpore cicatrices ostendisset. Sed interrogabis: Quorsum isthæc indulgentia? Cum ipse a mortuis resurrexisset, spiritum discipuli se videre opinabantur; prohibere igitur voluit ne Satanas ex hoc occasionem arripiens, Christum vere a mortuis non resurrexisse insinuaret. Si vero Christus non resurrexit, neque ulla erit corporum resurrectio, et propterea coram discipulis suis comedebat, et in corpore corruptioni non obnoxio cicatrices ostendebat, ita ut, cum reipsa caro non esset, caro esse, eum ita videre cupientibus, videretur. « Nisi enim videro, inquit, in ejus manibus formam clavorum, non credam [1]. » Attende igitur.

[1] Joan. XX, 25.

(57) Ex Pauli verbis multo melius Tertullianus dissertat. lib. *De resurrect. carnis:* « Hoc ergo jam de exemplo seminis constet, non aliam vivificari carnem, quam ipsam quæ erit mortua. Et ita sequentia relucebunt. Nihil enim adversus regulam exempli licebit intelligi, ne quia sequitur: *Quod seminas, non corpus quod futurum est seminas*, idcirco aliud resurrecturum corpus, quam quod moriendo seminatur, existimes. Cæterum excidisti ab exemplo, neque enim frumento seminato, et in terra dissoluto, hordeum erumpit, et non idipsum genus grani, eademque natura, et qualitas, et forma. Denique unde si non idipsum? Ei corruptela enim ipsum est, dum ipsum est. Non enim, et suggerit quomodo, Non quod futurum est corpus seminatur, dicens, sed nudum granum, si forte frumenti vel alicujus hujusmodi. Deus autem dat illi corpus prout vult, certe ei grano quod nudum seminari ait. Certe, inquis. Ergo salvum est cui dare habet Deus corpus. Quemodo autem salvum est si nusquam est; si non resurgit, si non idipsum resurgit? Si non resurgit, salvum non est. Si non est, et salvum accipere corpus a Deo non potest. Sedenim salvum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi Deus, prout vult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudum, nisi ut jam non nudum resurgat? Ergo additum erit quod corpori superstruitur: nec exterminatur illud cui superstruitur, sed augetur. Salvum est autem quod augetur. Seritur enim solummodo granum sine folliculi veste, sine fundamento spicæ, sine munimento aristæ, sine superbia culmi. Exsurgit autem ejusdem feneratum, compagine ædificatum, ordine structum, cultu munitum et usquequaque vestitum. Hæc sunt ei corpus a Deo aliud, in quod non abolitione, sed ampliatione, mutatur. »

(58) Vide superius not. 48, col. 757.

(59) Observa Glycam in Origenis erraticum dogma pene prolabentem.

Nisi condescendens, ut jam dictum est, caro discipulis visus fuisset, haud utique ipsis clavorum formam ostendisset, non eos incredulos curavisset. Itaque corpus quidem erat Dominus cum a mortuis resurrexisset, caro vero nequaquam (60). Non enim statim ac aliquid est corpus, caro etiam est, ut liquet ex sole, et luna, et reliquo stellarum choro; corpora enim sunt, caro vero nequaquam (61). Participavit enim vere ad terrestre solum delapsus carnem et sanguinem, cum vere homo effectus esset; sed adhuc carnem, ut Theologus Gregorius ait, nullus amplius Christum videbit, sed neque etiam incorporeum, iis divinioris corporis rationibus, quas ipse novit; et ut videatur ab iis qui eum compunxerunt, et Deus extra crassitudinem maneat. Alia tum vitæ ratio nec dictu enarrabilis nec captu comprehensibilis. Nisi enim talis esset qualem jam divina eloquia pronuntiant, fas etiam necessario esset et animalium cæterorum resurrectionem exspectare, terrestrium videlicet et marinorum, et quæ volucrem naturam participant. Sed res haud ita se habet, haud profecto. Neque enim ciborum appetentiæ tunc perturbabunt, ita ut exinde divinam vocem liceat ita dicentem audire: « Comedite omnia tanquam olera feni. » Si enim, vir sanctissime, ubi fluxa est nostra natura, adeo quidam ad divinam præstantiam accedere conati sunt, ut in perpetua prope a cibis abstinentia vitam suam omnem transegerint, quanto magis id in illa vita continget, in qua, juxta Dominum, nullum omnino locum corruptio habet, et secundum quam homo angelis honore æquiparatur, et secundum quam ipse Dominus justis et sedes, et mensa, et dapes, et potio, et omne erit, si quod aliud suave condimentum est. Non onera ibi ferre necessarium, neque semina terræ committere, ut exinde mulis et arantibus bobus opus sit. Etenim iis, ut semel dicam, omnibus, quicunque ad præsentis vitæ absolutionem conferunt, vita illa libera

Εἰ μὴ γὰρ τοιοῦτος ἦν οἷον ἤδη τὰ θεῖα περίστησι λόγια, καὶ ζῶον ἐξ ἀνάγκης ἀνάστασιν προσδέχεσθαι δίκαιον ἦν, χερσαίων δηλαδὴ καὶ θαλαττίων καὶ τῶν ὅσα πτηνῆς μετείληχε φύσεως. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμίαι βρωμάτων ἐκεῖσε διενοχλοῦσιν, ὡς ἐντεῦθεν θείας ἀκοῦσαι φωνῆς οὕτω λεγούσης, « Φάγεσθε πάντα ὡς λάχανα χόρτου. » Εἰ γὰρ ἐνταῦθα, θειότατε ἀνερ, ἔνθα ῥοώδης ἡμῶν ἡ φύσις ἐστὶ, τοσοῦτο ἀποθεωθῆναί τινες ἴσχυσαν ὡς ἐν ἀπτίᾳ σχεδὸν ἀνύσαι τὸν βίον αὐτῶν ἅπαντα, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἐκείνῃ τῇ ζωῇ κατὰ Κύριον οὐκ ἔχει χώραν ὅλως τὰ τῆς φθορᾶς, καθ' ἣν ἰσότιμος τοῖς ἀγγέλοις ὁ ἄνθρωπος, καθ' ἣν τοῖς δικαίοις ὁ Κύριος καὶ θρόνοι καὶ τράπεζα, βρῶσίς τε καὶ πόσις καὶ πᾶν, εἴ τι ἕτερον ἡδυσμα. Οὐ, φόρτους ἐκεῖ μετακομίζειν ἐπάναγκες, οὐδὲ σπέρματα τῇ γῇ καταβάλλειν, ὡς ἐντεῦθεν, ἡμιόνων δεῖσθαι καὶ ἀροτριώντων βοῶν· πάντων γὰρ καὶ ἁπλῶς τῶν ὅσα τῇ παρούσῃ ζωῇ συντελοῦσιν, ὁ βίος ἐκεῖνος ἐλεύθερος. Καὶ πιθοῦ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς αὐτοῦ λέγοντι· Ὥσπερ εἰ ἦμεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, οὐκ ἂν ἐπινοίας καὶ μόχθου γεωργικοῦ προσεδεήθημεν· εἰ γὰρ ἐν ἰδρῶτι τοῦ προσώπου μετὰ παράβασιν ἔσθίειν τὸν ἄρτον κατεδικάσθη ὁ ἄνθρωπος, εὔδηλον πάντως ὅτι πρὸ τῆς παρακοῆς καμάτου, καὶ ἱδρώτων, καὶ πάσης ἄλλης ὀδύνης ἄνω ἄνθρωπος ἦν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Παῦλος

(60) Caro erat et corpus. Ita ratiocinari poterat etiam Origenes. Contra hos Tertullianus *De resurrect. carn.*: « Viderit unus aliquis Lucanus, nec huic quidem substantiæ parcens, quam secundum Aristotelem dissolvens, aliud quid pro ea subjicit: tertium quiddam resurrecturum, neque anima neque caro, id est, non homo, sed ursus, forsitan tanquam Lucanus. » Nam, ut recte dissertat ibidem Carthaginiensis theologus ad illud Isaiæ, *Ego occidam et vivificabo*, « caro est quæ occiditur per mortem, caro itaque et vivificabitur per resurrectionem, etc. » Et hæc vera sententia est, quæ et in symbolo exprimitur, et omnes veri theologi tuentur. Itaque prosequitur egregie ideem Tertullianus: « Sed quoniam et hic de interpretatione corporis quæstio cavillatur, ego corpus hominis non aliud intelligam quam omnem istam molem carnis, quoquo genere materiarum conformatur atque variatur, quod videtur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. Sic et parietis corpus non aliud admittam quam cementa, quam saxa, quam lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit, ostendat, revelet, probet ipsum esse etiam, quod occidatur ab homine, et de illo erit dictum. » Augustinus, lib. XIII, *De civ. Dei*, cap. 23: « Tunc jam non terrenus, sed cœlestis homo erit, non quia corpus quod de terra factum est, non ipsum erit, sed quia dono cœlesti jam tale erit, ut etiam cœlo incolendo non amissa natura, sed mutata qualitate conveniat. » Et lib. XXII, cap. 21: « Erit ergo spiritui subdita caro spiritualis, sed tantum caro, non spiritus; sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro. » Et mox: « Quæ sit autem et quam magna corporis spiritualis gratia, quæ nondum venit in experimentum, vereor ne temerarium sit omne quod de illa profertur eloquium. « Quod autem Glycas ait explicari recte potest et modo quo simile dictum effert laudatus Augustinus *Enchirid.* cap. 80. Alias enim prope ὠριγενίζειν videretur, contra quod Gennadius lib. *De diffinit. fidei orthodoxæ*, cap. 6: « Si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit sicut in veritate cadit, et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus carne: sed eadem caro corruptibilis quæ cadit, tam justorum quam injustorum, incorruptibilis resurget, » etc.

(61) O admirabilis scientiæ virum, et judicio acerrimo præditum!

εἰδὼς ὅτι πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ πρώτην ἀναβραμεῖται διαγωγήν, ἔλεγεν, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου παράγοιτο, διὰ τὴν παράβασιν δηλονότι. Τῷ γὰρ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ παλαιωθέντι συνεπαλαιώθη καὶ τὰ τῆς κτίσεως. Ἀμήχανον γὰρ ἐν ἀφθάρτῳ διάγειν τὸν ἐξ ἀβουλίας εἰς φθορὰν ὀλισθήσαντα. Ὅθεν ἀνακαινιζομένης τῆς ἀνθρωπότητος ἀκολούθως καὶ τὰ τοῦ κόσμου τούτου συνανακαινισθήσεται. « Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία, φησὶ, τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. » Ἀλλ' ἡ τοίνυν ἐκεῖσε κατάστασις, ἣν παράστῆσαι λόγος οὐ δύναται· καὶ γὰρ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, ἡνίκα τὰ τῆς καινῆς ἀλλοιώσεως ὑπεσήμανε, πρὸς τὸν Θεὸν οὕτως ἤκουσας λέγοντος· « Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ, καὶ πάντας τοὺς ποταμούς ξηρανῶ· » καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ Ἀποκαλύψει αὐτοῦ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιόντος· « Εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι· » πρὸς δὲ τοῦ κορυφαίου Πέτρου ἐν τῇ Καθολικῇ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ λέγοντος· « Οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαυθήσονται· » τοῦ Δαβὶδ ὁμοίως· « Ἀνακαινίσεις τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῆς καταστάσεως ἐκείνης, ἐν ᾗ τὰ σύμπαντα πρὸς τὸ βέλτιον μεταμείβονται; Πῶς δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα τηνικαῦτα διακείσεται σώματα, ἡνίκα μὲν θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι, κατὰ τὸν θειότατον Ἰωάννην· ἡνίκα τὰ ὕδατα πάντα ξηραίνεται κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· ἡνίκα τὰ ἐν τῇ γῇ πάντα καυθήσεται, κατὰ τὸν κορυφαῖον Πέτρον; Ἅτε τοῦ ἡλίου, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ἐκνικήσαντος, καὶ πάντα πάντη τότε κατατεφρώσαντος· ἄλλος τρόπος τότε ζωῆς, ἄῤῥητός τε καὶ ἀνεπινόητος. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἢ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περιέπεσε παντοίως ἀπαλλαγὲν, « Δεῖ γὰρ, φησὶ, τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » οὔτε θαλάττης οὔτε φωστήρων, οὔτε στοιχείων ἑτέρων τινῶν χρείαν ἕξει ποτέ. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκαστον; Ἡμέρα καὶ νὺξ οὐκ ἔστιν κατὰ τὴν κυκλικὴν ταύτην τοῦ ἡλίου περίοδον ἀκλινεῖς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαυθήσεται, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ἐκνικήσαντος, καὶ πάντα πάντη τότε κατατεφρώσαντος· ἄλλος τρόπος τότε ζωῆς, ἄῤῥητός τε καὶ ἀνεπινόητος. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἢ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περιέπεσε παντοίως ἀπαλλαγὲν, « Δεῖ γὰρ, φησὶ, τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, » οὔτε θαλάττης οὔτε φωστήρων, οὔτε στοιχείων ἑτέρων τινῶν χρείαν ἕξει ποτέ. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκαστον; Ἡμέρα καὶ νὺξ οὐκ ἔστιν κατὰ τὴν κυκλικὴν ταύτην τοῦ ἡλίου περίο-

est. Fidem autem habeo sancto Basilio in suis Asceticis dicenti, si in deliciarum paradiso essemus, artificii amplius et laboris, quo terra exerceatur, minime indigos futuros. Si enim post prævaricationem ad panem in sudore vultus comedendum condemnatus est homo, patet omnino eum ante inobedientiam supra laborem, et sudores, et omnem alium dolorem constitutum fuisse (62). Inde etiam Paulus, sciens eum ad antiquam illam et priorem vitæ rationem reversurum, dicebat, figuram hujus mund. transire, per transgressionem videlicet. Una enim cum homine illo inveterato cætera omnia creata inveterata sunt. Fieri enim non potest ut corruptioni minime obnoxius vivat, qui ob stolidita'em in corruptionem delapsus est. Unde renovata hominis natura hic quoque orbis universus una consequenter renovabitur. « Anxia enim creaturæ exspectatio, inquit, filiorum Dei revelationem exspectat [1]. » Cæterum ea ibi erit constitutio, quam exhibere sermo non potest. Audisti enim prophetam Isaiam, cum novam immutationem significaret, Deo ita dicentem: « Qui dicit abysso, Deserta eris, et omnia flumina exsiccabo (63); » et evangelistam Joannem in sua Apocalypsi ita ad verbum disserentem: « Video cœlum novum, et terram novam, et mare non est amplius [2]; » insuper et principem Petrum in sua catholica Epistola pronuntiantem [3]: « Cœli quidem cum magno impetu acclinabuntur ad terram, et quæ in ea sunt opera comburentur. » et Davidem pariter: « Renovabis faciem terræ [4]. » Et quid jam de illa rerum constitutione dicere oportet, in qua omnia commutabuntur in melius? Et quomodo nostra tunc corpora se habebunt, cum ne mare quidem erit, amplius juxta divinissimum Joannem? cum aquæ omnes exsiccabuntur, secundum prophetam Isaiam? cum terrena omnia exurentur, secundum principem Petrum? Siquidem cum sol, juxta magnum Basilium, prævaluerit, et omnia penitus tunc inflammaverit, alia tunc vitæ ratio, et ineffabilis, et intelligentia (64) minime comprehensibilis. Corpus

[1] I Cor. I, 7. [2] Apoc. XXI, 1. [3] II Petr. III, 7. [4] Psal. CIII, 30.

(62) An si Adamus non peccasset, tamen terram culturus fuisset, quæstio est. Et quidem affirmat magnus Augustinus lib. VIII, *De Genes. ad litt.*, cap. 8: « Videamus, inquit, itaque quid sit quod dictum est, Ut operaretur et custodiret. Numquid forte agriculturam Dominus voluit operari primum hominum? An non est credibile quod eum ante peccatum damnaverit ad laborem? Ita sane arbitraremur nisi videremus voluptate animi agricolare quosdam, ut eis magna pœna sit inde ad aliud avocari. Quidquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc utique longe amplius erat, quando nihil acciderat adversi, vel terra, vel cœlo. Non enim erat laboris afflictio exhilaratio voluntatis, cum ea quæ Deus creaverat humani operis adjutorio, lætius seratiusque provenirent, unde Creator ipse uberius laudaretur, quia animæ in corpore animali constitutæ rationem dedisset operandi ac facultatem quantum animo volenti satis esset, non quantum invitum indigentia corporis cogeret, etc. » Vide quæ sequuntur, admiranda quidem et lectu digna.

(63) Michael noster, parte I *Annalium*, hunc eumdem Isaiæ locum de mundi incendio extremo intelligit: Ἔσται μέν τοι ὅτε καὶ πάντα καταῤῥυγήσεται τῷ πυρὶ, ὡς ὁ προφήτης Ἡσαΐας φησὶν, ἐν οἷς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διαλέγεται· Ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ· καὶ πάντας ποταμούς σου ξηρανῶ. « Et erit aliquando tempus cum ab igne cuncta exurentur, quemadmodum vates noster Isaias inquit, cum universitatis hujusce Deo quasi colloquens: Qui ad abyssum ait, Deserta esto, cunctique fluvii tui exarescant. » De mundi hac conflagratione et renovatione consule tom. XX *De civ. Dei*, cap. 18 et 20. Eadem accredita fuit etiam ethnicis, ut stoicis, et Ovidio I *Metam.*

(64) De hisce omnibus consule egregie disputantem, et varias Patrum et theologorum sententias afferentem Calmetium dissert. *De fine mundi*, ex quo innumera erui possunt unde Glycas noster illustretur.

enim hoc naturali infirmitate, in quam incidit post peccatum, omnino liberatum: «Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale induere immortalitatem;» neque maris, neque luminarium, neque aliorum quorumlibet elementorum tunc illi opus erit. Et quid multa dicere necesse est, et omnia singillatim enumerare? Dies et nox juxta circularem hanc solis conversionem tunc non erit (65); neque enim noctis propter requiem corpus hoc unquam indigebit, neque iterum diei ad operationis susreptionem, siquidem omnibus, ut dictum est, quæ ei post peccatum contigere, liberum erit. Nisi enim hæcita se haberent, haud equidem apud ipsum Paulum animale quidem seminari diceretur, spiritale vero deinde resurgere. Unde cum adeo purum resurrexerit, et sicut sol ob ineffabilem gloriam omnino fulgebit, et magis quam illa mirum in modum splendescens. Neque ob hoc ipsum miretre. Si enim vas vitreum, postquam solari radio impletum fuerit, totum statim vehementior ignis efficitur, et cum prope astantibus flammam communicat, quid dicendum erit de illis purissimis corporibus quando ex Dominico corpore procedentem splendorem mirabiliter excipient (66), et plusquam sol ipse prorsus fulgebunt? Neque insolitam omnino rem hanc existima. Si enim in crasso hoc et luteo corpore sanctorum non pauci ignis palam apparuere, quod illud « ad imaginem » servavissent, et illæsum exinde ad primi illius cum et spiritualia illa, et tenuia, et levia, et ætheria, corpora excipient, plus quam sol ipse omnino sanctorum chorus tunc radiabit. Et credo magno Paulo ad verbum ita disserenti: « Transformabit tunc humile corpus nostrum Servator, ut suo evadat corpori glorioso conforme. »

Et hæc quidem de iis qui vitam Deo gratam hic vixere, sullicienter oratio demonstravit. De iis autem qui tales non fuere, quid dicere oportet? Omnes igitur corruptionis expertes resurgent (67), sive justos dicas sive peccatores, tenuia, et levia, et spiritalia, corpora gestantes, quia communiter pro omnibus mortuus est Christus. Different vero pariter ad invicem ex diametro. Et quid multis verbis opus est? Sicuti in quibuslibet tritici vel hordei seminibus videre est: obruuntur enim æqualiter utraque terra, et spicæ exinde decentes pullulant: per qualitatem autem pariter differunt, non enim in tritici granum hordeum convertitur; sic et in corporibus ipsis manifeste quis videat. Omnes enim corruptionis expertes resurgent (68), quia omnibus communiter incorruptio data est: differentiam vero pariter, et non quamlibet qui-

ἄρην· οὔτε γὰρ νυκτὸς εἰς ἀνάπαυσιν τὸ σῶμα τοῦτο δέεταί ποτε, οὔτε πάλιν ἡμέρας εἰς ἐργασίας ἀντιλήψιν· εἴ γε πάντων, ὡς εἴρηται, τῶν μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπήλλακται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτῷ παρὰ τῷ Παύλῳ ψυχικὸν μὲν ἐλέγετο σπείρεσθαι, πνευματικὸν δὲ αὖθις ἐγείρεσθαι. Ὅθεν τοιοῦτον καθαρὸν ἐγειρόμενον, καὶ λάμψει πάντως κατὰ τὸν ἥλιον ἐκ τῆς ἀῤῥήτου δόξης καὶ μᾶλλον ἐκείνης ὑπερφυῶς ἐλλαμπόμενον. Καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. Εἰ γὰρ σκεῦος ὑέλινον, ἐπειδὰν τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐμφορηθείη, σφοδρότερον πῦρ τε ὅλον αὐτίκα γίνεται καὶ τοῖς παρατυχοῦσι φλογὸς μεταδίδωσι, τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῶν καθαρωτάτων ἐκείνων σωμάτων, ἡνίκα ἐκ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ἐκπηδῶσαν αἴγλην παραδόξως εἰσδέξονται, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν ἀστράψουσι πάντως τὸν ἥλιον; Καὶ μὴ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ. Εἰ γὰρ ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ πηλίνῳ σώματι τῶν ὁσίων οὐκ ὀλίγοι πῦρ ὤρθησαν ἀντίκρυς, ἅτε δὴ τὸ κατ' εἰκόνα τηρήσαντες ἀδιαλώβητον, κἀντεῦθεν εἰς τὰ μέτρα φθάσαντες τοῦ πρώτου ἐκείνου Ἀδάμ, πολλῷ μᾶλλον ἡνίκα καὶ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ λεπτὰ καὶ κοῦφα, καὶ αἰθέρια δέξονται σώματα, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ὄντως ὁ τῶν ἁγίων ἀστράψει τότε χορός. Καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Παύλῳ κατὰ λέξιν οὕτω διεξιόντι· « Μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτὴρ εἰς γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. »

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν θεαρέστως ἐνταῦθα πολιτευσαμένων ἱκανῶς ὁ λόγος ἀπέδειξε· περὶ δὲ τῶν μὴ τοιούτων τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἄφθαρτοι μὲν οὖν ἀνίστανται ἅπαντες, εἴτε δικαίους εἴποις, εἴτε ἁμαρτωλούς, λεπτὰ καὶ κοῦφα καὶ πνευματικὰ σώματα φέροντας, ὅτι καὶ κοινῶς ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστὸς ἀπέθανε· πρὸς ἀλλήλους δὲ ὅμως ἐκ διαμέτρου διενηνόχασι. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Καθάπερ ἐπὶ τῶν σπερμάτων σίτου τυχὸν ἢ κριθῆς ἔστιν ἰδεῖν· καταβάλλονται μὲν γὰρ ἐπίσης καὶ ἄμφω τῇ γῇ, καὶ στάχυες ἐκεῖθεν εὐπρεπεῖς ἀναδίδονται, κατ' αὐτὴν δὲ ὅμως διαφέρουσι τὴν ποιότητα· οὐδὲ γὰρ εἰς σίτου κόκκον μεταβάλλεται ἡ κριθή, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἴδοι τις ἂν τὴν ἀντικρυς. Ἄφθαρτοι μὲν γὰρ ἀνίστανται ἅπαντες, ὅτι καὶ πᾶσι κοινῶς ἡ ἀφθαρσία κεχάρισται, διαφορὰν δὲ ὅλως οὐ τὴν τυχοῦσαν κεκαθαρμένοι ἀλλήλους εὑ-

(65) Petrus Lombardus, lib. IV, Distinct. XLVIII.

(66) Vide supra *Epist.* III.

(67) Fulgentius lib. *De fide ad Petrum*: « Erit enim etiam iniquorum resurrectio, sed sine immutatione, quam solis fidelibus et ex fide juste viventibus daturus est Deus. Hoc est enim quod ait apostolus Paulus: « Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Ostendens autem justos divino munere commutandos, ait: « Et nos immutabimur. » Habebunt ergo iniqui cum justis resurrectionem carnis communam; immutationis tamen gratiam non habebunt, quæ dabitur justis. Quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio, et ignobilitas, et infirmitas, in quibus seminantur. »

(68) Judæis quibusdam persuasum fuit, non omnes homines resurrecturos esse, sed justos tantum bonosque Israelitas, ut Kimchi, Maimonidi, Abarbaneli, etc., qui suam sententiam juvari putant ex Ps. I, 6, et II Machab. VII, 14. Millenarii autem impios, saltem a prima resurrectione, excludebant, post quam justi mille annis cum Christo super terram regnaturi erant.

ρίσκονται. Οἱ μὲν γὰρ φωτὸς ἔργα διαπραξάμενοι πλήρεις φωτὸς ἐξανίστανται· οἱ δὲ σκότους ἔργα θησαυρίσαντες ἑαυτοῖς σκότου τηνικαῦτα μετοχοί, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τοιοῦτοι κατὰ τὴν κρίσιν ἀνίστανται ἅπαντες ὁποῖοι τῇ γῇ κατεδικήθησαν ἐν τῷ τῆς ἐξόδου καιρῷ. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ πάμμεγας Παῦλος ἔλεγεν· « Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι ἀναστήσεται. » Ἀρκεῖ τοσαῦτα. Τοῖς γὰρ ἐχέφροσι κατὰ σὲ καὶ εἷς λόγος ἀρκεῖ πρὸς τὴν κρείττονος εὕρεσιν. Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, « Δίδου σοφῷ ἀφορμήν, καὶ σοφώτερος ἔσται. »

A dem, ii qui mundati fuerint, habere comperiuntur. Illi enim qui lucis opera egerint, luce pleni excitabuntur; qui autem tenebrarum opera sibi congesserint, tenebris tunc obsiti erunt. Et, ut uno verbo dicam, tales judicii die omnes resurgent, quales tempore obitus terra sepulti fuerint. Et hoc manifestans maximus Paulus dicebat : « Unusquisque in suo ordine resurget [1]. » Talia ac tanta sufficiunt. Prudentibus enim viris, qualis tu es, et unum verbum ad ejus, quod sufficit, inventionem satis est. Juxta enim sapientem Salomonem, « Da causam sapienti, et sapientior erit (69). »

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϛ'.

Τῷ αὐτῷ Ἰωάννῃ τῷ, Ἀσπιώτῃ — Ἔτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ ἄρσεν καὶ θῆλυ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐγερθήσονται σώματα.

B

Ἐφ' οἷς ἠπόρησας, ὦ ὁσιώτατε ἀνήρ, Πῶς ἐκ νεκρῶν ἀναστήσονται τὰ τῶν ἀνθρώπων, λέγων, σώματα, καὶ ποίῳ σχήματι; καὶ εἰ ἔστι διαφορὰ ἄρρενός τε καὶ θήλεος· ἀμηχανία καὶ ἡμᾶς οὐ μικρὰ πολὺν ἤδη κατέχει καιρόν· ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς ἰσχύος οὐκ ἔχομεν εὐχερῶς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν δοῦναί σοι. Εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Συναΐτης τε θεῖος Ἀναστάσιος, ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος, καὶ τῶν ἁγίων ἕτεροι ἐπιλύειν ἐοίκασι τὸ παρὰ σοῦ σήμερον ἐπαπορούμενον, ἀλλὰ καὶ οὕτως ὀκνηρότερον διακείμεθα πρός γε τὸ τὰ τοιαῦτα κατεξετάζειν καὶ ὑπὲρ τῶν τοιούτων μάχεσθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι παρὰ πᾶσιν σχεδὸν ἀμφιβάλλεται ταῦτα, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἄτε δὴ C παραδόσεως ἔξω φέρεσθαι λογιζόμενα. Ἀλλ' ἐπειδὴ καταναγκάζεις τέως ἡμᾶς ἐπὶ μέσου προθεῖναί σοι τὰ τῶν διαληφθέντων ἁγίων ῥητά, ὡς ἐντεῦθεν ἐπιγνῶναί σε τίς τε ἡ δύναμις αὐτῶν καὶ ὅπως λαμβάνειν αὐτὰ χρή, καὶ τί τὸ συναγόμενον ἐκεῖθεν ἡμῖν, ἰδοὺ καταπειθεῖς ἔχεις πρὸς τοῦτο καὶ μὴ βουλομένους ἡμᾶς. Καὶ εἰ βούλῃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτῷ τῷ θειοτάτῳ πρόσσχες Ἀθανασίῳ. Ἐν γὰρ τοῖς *πρὸς Ἀντίοχον Κεφαλαίοις* οὕτω λέγων εὑρηται· « Ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον ἐποίησεν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, οὕτως ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ πάντες εἷς ἄνθρωπος ἀνιστάμεθα· » τοῦτ' ἔστι, πᾶσα ἀνθρώπου εἰκὼν ὁμοία ἔσται τότε τῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰκόνος καὶ πλάσεως καὶ μεγέθους καὶ σχήματος. Διὸ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀναστάσει ἄρσεν καὶ θῆλυ, καὶ μικρὸς καὶ μέ- D

EPISTOLA VI.

Ad eumdem Joannem Aspiotam. — Adhuc et hoc quæritur, an cum maris et feminæ discrimine hominum corpora resurrectura sint.

B

Circa ea de quibus, vir sanctissime, dubitasti, quomodo, quærens, a mortuis corpora hominum resurrectura sint, et quali figura, et an masculi et feminæ discrimen in iis futurum sit, diu est quod hæsitatio non modica et inopia consilii nos torquent, quandoquidem ex nobis vires non suppetunt, ut facile tibi super his respondere valeamus. Si enim et magnus ipse Athanasius, et divinus ille Anastasius Sinaites, et divinus Gregorius Nyssenus, et sanctorum reliqui controversiam quæ hodie a te proponitur, resolvere viderentur, tamen ejusmodi scrutari et super talibus concurrere pigraremur. Cur? Quia fere ab omnibus de his ambigitur quæ extra ecclesiasticæ traditionis fines evagari reputantur. Sed quia nos interim laudatorum sanctorum dicta in medium tibi proferre cogis, ut quæ eorum vis, et quomodo ea accipienda sint, et quid nos ex illis colligamus, exinde cognoscas, ecce nos, licet inviti, morem in hoc tibi gerimus. Et, si vis, ipsi in primis divinissimo Athanasio aurem præbe; in *Capitibus* enim *ad Antiochum* ita dicere deprehenditur : « Quemadmodum Deus ab initio unum tantum hominem fecit, ita in regeneratione unus homo omnes resurgemus; » hoc est « uncta hominis imago similis erit tunc imaginis, et fictionis, et magnitudinis, et figuræ Adami. Propterea mas et femina, parvus et magnus, niger et flavus, in resurrectione non C erunt, nec facierum figurarumque discrimen (70).

[1] I Cor. xv, 23.

(69) Idem finis ac epistolæ 2.

(70) Fuerunt nonnulli qui perperam arbitrati sunt, nuptias a Deo fuisse primis parentibus interdictas, easque nomine arboris scientiæ boni et mali significatas, ut Moses Bar-Cephas libro *De Paradiso*, et Aben-Ezra, cujus opinionis meminit August. lib. XI, *De Genes. ad litt.* Nil autem magis ridiculum quam quod Glycas probare contendit, primum hominem nullo sexu creatum fuisse alioque modo quam conjugali satione, genus humanum multiplicandum fuisse, si Adamus non peccasset. Mirabilis Augustinus lib. XIV, *De civit. Dei*, capp. 21-26, multa egregie præclare disputat, unde hujus sententiæ falsitatem facile est arguere. Nihil est enim unde suspicemur indecens fuisse innocentibus hominibus conjugali complexu copulari, cum nullum tum libidinis malum, peccato non admisso interventurum fuisset. Poterit eruditus lector laudata loca consulere; nam ipse prolixitatis metu hæc tantum ex capite 21 adducere contentus sum : « Absit itaque ut credamus illos conjuges in paradiso constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse quod in sua benedictione Deus dixit, « Crescite et multiplicamini, et implete terram. » Post peccatum quippe orta est hæc libido : post peccatum eam natura non imprudens, amissa potestate, cui corpus ex omni parte serviebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa vero benedictio nuptiarum, ut conjugati crescerent, et multiplicarentur, et implerent

ilic igitur divinus hic vir perspicue demonstravit, ut nobis indoctis videtur, eo quod unus homo a principio productus est, in quo figurarum differentia nulla erat ; ad illum vero, quæ resurrectionem attinent, respiciunt, ut jam dictum est ; propterea nullum figurarum et facierum futurum esse in resurrectione discrimen.

Hæc autem ita se habere, et unum principio hominem a Deo productum fuisse, et ideo feminam postea invectam, quod Adamus a sua perfectione excidisset, divinus Gregorius Nyssenus manifestius ostendit, dum ita vir ille divinus dubitat disseritque : « Si ad Dei imaginem homo creatus est, quomodo eos masculum femineamque produxit? » Deinde vero hanc dubitationem resolvens, qua figura nostra corpora resurrectura sint subindicare videtur. Ait enim maris et feminæ discrimen non a principio ipso, cum scilicet primus ille homo productus est, sed tandem post imaginis conditum opificio superinductum fuisse, quod quidem non Divinitati, sed ipsi est mutarum pecudum naturæ persimile. Qua vero de causa hæc facta, et quomodo illi a Deo adjutor datus ; et cur maris et feminæ discrimen, quod quidem ad animalia ratione carentia similitudine accedit, illatum sit, laudatus hic vir luculentissime te docebit, hisce iisdem verbis ita dissertans : « Fingens Deus hominem, generaliter scilicet naturam, rem Deo similem, non numero paulatim crescentem esse volebat, sed una cum illius productione omne humanum genus intuebatur, etiam non post multum futuram hominis transgressionem, et e sublimi illa et angelica æquali vita eum esse casurum. » Ne igitur humanarum animarum multitudo, cum excidisset ab primo illo, secundum quem similiter et angeli in multitudinem excreverant, mutilaretur, curam augenti naturæ illorum invicem imposuit, cum in peccatum prolapsi essent, pro præstanti illa angelica conditione, jumentorum proprium et irrationalem successionis ex invicem modum humanæ naturæ inserens. Nam quia non ignoravit, ut dictum est, suum opificium, cum ex illa æquali cum angelis dignitate defluxisset, cum humilibus rebus communionem habiturum esse, propterea et propriæ imagini (71) aliquid irrationalis admiscuit. In divina enim et beata natura nullum est maris femineque discrimen. Irrationalis igitur structuræ proprietatem in hominem inferens, non secundum nostræ creationis sublimitatem superabundantiam generi elargitur. Neque enim cum ad imaginem hominem produxit, tunc, qua crescceret

vicem, quando non Judæus erit, nec Græcus? non Scytha, non Barbarus? non parvus et magnus; non mas et femina; non niger et flavus; non servus et liber? sed omnes angelorum similes erunt? Hujusmodi omnino impossibile ut cognoscant vel cognoscantur. Et ita quidem illi et sentiunt et dicunt. Nos autem contra stantes eis ita dicimus: Humanis ratiocinationibus addicti, adeoque non cogituros se invicem ibi pertendentes, primum ipsam reprobant corporum a mortuis resurrectionem. Et mirabilis res hæc tanta non est, ut ipsis videtur. Corpus enim quod diffluxit, corpus quod forte a bestia devoratum est, vel pisce vel volucri, quomodo iterum in unum ipsi collectum fuerit et resurget? Et quomodo ita dissolutum in priorem conditionem redierit? Sed apage, si vis, hujusmodi curiose scrutantes; animales enim cum ipsi sint, juxta Apostolum Paulum, siquidem magnum dicere oportet, non capiunt spiritalia. Apage ipsos siquidem ita sentiunt. » Dico profecto, non cognoscere ibi se invicem, etiam ipsum futurum judicium evertere, ut laudatus vir divinus ait. Judicium enim cognitarum personarum consuevit esse, quemadmodum et scriptum est: « Arguam te, et sistam contra faciem tuam peccata tua. » Ita ut nisi cognoscemus nos invicem, neque judicemur. Non judicati vero, non accipiemus digna iis quæ a nobis in vita facta fuerint. Quomodo vero et apostoli super duodecim sedibus sedebunt, duodecim tribus Israel judicantes, si non cognoscent quos judicant? Quomodo vero et beatus Job duplices filios recipiet, si non cognoscet eos in regno cœlorum? Quoniam alios quidem hic recepit, alios vero in futuro sæculo se recepturum promissionem accepit. Non igitur, fratres, credentes credemus et nos resurrecturos, et nos cognituros in his in quibus sumus; sed in immortalitatis pulchritudinibus, quemadmodum et prædictum est. Primi enim nostri parentes in paradiso et ante transgressionem se invicem cognoscebant, cum corruptionis expertes essent; et post transgressionem corruptioni subjecti pariter se cognoscebant. Unde credendum fratrem a fratre cognitum iri, et a patre filium, et maritum ab uxore, et ab amico amicum. Addiderim vero, et asceles ascetem cognoscet, et confessor confessorem, et martyr eum qui una certaverit, et apostolum coapostolus, et universi universos, ut omnium habitatio in Deo sit, qui cum omnibus bonis etiam se invicem cognoscere largitur. Sed et disponens eo tempore, quo peregrinabatur divinus hic vir, et hæc ad verbum dicebat: « Si salutem consecutus fuero, non cessabo orare Dominum audacter pro omnibus vobis, exspectans singulos propter secessionem a mundo spectare, et suscipere, et amplexari. Talem enim fiduciam habeo, quod ejus bonitas eodem tempore ut hic servabit cunctos nos in futuro sæculo, qui ejus præcepta servaverimus. »

Quod vero cuncti cunctos cognoscemus et non justi justos tantum, ut quidam putant, et in sua

Epistola ad Cyriacum episcopum aurea verba fundens Joannes apertissime ostendit ita dicens : Si vero et hic invicem non convenimus, tamen ibi nemo prohibiturus nos inter nos invicem conversari, et videbimus eos qui nos in exsilium miserunt, ut Lazarus divitem, et martyres tyrannos. Etenim quilibet tunc martyr proprium tyrannum cognoscet, et quilibet tyrannus proprium martyrem, quem crudiavit. Nec mea verba sunt. Audi Sapientiam dicentem : « Tunc in magna libertate stabit justus contra faciem eorum qui cum tribulaverunt. » Propterea autem omnino et punitionem impiis, et requiem justis, e regione fecit, ut videant se invicem et cognoscant, quemadmodum Lazarus divitem. Testimonium perhibet simul de his et Dialogus divinus Gregorius dicens : « Et boni malos, et mali bonos cognoscent tunc, o Petre. » Nisi enim id esset, haud utique ab invicem cogniti fuissent et Abraham, et Lazarus, et dives. Hæc vero ita se habere, et nos vere cognituros, etiam eos, quos nunquam vidimus, videntes eos ibi, non solum ex divitis et Lazari parabola comprehendimus, sed etiam ex ipso Domino Jesu Christo et Servatore nostro. In ipso enim Evangelio secundum Lucam et hæc ad quosdam non recte viventes dicere reperitur : « Recedite a me, operarii iniquitatis ; ibi erit fletus et stridor dentium ; quando videbitis Abraham, et Isaac, et Jacob, et omnes prophetas in regno cœlorum, vos vero extra ejectos. » Exploratum igitur cunctos communiter invicem nos ibi cognituros ; et non simpliciter ita cognoscemus, sed manifestius et purius universos perspicaci animæ oculo. Et manifestum ex iis quæ magnus Simeon Stylites suæ matri dicebat, quando ut ab ipsa videretur vi adigebatur : « Si tibi videtur, o mater, mutuum intuitum in alteram sæculum rejiciamus, et si Deo placuerit conversatio nostra, postquam hinc discesserimus, una lætabimur. » Et princeps Petrus enucleatius ostendit Fausto Clementis patri, cum nondum esset illuminatus, ita dicens : « Propera eadem sentire cum uxore et filiis, ut et hic una vivas, et ibi post animæ a corpore separationem una cum eis in lætitia vivas (85). » Quomodo vero et quemadmodum uxor una cum proprio viro erit, et simul exsultabit, aurea verba fundens Joannes demonstrabit tibi apertissime. Juniorem enim viduam exhortans ut animum non desponderet et hæc adducit : « Si vero et facie ad faciem vis proprium virum conspicere ; novi enim te id maxime desiderare ; serva ipsi torum alterius viro intactum, et vitam exhibere satage ei æqualem, et omnino in eumdem ibis locum cum ipso, non ut cognata illius, sed ut ea quæ eamdem prorsus vitam institueris. Si enim Lazarum, ignotus cum esset Abrahamo, is in eosdem sinus secum adduxit ; multos etiam ab oriente et occidente, ut cum ipso recumbant, parat con-

(85) Id ex apocryphis sumptum.

A ἐν τῇ πρὸς Κυριακὸν ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ αὐτοῦ ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης σαφέστατα ἔδειξεν οὕτως εἰπών· Εἰ δὲ καὶ ὧδε ἀλλήλους οὐ συντύχωμεν, ἀλλ' ἐκεῖσε οὐδεὶς ὁ κωλύσων ἡμᾶς μετ' ἀλλήλων διάγειν, καὶ ὀψόμεθα τοὺς ἐξορίσαντας ἡμᾶς, ὥσπερ ὁ Λάζαρος τὸν πλούσιον, καὶ οἱ μάρτυρες τοὺς τυράννους· καὶ γὰρ ἕκαστος τότε μάρτυρ τὸν ἴδιον τύραννον ἐπιγνώσεται, καὶ ἕκαστος τύραννος τὸν ἴδιον μάρτυρα, ὃν ἐκόλασε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· ἄκουσον τῆς Σοφίας λεγούσης· « Τότε ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ στήσεται ὁ δίκαιος κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων αὐτόν· » Τούτου δὲ πάντως ἕνεκα καὶ τὴν κόλασιν τοῖς ἀσεβέσι, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῖς δικαίοις, ἐξεναντίας ἐποίησεν, ἵνα βλέπωσιν ἀλλήλους καὶ γνωρίζωσιν, ὥσπερ ὁ Λάζαρος τὸν πλούσιον, B καὶ ὁ πλούσιος τὸν Λάζαρον. Συνεπιμαρτυρεῖ τούτοις καὶ ὁ Διάλογος θεῖος Γρηγόριος λέγων, ὅτι « Καὶ οἱ ἀγαθοὶ τοὺς πονηροὺς, καὶ οἱ πονηροὶ τοὺς ἀγαθοὺς γνωρίσουσι τότε, ὦ Πέτρε. » Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἀπ' ἀλλήλων ἐγνώσθησαν ὅ τε Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Λάζαρος, καὶ ὁ πλούσιος. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι γνωριοῦμεν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὓς οὐδέποτε εἴδομεν, ἰδόντες αὐτοὺς ἐκεῖσε, οὐ μόνον ἐκ τῆς παραβολῆς τοῦ πλουσίου, καὶ τοῦ Λαζάρου τοῦτο καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν· ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ, καὶ τάδε πρός τινας οὐ καλῶς πολιτευομένους εὕρηται λέγων· « Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· ὅταν ὄψεσθε τὸν Ἀβραὰμ, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. » Πρόδηλον οὖν ὅτι κοινῶς ἅπαντας ἀλλήλους ἐκεῖσε γνωρίσομεν, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὕτω γνωρίσομεν, ἀλλὰ τρανότερόν τε καὶ καθαρώτερον τῷ διορατικῷ πάντας τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ μέγας Συμεὼν ὁ Στυλίτης πρὸς τὴν αὐτοῦ μητέρα ἔλεγε, ἡνίκα παρ' αὐτῆς ὀφθῆναι παρεβιάζετο· « Εἴ σοι δοκεῖ, ὦ μῆτερ, τὴν ἀλλήλων θέαν τῷ ἐκεῖθεν αἰῶνι ταμιευσόμεθα· καὶ εἴπερ εὐάρεστος τῷ Θεῷ ἡ πολιτεία ἡμῶν μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐκδημίαν ἐν ταυτῷ συνευφραινόμεθα. » Καὶ ὁ κορυφαῖος Πέτρος ἀριδηλότερον ἔδειξε πρὸς τὸν τοῦ Κλήμεντος πατέρα Φαῦστον ἔτι ἀφώτιστον ὄντα, C οὕτως εἰπών· « Σπεῦσόν σε ὁμόφρονα γενέσθαι γυναικὶ καὶ τέκνοις, ὅπως καὶ ἐνταῦθα ὁμοδίαιτος ᾖς, κἀκεῖσε μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς χωρισμὸν συνὼν ἐν εὐφροσύνῃ διάγῃς. » Ὅπως δὲ καὶ τίνα τρόπον ἡ γυνὴ τῷ ἰδίῳ μέλλει ἀνδρὶ συνεῖναί τε καὶ συναγάλλεσθαι, ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης παριστᾷ σοι σαφέστατα· νεωτέρᾳ γάρ τινι χηρευσάσῃ παραινῶν μὴ ἀθυμεῖν, ἐπάγει καὶ τάδε· « Εἰ δὲ καὶ πρόσωπον βούλει πρὸς πρόσωπον ἰδεῖν τὸν ἴδιον ἄνδρα· τοῦτο γὰρ οἶδα ὅτι μάλιστα ποθεῖς· διαφύλαξον αὐτῷ τὴν εὐνὴν ἀνέπαφον ἀνδρὸς ἑτέρου, καὶ βίον ἐπιδείξασθαι σπούδασον ἴσον ἐκείνῳ, καὶ πάντως εἰς τὸν αὐτὸν ἀπελεύσει χῶρον αὐτῷ, οὐχ ὡς

συγγενὴς ἐκείνου, ἀλλ' ὡς τὴν αὐτὴν πάντω; δεξαμένη πολιτείαν. Εἰ γὰρ τὸν Λάζαρον ἀγνῶτα ὄντα τῷ Ἀβραὰμ εἰς τοὺς αὐτοὺς κόλπους αὐτῷ ἦγαγε, καὶ πολλοὺς ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἀνακλιθῆναι μετ' αὐτοῦ παρασκευάζει τὸ τῆς πολιτείας ἀπαρέγκλαστον, καί σε μετὰ τοῦ καλοῦ Θηρασίου ὁ τῆς ἀναστάσεως ἐκδέξεται τόπος, ἂν ἐκείνῳ τῷ βίῳ θέλῃς τὸν αὐτὸν ἐπιδείξασθαι· οὕτω καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κατοικήσεις σκηνήν, καὶ συναφθῆναι πάλιν αὐτῷ δυνήσει εἰς τοὺς ἀθανάτους ἐκείνους αἰῶνας οὐ ταύτην τὴν τοῦ γάμου συνάφειαν, ἀλλ' ἑτέραν πολλῷ βελτίονα. Αὕτη μὲν γὰρ σωμάτων ἐστὶ συμπλοκὴ μόνον· τότε δὲ ψυχῆς ἐστι πρὸς ψυχὴν ἕνωσις ἀκριβεστέρα καὶ ἡδίων πολλῷ καὶ βελτίων. » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, σιωπᾷν ἡμᾶς ἄμεινον στέργειν τε τὰ γεγραμμένα, καὶ μὴ τἀναντία φρονεῖν τοῖς ὑποφήταις τοῦ Πνεύματος· ἵνα μὴ καὶ καθ' ἡμῶν ὁ προφητικὸς ἐξενεχθείη λόγος ὁ λέγων· «Οὐαὶ οἱ παρ' ἑαυτοῖς σοφοὶ, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. »

A versatio per omnia similis; et te cum honesto Therasio resurrectionis locus excipiet, si illa vita ipsum exhibere volueris. Ita et idem cum ipso tabernaculum habitabis, et simul conjungi iterum poteris per immortalia illa sæcula, non hac nuptiarum copula, sed alia multo meliori. Hæc enim corporum tantum est complexus; tunc vero animæ erit cum anima conjunctio exactior, et multo suavior ac præstantior. » Si vero hæc ita habent, satius est ut taceamus et diligamus quæ scripta fuerunt, et non contraria sentiamus prophetis Spiritus; ne forte et contra nos inferatur propheticus sermo qui dicit: « Væ iis qui sibi ipsis sunt sapientes, et coram se periti. »

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. — Περὶ τοῦ εἴτε προκόπτειν οἱ δίκαιοι μέλλουσι κατά γε γνῶσιν, καὶ δόξαν, εἴτε καὶ μὴ μετὰ τὴν ἐκεῖσε ἀποκατάστασιν.

B

EPISTOLA VIII.

Admodum venerando monacho domno Esaiæ. — Utrum justi proficere debeant scientia et gloria, vel non, post eam, quæ ibi erit, restitutionem.

Πρῶτον μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἀναγκαῖον εἰπεῖν, θεοείκελε ἄνερ, ὁποία τίς ἐστιν ἡ ἐκεῖσε τοῖς δικαίοις ἀποταμιευομένη κατάστασις· καὶ ὅπως αὐτῶν ἕκαστος καὶ τίνα τρόπον μετὰ ἐνθένδε βιοτὴν ἀναπαύσεται· οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ περὶ τοῦ κεφαλαίου τοῦδε συζήτησις ἐκφαντικωτέρα γενήσεται τοῖς προσέχουσιν. Εἰ γὰρ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Εὐαγγελίοις ἀκούσαιμεν λέγοντος, ὅτι « Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου πολλαί μοναί εἰσιν, » ἀλλ' οὐ διαφορὰν οἰκημάτων ἔνθεν κακεῖθεν ἐγηγερμένων καὶ τοῖς δικαίοις ἀποκεκληρωμένων, χαρισμάτων δὲ ἰδιότητας· ὁ εὐαγγελικὸς καὶ θεῖος λόγος ἐντεῦθεν ὑπεμνήσατο. Περὶ τοῖς χαρίσμασι λοιπὸν τὸ διάφορον· ἡ γὰρ μονὴ μία καὶ οὐ πολλαί. Τίς δὲ ἡ μονὴ ἐκείνη καὶ πόθεν τοῖς δικαίοις ἀπονενέμηται τὰ χαρίσματα, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῖς πᾶσι πάντα τότε καθίσταται. Αὐτός ἐστιν ἡ μονὴ, καὶ ἡ ἀγεκλάλητος τῶν δικαίων χαρά· αὐτὸς ἡ ἀπόλαυσις, αὐτὸς ἡ πάντων ἀνάστασις. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος οὕτως εὕρηται λέγων· « Οὐκέτι λοιπὸν ἀθετήσω τὰ ὁμολογηθέντα μοι ἐν τῷ βαπτίσματι, ἵνα μὴ τῆς ἐκεῖθεν ἐκπέσω μακαριότητος. Ἣ δέ ἐστιν ἡ τῆς Τριάδος ἐκτυπωτέρα κατάληψις. » Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁ ὁσιώτατος Βαρλαὰμ, τίς ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐρωτηθείς, τοιαύτην πρὸς τὸν Ἰωάσαφ ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν, « Ὡς ἐκ Γραφῆς μεμάθηκα ἔγωγε τὸ πλησίον γενέσθαι τῆς θεωρίας τῆς ἁγίας Τριάδος· καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ τῷ προσώπῳ τὴν δόξαν αὐτῆς ἐνοπτρίζεσθαι. Ἔνθεν τοι καὶ τῷ νοητῷ μὲν ἡλίῳ ἁπεντρανίσουσιν ἅπαντες δίκαιοι, καὶ τοῦ θείου ἐκείνου φωτὸς γενήσονται μέτοχοι, εἰ καὶ μὴ ἐπίσης ἅπαντες· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ὄμμα; καθαρότητα ἕκαστος. Καθάπερ γὰρ ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος κοινὸς εἰς θέαν ἅπασι πρόκειται, καὶ οὕτω μὲν ἔλασσον, τῷ δὲ σφοδρότερον τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἐπαφίησιν· ἀλλ'

Primum quidem igitur de his dicere necesse est, divine vir, qualis videlicet conditio est, quæ ibi justis reservatur, et quomodo ipsorum quilibet post hanc vitam requiescet. Ita enim et de capite hoc quæstio attendentibus evidentior fiet. Si enim et Servatorem nostrum Jesum Christum in Evangeliis dicentem audiamus, in domo Patris sui multas esse mansiones, non utique domiciliorum differentiam hac et illac excitatorum, et a justis hæreditate adeundorum, sed charismatum proprietates evangelicus et divinus sermo inde commemoravit. Cæterum charismatum discrimen est, una enim mansio, non multæ. Quæ vero mansio illa, et unde justis charismata distribuantur, ipse Dominus noster Jesus Christus cunctis omnia tunc constitutus est. Ipse est mansio, et ineffabile justorum gaudium; ipse fruitio, ipse omnium resurrectio. Et id manifestum ex iis quæ Theologus Gregorius ita dicere reperitur: « Cæterum ne amplius contemnam, quæ in baptismo confessus sum, ne illa beatitudine excidam. Hæc autem est Trinitatis expressior comprehensio. » Insuper et sanctissimus Barlaam, quid sit regnum cœlorum interrogatus, talem Joasapho illi responsionem dedit: « Ut ex Scriptura ipse didici, contemplationi sanctæ Trinitatis proximum fieri, et revelata facie gloriam ejus intueri. » Hinc et ab intelligibili quidem soli illustrabuntur omnes justi, et divinæ illius lucis participes fient, licet non ex æquo omnes, sed juxta suam pariter munditiam quilibet. Sicuti enim sensilis hic sol communis ad spectaculum omnibus proponitur, et huic minus, illi vehementius radios suos emittit, sed pariter juxta oculorum dispositionem quilibet et inde fulgorem recipit; ita et de illo inaccesso splendore, et eis, qui ipsi inhærent, tunc fore credo. Juxta enim beatum Paulum transfor-

C

D

mabit tunc hoc nostrum humile corpus Servator, ut corpori suo conforme fiat. Cæterum ipse lux est; ipse ineffabile illud gaudium; ipse mansiones multæ; ipse sedes; ipse mensa; ipse cibus et potus, et omne, si quid aliud, quod suave sit. Ipse est bonorum illorum participatio, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Quid enim admirabilius et ineffabilius quam per visionem ipsi ejus facici astare? Norunt illi enarrabilem hanc et inauditam exsultationem, qui apud ipsos imperantes libertatem dicendi participant, qui continuo astant. Et quid multa dicere oportet, et singula enumerare? Ipse est omnium requies; ipse est punitio. Et exploratum ex iis, quæ Theologus Gregorius dicebat: « Sancta Trinitas omnibus tunc cognoscetur, his quidem splendore, illis vero punitione. » Et iterum: « Lux illic puris Dei visio, quam et regnum cœlorum nominamus; tenebræ vero mente excæcatis Dei alienatio. » Cæterum stant justi tunc mirabiliter fulgore perfusi et fulgentes, ut corpus pellucidum splendorem solis excipiens. Stant ineffabilis illius lucis effusionis participes, juxta suam quisque, ut dictum est, puritatem. Stant, intelligibilem illam gloriam comprehendentes, cujus participes fieri digni fuerunt, cujus nulla deinde satietas, nulla mensura, finis nullus. Sed ne peregrinam rem hanc existimato. Si enim incorruptibili regi astans satietatem non novit spectaculi illius et conversationis, sed quantum ipse fruatur, tantum desideret, et liceat ob eam deliciis affluere, multo magis is qui ineffabili illa gloria impleri et deferri dignatus fuerit

ὅμως κατὰ τὴν τῶν ὁμμάτων διάθεσιν ἕκαστος, καὶ τὴν ἔλλαμψιν ἐκεῖθεν εἰσδέχεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀπροσίτου ἐκείνης μαρμαρυγῆς καὶ τῶν ἐπεντρανισάντων αὐτῇ τηνικαῦτα γενήσεσθαι πίστευε· κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Παῦλον μετασχηματίσει τότε τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ὁ Σωτὴρ εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Αὐτὸς λοιπὸν ὑπάρχει τὸ φῶς· αὐτὸς ἡ ἀνεκλάλητος ἐκείνη χαρά· αὐτὸς αἱ πολλαὶ μοναί· αὐτὸς οἱ θρόνοι· αὐτὸς ἡ τράπεζα· αὐτὸς ἡ βρῶσις, καὶ ἡ πόσις, καὶ πᾶν, εἴ τι ἕτερον ἡδυσμα· αὐτός ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἡ μέθεξις· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Τί καὶ γὰρ παραδοξότερόν τι καὶ ἀῤῥητότερον τοῦ δι' ὅλας αὐτῷ καὶ αὐτοπροσώπως οὕτω παρίστασθαι; Ἴσασιν ἐκεῖνοι τὴν ἀνεκδιήγητον ταύτην καὶ ἀνήκουστον ἀγαλλίασιν, οἱ παρ' αὐτοῖς τοῖς κρατοῦσι παῤῥησίας μετέχοντες, οἱ διηνεκῶς παριστάμενοι. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖν καθ' ἕκαστον; Δύτὸς ἡ πάντων ἀνάπαυσις· αὐτὸς καὶ ἡ κόλασις. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἔλεγεν· « Ὦ τριὰς ἁγία πᾶσι τότε γνωσθησομένη· τοῖς μὲν τῇ ἐλλάμψει, τοῖς δὲ τῇ κολάσει· » καὶ αὖθις· « Φῶς ἐκεῖθεν τοῖς κεκαθαρμένοις ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία, ἣν δὴ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ὀνομάζομεν· σκότος δὲ τοῖς τὴν διάνοιαν τυφλώττουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις. » Ἵστανται λοιπὸν οἱ δίκαιοι τότε παραδόξως ἐλλαμπόμενοί τε καὶ λάμποντες καθάπερ τὸ σῶμα διαφανὲς μαρμαρυγὴν ἡλίου δεχόμενον· ἵστανται τῆς ἀῤῥήτου ἐκείνης φωταυγείας μετέχοντες κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος, ὡς εἴρηται, καθαρότητα· ἵστανται τὴν ἀπερινόητον ἐκείνην δόξαν περινοοῦμενοι ἧς μέτοχοι γενέσθαι κατηξιώθησαν· τελείως. Ἀλλὰ μὴ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ· εἰ γὰρ ἀφθάρτῳ βασιλεῖ παριστάμενος κόρον οὐκ οἶδε τῆς ἐκείνου θέας καὶ ὁμιλίας· ἀλλ' ὅσον ἂν αὐτὸς ἀπολαύσειτο τοσοῦτον ἐφίεται, καὶ ἔξεστι ταύτης κατατρυφᾶν· πολλῷ μᾶλλον ὅστις ἀῤῥήτου δόξης ἐκείνης ἐμφορεῖσθαι τότε καταξιωθείη.

Bene igitur hinc justi et gloria et cognitione proficere dicuntur; et audi quid dicat sanctissimus Joannes a Scala: « Quædam vero eorum, quæ facta sunt, ab eo, qui fecit, finem habuerunt, veluti imperium, regnum et divitiæ; virtus autem finem infinitum possidet, in qua proficientes nunquam quiescemus, non hoc sæculo, non futuro; luce lucem scientiæ accipientes. Juxta hanc igitur sumptam demonstrationem manifestum est, quod neque intelligibiles substantias non proficientes ego dixerim; gloriam vero gloria semper magis excipere et sciontiam, supra scientiam, definio, sicut deiloquus et magnus dixit Dionysius. » His igitur laudati Joannis, et divinissimi Damasceni verba omnino concinunt; dicit enim et ipse, potestatem habere angelos manendi, et proficiendi in bono, et non solum angelos, sed et ipsum protoplastum hominem. Si igitur et primus ille Adam potestatem habuit persistendi et proficiendi in bono; respiciunt vero pariter, quæ resurrectionem attinent, ad antiquam illam et pristinam conditionem, ut Nyssenus divus Gregorius dixit; exploratum omnino est et

Καλῶς οὖν ἐπὶ τούτοις οἱ δίκαιοι καὶ δόξῃ καὶ γνώσει προκόπτειν λέγονται· καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ τῆς Κλίμακος ἀγιώτατος Ἰωάννης· « Τινὰ μὲν τῶν γεγονότων καὶ τέλος παρὰ τοῦ πεποιηκότος ἐσχήκασιν· οἷον, ἡγεμονία, βασιλεία καὶ πλοῦτος· ἡ ἀρετὴ δὲ τὸ πέρας ἀπέραντον κέκτηται· ἐν ᾗ προκόπτοντες οὐδέποτε καταλήξομεν· οὐ κατὰ τὸν παρόντα αἰῶνα, οὐ κατὰ τὸν μέλλοντα· φωτὶ φῶς γνώσεως προσλαμβάνοντες. Κατὰ ταύτην μὲν οὖν τὴν διαληφθεῖσαν δηλονότι ἀπόδειξιν, οὐδὲ τὰς νοερὰς οὐσίας ἀπροσκόπτους ἔγωγε εἰποιμι ἂν, δόξαν δὲ δόξῃ μᾶλλον ἀεὶ προσλαμβανούσας, καὶ γνῶσιν ἐπὶ γνώσει ὁρίζομαι, καθὼς ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας ἔφη Διονύσιος. » Τούτοις μὲν οὖν τοῖς τοῦ διαληφθέντος δηλαδὴ Ἰωάννου καὶ τὰ τοῦ θειοτάτου Δαμασκηνοῦ παντάπασι συμφωνεῖ· λέγει γὰρ καὶ αὐτὸς ἐξουσίαν ἔχειν τοὺς ἀγγέλους μένειν καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ οὐ μόνον τοὺς ἀγγέλους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ πρῶτος ἐκεῖνος Ἀδὰμ ἐξουσίαν εἶχε μένειν, καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, ἀφορᾷ δε ὅμως καὶ τὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐκεί-

νην καὶ πρώτην κατάστασιν, ὡς ὁ Νύσσης ἔφη Θεῖος Γρηγόριος, εὔδηλον πάντως καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀγγέλους κατά γε γνῶσιν καὶ δόξαν προκόπτειν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισε· καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε. Εἰ γὰρ καὶ μυστήριά τινα τότε μεμαθηκέναι μέλλουσιν, ἅπερ ἐντεῦθεν διὰ τὸ ἀδιάληπτον αὐτῶν καταλαβέσθαι οὐκ ἴσχυσαν, ὡς ὁ Θεολόγος ἔφη Γρηγόριος, πῶς οὐχὶ καὶ γνῶσιν ἐπὶ γνώσει φαίη τις ἂν τοῖς τοιούτοις προστίθεσθαι; κἀντεῦθεν προκόπτειν αὐτοὺς καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι διὰ τῆς τῶν τοιούτων μαθήσεως; εἴ γε καὶ μᾶλλον ὁ ἡμέτερος νοῦς προκόπτειν εἴωθε τοῖς μαθήμασιν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. Τοῦτο μέντοι τὸ δόγμα καὶ ὁ πάμμεγας Παῦλος ἐνέφηνεν οὕτως εἰπών· « Ἐκ μέρους ἄρτι γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε ἐκ μέρους καταργηθήσεται, τότε ἐπιγνώσομεν, καθὼς ἄρα καὶ ἐπεγνώσθημεν. »

Οὐκοῦν ἀμφιβάλλειν ἐπὶ πλέον οὐκ εὔλογον· εἰ γὰρ αὐτὸν ὁ Θεολόγος τὸν Κύριον, ἡνίκα τὰ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων τοῖς ἀξίοις παραγυμνοῖ, τρέφεσθαι λέγει κατὰ νόμον ἀνθρώπινον· τροφὴ γάρ ἐστιν ἡ δίδαξις καὶ τοῦ λέγοντος· τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῶν διδασκομένων αὐτῶν; Καὶ τραφήσονται πάντως τοῖς ἐκείνων διδάγμασι, καὶ πνευματικὴν ἐπίδοσιν ἐπιδώσουσιν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν· οὕτω μὲν οὕτω καὶ ταῖς ὑπερτάταις ἔσται δυνάμεσι. Πολλὰ γὰρ καὶ ταῦτα διαδιδάσκουσιν, ὡς ὁ θειότατός φησι Διονύσιος. Καὶ ὅρα πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὰ τὰ ἑξαπτέρυγα σεραφίμ, ὧν ὁ προφήτης Ἡσαΐας θεωρὸς ἐχρημάτισεν. Εἰ μὴ γὰρ ἐπὶ δόξης ἐπληροῦτο θεοπρεποῦς, εἰ μὴ καθ' ὥραν ἠστράπτοντο μαρμαρυγαῖς τισι γνώσεως, οὐκ ἂν ὑπερεκπληττόμενα ταῖς ἑαυτῶν ἐκαλύπτοντο πτέρυξιν, οὐκ ἂν εἷς πρὸς τὸν ἕτερον ἀτενίζοντες οὕτωσι καὶ κεκραγέναι παρεβιάζοντο, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος. » Τοῦτο γὰρ ὁ χρυσορῥήμων Ἰωάννης φησὶν ἀνεκδιηγήτου σημεῖον ἐκπλήξεως.

Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πάντως ἐπαπορεῖν σε οὐκ ἄξιον, εἴ γε τοὺς ἁγίους κατά γε γνῶσιν καὶ δόξαν προκόπτειν ἐς διηνεκὲς οἱ θεῖοι Πατέρες παραδεδώκασιν· τὸν γὰρ ἀκατανόητον ἐπιχειροῦντες τότε καταναοῆσαι οἱ δίκαιοι πῶς τῆς τοιαύτης ὁρμῆς ἀποπαύσονται· καὶ τίνα τρόπον ἐπιθήσονται πέρας τῷ ἐγχειρήματι τὸν ἀκατάληπτον τηνικαῦτα καταλαβέσθαι πειρώμενοι, πῶς τῆς ἐφέσεως αὐτῆς ἐπιτύχωσιν, εἴ ποτε προβαίνοντες τοῦ ὁρόμου τέλος εἰσδέξονται; Ἐφίενται μὲν τῶν ἔμπροσθεν, καὶ ταῖς ὁρμαῖς ἀναλόγως προκόπτειν νομίζουσιν ἕκαστος, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ πέρας ἀφικέσθαι οὐ δύνανται. Πῶς γὰρ ὅλου αὐτοῦ περιλαβέσθαι ἰσχύσουσιν ἀπρόσιτον ὄντα παντάπασι, καὶ ἀκατάληπτον; Ταύτῃ τοι καὶ διώκουσι μὲν, οὐ καταλαμβάνουσι δὲ, γνῶσιν ἀεὶ προσλαμβάνοντες ἐπὶ γνώσει, καὶ ἐπὶ προκοπῇ προκοπήν· ἀλλ' ὑπερπλήρους ὄντος τοῦ κατανοουμένου, πῶς ἔσται τούτοις τελεία τοῦ τοιούτου κατάληψις; Πότε δὲ καὶ τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς ἐπιλάθωνται; Πότε προκόπτοντες στήσονται; Πότε τῆς ἐκεῖθεν δόξης ἐμφορούμενοι κορεσθήσονται;

ipsos angelos scientia et gloria proficere, ut præcedens sermo manifestavit. Et propterea ne mirere. Si enim et mysteria quædam tunc ut discant futurum est, quæ hic ob eorum tenuitatem comprehendere non potuere, ut Theologus Gregorius ait, quomodo non et scientiam supra scientiam dicat quis talibus non addi, ac proinde proficere ipsos, et iis, quæ antea possidebant, adjungere, per rerum hujusmodi doctrinam? si et magis nostra mens proficere consuevit disciplinis, ut magnus Basilius inquit. Hoc certe placitum et omnino magnus Paulus aperuit ita dicens: « Ex parte siquidem cognoscimus, et ex parte prophetamus; cum autem perfectio venerit, tunc ex parte evacuabitur; tunc cognoscemus sicut et quæ et cogniti sumus. »

Non igitur rationabile est amplius dubitare. Si enim idem Theologus Dominum, cum arcana illa dignis denudaverit, ali dicit juxta humanam legem; alimentum enim est doctrina etiam dicentis; quid oportet dicere de his, qui docentur? Et alentur omnino illorum documentis, et spiritalem accessionem adjicient, ut præcedens sermo exposuit. Ita quidem, ita etiam supremis erit potestatibus: multa enim et hæc discunt, ut divinissimus Dionysius inquit; et vide ante alia ipsa sex alis instructa Seraphim quorum propheta Isaias spectator fuit. Nisi enim divina gloria repleta fuissent, nisi identidem quibusdam scientiæ splendoribus fulgurassent, non utique mirabilitate perculsa suis ss alis abscondissent; non utique unum in alium intendens ita et clamare compelleretur: « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus. » Hoc enim aurea verba fundens Joannes ait ineffabilis stuporis signum.

Si vero hæc ita habent, ambiguum te traducere indignum omnino est, an sanctos secundum scientiam et gloriam continuo proficere divini Patres tradiderint. Incomprehensibilem enim aggredientes tunc intelligere quomodo ab hujusmodi impetu quiescent, et quonam modo adjicient terminum aggressioni? Incomprehensibile tunc comprehendere conantes, quomodo desiderii compotes sint, si unquam progredientes cursus finem assequantur? Concupiscunt quidem ea, quæ ante habuerunt, et impetibus congruenter proficere putant quilibet; sed ad ipsum finem pervenire non possunt. Quomodo enim ipsum totum comprehendere valebunt, cum sit omnimodis inaccessum et incomprehensibile? Sic persequuntur quidem, non autem comprehendunt, scientiam semper supra scientiam recipientes, et profectum supra profectum. Sed superpleno exsistente eo, quod comprehenditur, quomodo erit terminata hujusmodi comprehensio? Aliquando vero delationis ad ulteriora obliti fuerint, aliquando proficientes stabunt ali-

quando illa gloria delati satiabuntur. Sed et si unquam satiati esse videbuntur, amplius iterum sitientes invenientur. Et tale quid eis contingere videtur quale iis, qui aliquam creaturarum perdite amant. Desiderii enim ipsis succenditur flamma, non exstinguitur vero, siquidem eo, quod desiderant, maxime frui non assequuntur. Et hoc est, quod sancta Scriptura divinum illum amorem exhibens dicit : « Qui manducant me, esurient, et qui bibunt me, sitient. » Hæc igitur sanctorum est ibi condit o. Inde profectus justis superadjicitur : inde scientia ipsis multipliciter superaugetur ; inde justorum gloria multiplicari consuevit. Cur vero hæc? et cujus rei gratia nunquam proficientes stant ? Quia illum, qui superfluit et incomprehensibilis est continere amplius desiderant. Ne igitur ambiguum te traducito, cum hujusmodi jam de hoc demonstrationes et tantas acceperis.

A

B

EPISTOLA IX.

Eidem. — Utrum oporteat attendere dicentibus, corruptibilem esse paradisum, et post crucem non statim in eum introiisse latronem.

Si autem et de ipso paradiso vis discere qualisque natura sit, et ubi hucusque steterit Dei manibus a principio plantatus, alium inveni Mosen divinissimum, qui spiritu occulta resolvere possit. Qui potuit quidem montem practicæ virtutis ascendere ; intusque penetrare nubes arcani Scripturarum ; conversari cum Deo prima luce, et inde splendorem accipere, manifesta facientem occulta et vulgata. Hunc inveni, et illum de paradiso interroga, et disce. Nos enim, divine vir, indocti super talibus ac tantis cum simus, et sensum humi trahentes, quomodo sublimiorem omnibus aliis cogitationem attingere audeamus ; quomodo vero et movere linguam omnino audeamus super his, quorum Spiritus sancti propheta nescio quomodo plura conticuit. Impossibile omnino, impossibile. Unde recedere et nos decet, et plurima silentio transilire. Quid enim aliud fecerimus in his, in quibus non invenimus scriptorem ductorem pariter et magistrum. Sed de more pariter ad tua mandata nos inclinantes, volentes nolentes, et quod inaccessum est jam audeamus ; illa vix afferentes quæcunque hinc et inde in antecessum summis auribus excepimus ; et interim divinissimum Joannem Damascenum de paradiso ad verbum ita loquentem audi : « Quoniam Deus ex invisibili et visibili creatura hominem formaturus erat ad propriam imaginem et similitudinem, præcedenter veluti regiam constituit, in qua degens beatam vitam duceret. Hæc autem est divinus paradisus Dei manibus in Edem plantatus, in oriente quidem universa terra sublimius, positus, plantis semper virentibus comans ; odore pleuus, luce affluens, cujusque spectaculi sensilis et pulchritudinis superans intelligentiam ; divina omnino regio, et dignum eo, qui ad imaginem Dei factus esset, habitaculum, in quo

C

D

Ἀλλ' εἰ καὶ χορασθῆναί ποτε δόξουσιν ἐπὶ πλέον αὖθις διψῶντες εὑρίσκονται. Καὶ τοιοῦτο πάσχειν ἐοίκασιν ὁποῖον οἱ πρός τι τῶν ὄντων ἐρωτικῶς διακείμενοι· πόθου μὲν γὰρ αὐτοῖς ὑπανάπτεται φλόξ· οὐ σβέννυται δὲ, εἴγε τοῦ ποθουμένου καὶ μάλιστα καταπολαῦσαι οὐ φθάσουσι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἡ ἁγία Γραφὴ τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἔρωτα παριστῶσά φησιν· « Οἱ τρώγοντές με πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντες με διψήσουσιν. » Αὕτη μὲν οὖν ἡ παρὰ τοῖς ἁγίοις ἐκεῖσε κατάστασις· ἐντεῦθεν ἡ προκοπὴ τοῖς δικαίοις προσεπιγίνεται, ἐντεῦθεν ἡ γνῶσις αὐτοῖς εἰς πλῆθος ἐπαύξεται, ἐντεῦθεν ἡ τῶν δικαίων δόξα πολυπλασιάζεσθαι εἴωθε. Διὰ τί δὲ ταῦτα; καὶ τίνος ἕνεκεν οὐδέποτε προκόπτοντες ἵστανται; Ὅτι τὸν ὑπερπλήρη καὶ ἀκατάληπτον κατασχεῖν ἐπὶ πλέον ἐφίενται. Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον ἀμφίβαλλε· τοιαύτης ἤδη καὶ περὶ τούτου τὰς ἀποδείξεις, καὶ τοσαύτας δεξάμενος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Θ'.

Τῷ αὐτῷ.— Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι φθαρτός ἐστιν ὁ παράδεισος, καὶ ὅτι μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτίκα οὐκ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ λῃστής.

Εἰ δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ παραδείσου βούλει μαθεῖν ὁποῖός τε τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ ὅπου μέχρι καὶ τήμερον ἕστηκε χερσὶ Θεοῦ κατ' ἀρχὰς φυτευθείς, ἄλλον εὗρε Μωσέα θειότατον ἐπιλύειν δυνάμενον τὰ κεκρυμμένα τῷ πνεύματι· ὃς ἔφθασε μὲν ὄρους ἐπιβῆναι τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, εἴσω τε χωρῆσαι νεφέλης τῆς γραφικῆς ἐπικρύψεως, ὁμιλῆσαι Θεῷ τῷ πρώτῳ φωτὶ κἀκεῖθεν ἔλλαμψιν δέξασθαι, δῆλα ποιοῦσαν τὰ κεκρυμμένα καὶ ἔκφορα. Ἕνα οὖν εὕρε· κἀκεῖνον ἐρώτα περὶ παραδείσου καὶ μάνθανε· ἡμεῖς γὰρ, θεοείκελε ἄνερ, ἀμαθεῖς ἐπὶ τοσούτων ὄντες καὶ χείμαι συρόμενοι φρόντισμα, πῶς ὑψηλοτέρων ἅψασθαι νοημάτων θαρρήσαιμεν; Πῶς δὲ καὶ κινῆσαι τὴν γλῶσσαν ὅλως τολμήσαιμεν, ἐφ' οἷς ὁ ὑποφήτης τοῦ Πνεύματος οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ πλείω σεσίγηκεν; Ἀμήχανον πάντως, ἀμήχανον. Ὅθεν ἐγγωνιάζειν καὶ ἡμᾶς ἔπρεπε, τὰ πλείστά τε σιωπᾷν· καὶ τί γὰρ ἕτερον δράσαιμεν ἐφ' οἷς οὐχ εὕρομεν τὸν συγγραφέα ὁμοῦ καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον; Ἀλλὰ συνήθως ὅμως ἐπικλινόμενοί τοῖς σοῖς ἐπιτάγμασιν ἑκόντες ἀέκοντες καὶ τῶν ἀνεῳγότων ἤδη κατατολμῶμεν· ἐκεῖνα καὶ μόλις προσφέροντες ὅσαπερ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐφθάκειμεν ἄκροις ὠσὶν ἐνωτίσασθαι· καὶ τηνικαῦτα τοῦ θειοτάτου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ κατὰ λέξιν οὕτω περὶ παραδείσου λέγοντος ἄκουε· « Ἐπειδὴ ἔμελλεν ὁ Θεὸς ἐξ ὁρατοῦ τε καὶ ὁρατῆς κτίσεως πλαστουργεῖν τὸν ἄνθρωπον κατ' οἰκίαν εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν, προκαθίστησιν οἷόν τι βασίλειον, ἐν ᾧ διαιτώμενος μακαρίαν ἕξει ζωήν. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ὁ θεῖος παράδεισος Θεοῦ χερσὶν ἐν Ἐδὲμ πεφυτευμένος, ἐν ἀνατολῇ μὲν πάσης τῆς γῆς ὑψηλότερον διακείμενος, φυτοῖς ἀειθαλέσι κομῶν, εὐωδίας πλήρης, φωτὸς ἔμπλεως, ὥρας ἁπάσης αἰσθητῆς καὶ κάλλους ὑπερβαίνων ἐπίνοιαν· θεῖον ὄντως χωρίον καὶ ἄξιον τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐνδιαίτημα· ἐν ᾧ οὐδὲν ἀλόγων ἐκυλίετο·

μόνον δὲ ὁ ἄνθρωπος τῶν θείων χειρῶν τὸ πλάστούργημα. »

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ διαληφθεὶς οὗτος θεῖος ἀνὴρ περὶ τοῦ παραδείσου διέξεισιν· ἀφ' ὧν ἔξεστι τῷ προσέχοντι καταμαθεῖν, κτίσμα τε θειότερον αὐτὸν εἶναι, καὶ τῆς διεφθαρμένης ταύτης ἀνώτερον κτίσεως. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος ἐν αὐτῷ διατρίβων ἠγαλλιάσατο καὶ ἔχαιρεν· οὐκ ἂν ὁ ἄφθαρτος ἐν φθαρτῷ διαιτώμενος μακαρίας ἦν ἀπολαύων ζωῆς. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τοιοῦτον ἦν, καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Βασίλειος ἀριδήλως ὑπέδειξε περὶ παραδείσου, καὶ τάδε διαλεχθείς· « Οὕτω καὶ τὸ ἐνδιαίτημα τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς ἔργον ἐποίησε, τόπον ὑπερφέροντα τῆς ὅλης κτίσεως, ἐν περιόπτῳ κείμενον ἀνεπισκύτητον, διὰ τὸ ὕψος εὐόρατον· οὐ λαίλαψ ἐκεῖσε, οὐ πρηστὴρ, οὐ χάλαζα, οὐ χειμερινὴ πῆξις· γῆ πίων καὶ μαλακὴ, κατάρρυτος ὕδασιν γονιμωτάτοις. Ἀλλὰ πῶς εἰς ὄψιν τὰ τῆς πατρίδος ἐκείνης ἀγάγω σοι; ὅπως ἐκ τῆς ἐξορίας ταύτης ἐς αὐτὸν ἀναχαλῶ σε; »

Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, ὁποίας ἐστὶ φύσεως ὁ παράδεισος· εἰ γὰρ καὶ δῶμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ αὐτὸν τῷ κυκλοῦντι πᾶσαν τὴν γῆν ὠκεανῷ περιορίζεσθαι, καθάπερ οἱ πλείους ᾠήθησαν, ἀλλὰ τῆς ἀλλοιουμένης ταύτης, καὶ καθ' ὥραν μεταβαλλομένης ζωῆς; ἀνώτερον ὑπολάμβανε· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν περιόπτῳ κεῖσθαι ἐλέγετο, οὐκ ἂν ἁπάσης τῆς γῆς ὑψηλότερος, οὐκ ἂν ἀειθαλέσι φυτοῖς καὶ ἀθανάτοις κατακοσμούμενος. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τῆς γῆς ταύτης ὑπερθεν ὁ παράδεισος, καὶ ὁ τὰ θεῖα σοφὸς ὑπέδειξε Θεοδώρητος οὕτως εἰπών· « Ἐξ ἁπάσης μὲν οὖν τῆς γῆς ὥσπερ τινὰ ἔξοχον τόπον κατ' ἀνατολὰς ὁ Θεὸς ἐκλεξάμενος Ἐδὲμ ὀνομαζόμενον, ἐν αὐτῷ δὴ τὸν παράδεισον κατεσκεύασεν· ἐν ᾧ δὴ τιμῆσαι βουληθεὶς γεγονότα τὸν ἄνθρωπον ἔταξεν οἰκεῖν. Πρόσεχε οὖν· φαίνεται γὰρ ἐντεῦθεν ὡς ἄφθαρτος ἦν ὁ παράδεισος· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐν αὐτῷ τιμῆσαι βουλόμενος τὸν ἄνθρωπον ἔθετο· » καὶ ταῦτα περὶ πάσης τῆς ἁγίας Γραφῆς παραχθῆναι τοῦτον ἄφθαρτον μαρτυρουμένης. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ἄφθαρτος ἦν ὁ παράδεισος· εἰ τῷ κυκλοῦντι πᾶσαν τὴν γῆν, ὥς φασιν, ὠκεανῷ περιεγράφετο, ἔφθασεν ἂν ἐξ ἀνάγκης ὁ παγκόσμιος ἐκεῖνος κατακλυσμὸς, καὶ αὐτὸν συνδιαφθεῖραι μετὰ τῶν ἄλλων ὡς φθορᾷ ὑποκείμενον, εἴγε τηνικαῦτα τὸ ὕδωρ, ὥς φησιν ἡ Γραφὴ, ὄρους ὑπερθεν ὑψώθη παντὸς ἐπὶ πήχεσι πέντε καὶ δέκα. Εὔδηλον οὖν κἀντεῦθεν ὅτι τῆς ἀλλοιουμένης ταύτης ζωῆς ἀνώτερος ὁ παράδεισος. Εἰ δὲ τῆς ζωῆς ταύτης ἀνώτερος, εὔδηλον ὅτι καὶ ἄφθαρτος· εἰ δὲ ἄφθαρτος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα φυτὰ φθορᾶς εἶναι ὑπέρτερα. Εἰ γάρ, καθά τινες οἴονται, φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει ταῦτα ὑπέκειντο, καὶ τὸ γευόμενον πάντως αὐτὸν τὸν αἰσθητῆς βρώσεως ἐν μετουσίᾳ γενόμενον. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, οὐκ ἂν ὁ θειότατος Ἀμβρόσιος καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρ Ἰουστῖνος αἰσχρὸν εἶναι ἔλεγον τὸ φάσκειν τὴν τοῦ

A brutorum animantium nullum versabatur; homo vero tantum divinarum manuum opificium. »

Et hæc quidem laudatus hic divinus vir de paradiso dissertat. Ex quibus licet animadvertenti ediscere, creaturam ipsum esse diviniorem, et hac corrupta natura superiorem. Nisi enim hoc esset, non utique Adamus ille in eo commorans exsultasset et lætaretur, non utique incorruptus incorruptibili degens beata vita fruretur. Hæc autem ita habere, et locum illum hujusmodi esse, et ipse magnus Basilius manifeste demonstravit, etiam hæc dissertans: « Ita et habitaculum hominis suæ propriæ manus opus fecit, locum omni creatura excellentiorem in circumspectabili positum, tenebris inaccessum et ob sublimitatem maxime spectabilem; non ibi procella, non turbo, non grando, non hiberna concretio; terra pinguis ac mollis, irriguis aquis fecundissimis. Sed quomodo in conspectum tuum quæ in illa patria sunt adducam? Quomodo ex hoc exsilio in ipsum te revocem? »

Disce igitur inde, o sacrum caput, qualis natura sit paradisus. Licet enim concedamus una cum aliis omnibus, etiam ipsum oceano, qui terram universam ambit, circumscribi, sicuti plures arbitrati sunt, tamen hæc, quæ variatur, et qualibet hora immutatur, vita, præstantiorem existima. Nisi enim hoc esset, non utique in loco circumspectabili positus diceretur; non utique universa terra sublimior; non utique semper virentibus plantis et immortalibus exornatus. Hæc autem ita habere, et hac terra sublimiorem esse paradisum, etiam divinarum rerum peritus Theodoretus indicavit ita dicens: « Ex universa igitur terra, veluti quemdam excellentem locum, in Oriente Deus cum elegisset Edem cognominatum, in ipso paradisum construxit; in quo cum vellet honorare hominem quem fecerat, eum habitare jussit. Attende igitur. Apparet enim inde corruptionis expertem fuisse paradisum. Nisi enim hoc esset, non utique in ipso, cum honore afficere vellet, hominem collocasset. » Et hæc de omni sancta Scriptura, productum fuisse hunc corruptionis expertem attestante. Et quid oportet multa dicere? Corruptionis expers erat paradisus; et si ambiente terram universam, ut dicunt, oceano circumscribebatur, debuit utique necessario generale illud diluvium et illum una cum aliis corrumpere, ut corruptioni subjectum, siquidem tunc aqua, ut Scriptura ait, elevata est super universum quindecim cubitis. Exploratum igitur est hinc, mutabili hac vita sublimiorem esse paradisum. Si vero hac vita superior, manifestum est esse corruptionis expertem; si vero corruptionis expers, necessarium omnino est, et omnes plantas, quæ in eo sunt, corruptione superiores esse. Si enim, ut quidam putant, corruptioni et mutationi hæc subjiciebantur, et eum, qui in mutatione positus erat, gustasse sensilem cibum omnino dicendum est. Et quid opus est

multo dicere? Si corruptibilis erat paradisus, non utique divinissimus Ambrosius, et Christi martyr Justinus, turpe esse dixissent affirmare, divini Verbi inhabitantem divinitatem cum ipso justo latrone in fluxum paradisum intrare; et beatum Paulum pariter in fluxo paradiso audiisse, quæ in tertio cœlo non audivit.

A θείου Λόγου προσκηνὴ τὴν θεότητα σὺν αὐτῷ τῷ δικαίῳ λῃστῇ εἰς ῥευστὸν παράδεισον εἰσελθεῖν· καὶ τὸν μακάριον Παῦλον ὡσαύτως ἐν ῥευστῷ παραδείσῳ ἀκοῦσαι, ἅπερ ἐν τῷ τρίτῳ οὐκ ἤκουσεν οὐρανῷ.

Sed ne huc et illuc animum tuum divide, nec alius paradisus temere ita quæratur absque. Quem enim protoplasti transgressio clausit, hunc latronis pœnitentia mirabiliter aperuit. Tunc et flammeus gladius versatilis erat vere, et adeuntibus ibi transitum præbens. Simul enim latere Dominus gladium excepit, sicuti linguam aureus dicit, et simul versatilis apparuit flammeus gladius, et terga cunctis monstrabat contra faciem primum occurrens. Ne igitur in cœlis paradisum alium planta, neque latronem illuc mitte. Clausum illum dimitte flammeo gladio custoditum, in quo transgressio facta est. Illuc etenim intravit latro, unde Adamus exivit. Ita inde, si oportet et parum aliquid gratificari, proverbialis ille finis de diabolo dicens: « Quod facies, illud omnino passurus es. » Prævenit enim in paradiso facere Adami furtum, sed passus est posterius sibi latronem auferri. Juxta enim Domini vocem, colligavit quidem fortis vasa, et ejus rapina fuerunt. Unde igitur Adamum excidere fecit per inobedientiam, illuc per pœnitentiam Dominus latronem introduxit. Ne ulterius igitur dubita. Neque ratiocinationibus irrationabilibus inhærens enuntiatione, non mansione, puta latronem paradisi esse habitatorem, et crede aurea verba fundenti præ aliis Joanni, in Oratione in magnam Parasceven de his ita disserenti: « Duo hodie miracula Dominus actiones vocavit, et paradisum aperuit, et latronem in eum hodie induxit. » Attende igitur, bis enim *hodie* dicens ostendit manifeste ita vere a latrone paradisum inventum fuisse, ut vere ipsum Adamus perdidit.

Ἀλλὰ μὴ ἔνθεν κἀκεῖθεν περιπλανάσθω σου ἡ διάνοια· μὴ παράδεισος ἄλλος ἀσυντάκτως οὕτω ζητείσθω σοι· ὃν γὰρ ἡ τοῦ πρωτοπλάστου παράβασις ἔκλεισε, τοῦτον ἡ τοῦ λῃστοῦ μετάνοια παραδόξως ἀνέῳξε· τηνικαῦτα καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία στρεφομένη τε ἦν ἀληθῶς καὶ τοῖς ἀφικομένοις ἐκεῖσε παρέχουσα πάροδον· ἅμα τε γὰρ κατὰ πλευρᾶς ὁ Κύριος τὴν ῥομφαίαν ἐδέχετο, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ ἅμα στρεφομένη ἐφαίνετο ἡ φλογίνη ῥομφαία, τὰ νῶτα πᾶσιν ἐδείκνυεν ἡ κατὰ πρόσωπον ἀπαντῶσα τὸ πρῶτον. Μὴ τοίνυν ἐν οὐρανοῖς παράδεισον ἕτερον φύτευε· μηδὲ τὸν λῃστὴν ἐκεῖσε παράπεμπε, κεκλεισμένον ἐκεῖνον ἀφεὶς τῇ φλογίνῃ ῥομφαίᾳ πεφυλαγμένον καθ' ὃν ἡ παράβασις γέγονεν. Ἐκεῖ καὶ γὰρ εἰσῆλθε λῃστὴς ὅθεν Ἀδὰμ ἐξελήλυθε. Ὡς ἐντεῦθεν, εἶγε χρὴ καὶ μικρόν τι χαριεντίσασθαι, τὸ παροιμιῶδες ἐκεῖνο πέρας ἐπὶ τῷ διαβόλῳ τὸ λέγον· « Ὃ ποιήσεις, ἐκεῖνο πάντως καὶ πάθῃς. » Ἔφθασε μὲν γὰρ ἐν παραδείσῳ ποιῆσαι τὴν κλοπὴν τοῦ Ἀδάμ· ἀλλ' ἔπαθεν ὕστερον τὴν ἁφαίρεσιν τοῦ λῃστοῦ· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν, ἐδέθη μὲν ὁ ἰσχυρὸς τὰ σκεύη, καὶ αὐτοῦ διήρπαγμα γέγονεν. Ὅθεν οὖν τὸν Ἀδὰμ ἐκπεσεῖν ἐποίησε διὰ τῆς παρακοῆς, ἐκεῖ διὰ μετανοίας ὁ Κύριος εἰσήγαγε τὸν λῃστήν. Μηκέτι λοιπὸν ἀμφίβαλλε περὶ τούτου· μηδὲ λογισμοῖς ἀλόγοις ἑπόμενος ἀποφάσει μόνῃ νόμιζε τὸν λῃστὴν τοῦ παραδείσου γενέσθαι οἰκήτορα, καὶ πείθου τῷ χρυσορρήμονι περὶ τῶν ἄλλων Ἰωάννῃ ἐν τῷ εἰς τὴν μεγάλην Παρασκευὴν λόγῳ αὐτοῦ περὶ τούτων οὕτω διαλαμβάνοντι· « Δύο σήμερον θαύματα ὁ Κύριος ἐκάλεσε πράγματα· καὶ τὸν παράδεισον ἀνέῳξε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγε σήμερον. » Πρόσεχε οὖν· τὸ γὰρ *σήμερον* εἰς εἰπών, ἔδειξε προφανῶς, ὅτι τὸν παράδεισον οὕτως εὗρεν ἀληθῶς ὁ λῃστὴς ὥσπερ ἀληθῶς αὐτὸν ἀπώλεσεν ὁ Ἀδάμ.

Ex tunc igitur sine ullo impedimento justi in ipsum paradisum introducuntur. Neque enim ad latronem tantum, sed etiam ad omnem sancti animam confirmata est divina vox dicens: « Hodie mecum eris in paradiso. » Nec propterea mirare. Sicut enim antiqua illa maledictio ad ipsum quidem primum hominem amandata est: « Terra enim, inquit, es, et in terram reverteris; » sed pariter cum inde initium accepisset in universum nostrum genus concessit; ita et in paradisum inducens divina vox, ab ipso latrone exordium sumit; per ipsum vero in omnem sancti animam pertransit; et sicuti non enuntiatio fuere tantum illa quæ contra Adamum gesta sunt, sed sermonem flagellum consecutum est; ita non sermones quidem nudi tantum hæc profecto quæ cum latrone gesta sunt. Si enim hoc censeamus, et injustus utique Justus Deus reperiatur, siquidem Adamum, cum

Ἔκτοτε οὖν ἀκωλύτως οἱ δίκαιοι πρὸς αὐτὸν εἰσάγονται τὸν παράδεισον· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸν λῃστὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν ἁγίου ψυχὴν διεβιβάσθη ἡ λέγουσα θεία φωνή· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε. Καθάπερ γὰρ ἡ ἀρχαία ἐκείνη κατάρα πρὸς αὐτὸν μὲν ἀπελύετο τὸν πρῶτον ἄνθρωπον· « Γῆ γάρ, φησίν, εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » ἀλλ' ὅμως τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν λαβοῦσα κατὰ παντὸς ἐχώρει τοῦ γένους ἡμῶν· οὕτω καὶ ἡ πρὸς τὸν παράδεισον εἰσάγουσα θεία φωνὴ ἐπ' αὐτοῦ μὲν τοῦ λῃστοῦ λαμβάνει τὴν ἀρχήν· δι' αὐτοῦ δὲ πρὸς πᾶσαν ἁγίου διαβαίνει ψυχήν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἀπόφασις ἐτύγχανε μόνον ἐκείνη δὴ τὰ κατὰ τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ' ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ καὶ τὰ τῆς μάστιγος, οὕτως οὐ λόγοι μόνον ψιλοὶ ταῦτα δὴ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ λῃστοῦ. Εἰ γὰρ τοῦτο δώσομεν, καὶ ἄδικος ἂν ὁ δίκαιος εὑρεθείη Θεός· εἶγε τὸν μὲν Ἀδὰμ ἁμαρτήσαντα τηνικαῦτα

τοῦ παραδείσου ἐξήγαγε, τὸν δὲ λῃστὴν ὁμολογήσαντα μετὰ χρόνους εἰσάξειν ἐκεῖσε ὑπέσχετο. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ὅτι καὶ δίκαιος ὁ Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ καὶ τῷ ἁγίῳ Γρηγορίῳ τῷ Διαλόγῳ πείσθητι· λέγουσι γὰρ μὴ μόνον ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν τοῦ λῃστοῦ διάγειν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ πάσας ὁμοῦ τὰς τῶν λοιπῶν ἁγίων ψυχάς. Ἀμφιβάλλειν οὖν ἐπὶ τούτοις οὐκ εὔλογον. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ τὸν παράδεισον ὥκησε παρευθύς, ὁ λῃστής, οὐκ ἂν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης καὶ ἐν ᾅδου μετὰ τῆς ψυχῆς ἔλεγεν εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐν παραδείσῳ διάγειν μετ' αὐτοῦ τοῦ λῃστοῦ, καθὼς ἐκεῖνος ἔφησε πρὸς αὐτόν· « Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. » Ἔκτοτε οὖν ἀκωλύτως οἱ ἅγιοι πρὸς αὐτὸν, ὡς προείπομεν, εἰσάγονται τὸν παράδεισον· ἀλλὰ καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἀνάγεσθαι οὐκ ἀπείργονται. Καὶ ταύτην γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτὸς ὑπέδειξεν ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ὁ ἐκεῖσε πρόδρομος εἰσελθών.

Ἔτι εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, πῶς ἐν αὐτῷ τὸν Ἀδὰμ ἄφθαρτον ὄντα κατ' ἀρχὰς ἔθετο ὁ Θεός; Διὰ τί δὲ καὶ προσκεχρονικότα, κἀντεῦθεν φθορᾷ περιπεσόντα διατρίβειν αὐτὸν ἐν αὐτῷ οὐκ ἐᾷ; Πῶς δὲ καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἔκπτωσιν οἷον ἀποκλαιόμενος ὁ Θεολόγος Γρηγόριος καὶ τὸ χωρίον ἀποσεμνύνων ἐκεῖνο, καὶ τάδε φησί, « Ὁ Ἀδὰμ τῆς ἐντολῆς ἐπιλαθόμενος, ὁμοῦ τε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστος γίνεται; » Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὔτε φθαρτὸς ἔκτιστο κατ' ἀρχὰς, οὔτε φθαρέντι συνεφθάρη τῷ Ἀδὰμ, καθάπερ ὁρωμένη αὐτῇ κτίσις· εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐκεῖθεν ὁ Ἀδὰμ ἡμαρτηκὼς ἀπερρίπτετο, οὐκ ἂν ἡ φλογίνη ῥομφαία φυλάττειν ἐκεῖνον ἐτάσσετο. Διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ συνεφθάρη τῇ κτίσει ταύτῃ καὶ αὐτὸς ὁ παράδεισος; Ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀφορῶμεν ἀεὶ, ἵνα διηνεκῆ τὰ δάκρυα φέρωμεν, κἀντεῦθεν τὴν ἁμαρτίαν ἐκφεύγωμεν, δι' ἣν τῆς μακαρίας ζωῆς ἐκείνης ῥιφῆναι πόρρω κατεδικάσθημεν. Ματαιάζει λοιπὸν τὸ γράμμα, ὅπερ ἐμφανίζεις ἡμῖν. Εἰ γὰρ, ὡς αὐτὸ περιέχει, τοῦ παραδείσου τούτου καθ' ὃν ἡ παράβασις γέγονε, χρείαν ἄρτι οὐκ ἔχομεν, ἅτε πρὸς ἕτερον οἰκητήριον ἐν οὐρανῷ διαβιβαζόμενοι, τροπικῶς οὕτω παράδεισον ὀνομαζόμενον· πῶς εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντες, ὡς οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ διωρίσαντο, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν ὥσπερ ἐπικαλούμενοι πατρίδα, πρὸς ἀνατολὰς ποιούμεθα τὴν προσκύνησιν; Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Ἔτι εἰ φθαρτὸς ἦν ὁ παράδεισος, καὶ ἀλλοίωσιν ἂν τῷ χρόνῳ ἐδέετο, καὶ σηπεδόνι ὑπέπιπτε· φθαρτοῖς τε ὀφθαλμοῖς καθεωρᾶτο, καὶ βατὸς ἔστιν ὅτε τοῖς παροδεύουσιν ἦν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ὅτι καὶ ἄγνωστος τοιοῦτος παντάπασιν. Ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ τοῦ δικαίου ἐκείνου Ἐνὼχ ἔστιν ἰδεῖν· μετατεθῆναι μὲν γὰρ αὐτὸν ἀκούομεν, ποῦ δὲ καὶ ποίῳ τρόπῳ καὶ ὅπως ἔχει σήμερον [οὐ] γινώσκομεν, ὅτι καὶ σεσίγηται τῇ Γραφῇ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παραδείσου χρή σε νοεῖν. Φυτευθῆναι μὲν γὰρ ἀκούομεν κατ' ἀνατολὰς· ποῦ δὲ καὶ τίνα τρόπον, καὶ ὅπως ἔχει θέσεως καὶ

A peccasset, tunc e paradiso eduxit; latronem vero, cum confessus sit, post multum temporis illuc inducere sustinebat. Sed non ita res habet, non ita; quia et justus Deus, et benignus erga homines. Et si his, quæ dicuntur, non persuaderis, ipsi magno Athanasio et sancto Gregorio Dialogo fidem adhibe. Dicunt enim non solum in paradiso latronis animam degere, sed et omnes pariter cæterorum sanctorum animas. Ambiguum igitur in his se amplius traducere rationi consonum non est. Nisi enim hoc esset; nisi paradisum statim latro incoluisset, non utique Damascenus Joannes, et in inferno cum anima diceret esse Deum, et in paradiso degere cum ipso latrone, sicut ille ei dixit: « Hodie mecum eris in paradiso. » Ex tunc igitur B sine ullo impedimento sancti in ipsum, ut superius diximus, paradisum inferuntur; sed et ad cœlos adduci non prohibentur, et hanc enim viam ipse Christus ostendit, juxta beatum Paulum, qui illuc præcursor ingressus est.

Insuper si corruptioni obnoxius paradisus est; quomodo in ipso Adamum corruptionis expertem ab initio Deus collocavit? Cur vero et transgressum propterea que in corruptionem incidentem versari illum in eo non sivit? Quomodo vero illum ex eo lapsum veluti deplorans Gregorius Theologus, loci illius recordatus et hæc dicit: « Adamus præcepti oblitus, simulque ligni vitæ, et paradisi, et Dei, exsul fit? » Manifestum igitur hinc, neque corruptibilem a principio creatum esse, neque una C cum corrupto Adamo corruptum fuisse, sicut ipsa creatura, quæ videtur. Si enim hoc esset, non utique inde Adamus, cum peccasset, ejiceretur; non flammeus gladius custodire illum juberetur. Cur autem et cujus rei gratia non corrumpitur una cum hac creatura et ipse paradisus? Ut ad ipsum perpetuo respiciamus, ut continuas lacrymas feramus, et inde peccatum fugiamus, propter quod a beata illa vita longe projici condemnati fuimus. Supervacanea est reliqua littera, quam nobis ostendis. Si enim id continet, paradisi hujus in quo transgressio facta est, usum adhuc nullum nos habere, siquidem in alterum habitaculum in cœlo ascendentes, ita figurate paradisum nominatum, quomodo in ipsum intuentes, ut Christi discipuli definierunt, D et antiquam nostram veluti invocantes patriam, ad orientem versi orationem fundimus? Da super his responsum. Insuper si corruptibilis erat paradisus, et mutationem in tempore excipiebat, et putredini obnoxius erat; et corruptibilibus oculis videbatur, et pervius erat prætereuntibus. At non est hoc, non est. Quia et ignotus hujusmodi erat omnino. Quomodo enim videre est injusto illo Enoch: translatum enim eum esse audimus, quo vero, et qua ratione, et quomodo hodie habet, non cognoscimus, quia et a Scriptura tacetur: ita et de paradiso oportet te cogitare. Plantatum enim esse audimus in oriente; ubi vero, et quomodo, qualiterque se habeat, quoad positum habitumque, nemini

eorum, qui hucusque vixere, ut arbitror, omnium est, quia et sanctissimus Spiritus hæc reticuit. Si corruptioni obnoxius erat paradisus, non utique justum latronem in ipsum Servator vocasset dicens : « Hodie mecum eris in paradiso. » Quæ etenim retributio confessionis hujuscemodi ab eo in cruce factæ, in fluxum paradisum induci? Si corruptibilis erat paradisus, quomodo raptus in ipsum Paulus admirans, ibi edoctum arcane se esse ineffabilia illa verba pronuntiavit? Disce igitur et hic ut a contradictione cesses, corruptione superiorem paradisum fuisse. Nisi enim hoc erat, non utique justus Agonothetes, ut ait Theodoretus, his qui in virtutibus certant, præmium paradisum ita proposuisset. Non utique victrices martyrum animas post tot ac tantos labores, ut requiescant ipse reciperet. Corruptione autem superiorem esse paradisum et ipse magnus Athanasius in Quæstionibus ad Antiochum ita ait : « Respectu fructuum autem qui apud nos sunt et paradisorum, ille corruptione omni sublimior est; respectu vero gloriæ futurorum bonorum, quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, omnino minor est. » Sed et hymnographus magnus Cosmas ita dicens, « Lignum cum gustasset primus mortalium corruptioni inhæsit, » perspicue demonstravit corruptionis expertem esse paradisum. Si enim, sicuti dictum est, corruptioni, postquam lignum gustasset, Adamus inhæsit, manifestum omnino est, ante hujusmodi libationem in immortalibus locis domicilium habuisse.

(4-5) Terram motu quodam agi, ac non uno contentam loco manere, complures penes antiquos putarunt, et si Plutarcho in libro *Platon. Quæst.* fides habenda, Aristarchus et Seleucus ostenderunt. Imo ipse ibidem narrat Theophrastum asseruisse τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμελεῖν ὡς οὐ προσῆκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. Scilicet, « Platonem jam natu grandem pœnitentia fuisse ductum, quod terram in medio universi, non suo loco, statuisset. » Id tantum innuisse sat erit, ut ostendatur non unum fuisse Galilæum, qui hodiernum planetarium systema confixerit, sed statis naturæ legibus immixus luce clarius ostenderit omnino a vero aberrare quotquot Ptolemaicis tabellis, nullo constituto examine, assentiuntur.

ὡς εἴπερ ἡ γῆ μὴ κατὰ μέσον τοῦ παντὸς ἀπῃώρητο, οὐκ ἂν ὁ ἥλιος ἀφ' ἡμῶν, ὡς ὁ διαληφθεὶς ἔφη Πατὴρ, ἀπανταχόθεν ἐξίσου διέστατο.

Ταῦτα μὲν οὖν ἀριδήλως παρίστησι τὸν οὐρανὸν κυκλοτερῆ τε καὶ ἀκίνητον ὄντα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τούτοις ἀντίκρισις. Εἰ δὲ τὸ προφητικόν μοι παράγεις ῥητὸν τὸ λέγον, « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, » κάντεῦθεν ἡμικύκλιον εἶναι διισχυρίζῃ τὸν οὐρανὸν καὶ ἀκίνητον· ἐκεῖθέν σοι κἀγὼ ὑπεροῦσιον πάντως Θεὸν ἀνθρωπόμορφον εἶναι διαμαρτύρομαι καὶ ἐνσώματον· δράκα γὰρ ὁ προφήτης αὐτῷ καὶ σπιθαμὴν περιτίθησιν. Ἀλλὰ καθάπερ δι' αὐτῶν τοιούτων ῥημάτων, δρακός τε λέγω καὶ σπιθαμῆς, μικρὸν μέρος τῆς ὅλης τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τροπικῶς ὁ προφητικὸς λόγος ἐνέφηνεν· οὕτω διὰ τὸ εἰπεῖν, « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, » τὴν εὐκολίαν τῆς τέχνης, ᾗ ἐκ μὴ ὄντων τὰ πάντα παρήγαγε, πανσόφως ὑπεστημήνατο. Καὶ οὐκ ἐμὰ ταῦτα τὰ ῥήματα. Ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης οὕτω με πείθει περὶ τούτου φρονῶν ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ κεφαλαίῳ καὶ τάδε διεξιών· « Τινὲς μὲν ἡμισφαίριον τὸν οὐρανὸν ἐφαντάσθησαν ἐκ τοῦ τὸν Δαβὶδ λέγειν, « Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν, ὡσεὶ δέρριν· » καὶ τὸν Ἡσαΐαν ὡσαύτως, « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν. » Καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. Ὅτι δὲ περιφερόμενος ὁ οὐρανὸς καὶ αὐτὸν συμπεριφέρει τὸν ἥλιον, ἐδήλωσε μὲν ὁ Νυσσαῖος θεῖος Γρηγόριος, τὴν θείαν ὑπερεκπλησσόμενος δημιουργίαν, καὶ λέγων· « Τίς περιάγει τὸν οὐρανὸν, ὥστε ὑπὲρ γῆς τὸν φωστῆρα γενέσθαι ; » Οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ αὐτὸς ὁ μέγας ἐνέφηνε Μάξιμος ἐπεξηγούμενος τὸ τῆς Παλαιᾶς, τὸ λέγον· « Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγας Αἰλών· » καὶ οἷον θαυμάζων τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν· « Ἡλίου τε καὶ σελήνης δρόμον ἐπέσχεν ἀκώλυτον ὁ Θεὸς παραδόξως, τὴν ἀεικίνητον τοῦ παντὸς φύσιν στήσας ἀκίνητον. » Τί τούτου παραδοξότερον ; Τί τῆς κυκλικῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐκφαντικώτερον ; Καὶ ταῦτα τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὴν τῶν οὐρανῶν κυκλικὴν περιδίνησιν ὑπεμφαίνοντος. Μὴ οὖν ἄναρχα φαντάζου, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ὁρώμενα, μηδ' ἐπειδὴ κύκλῳ σε περιτρέχει τὰ κατ' οὐρανὸν κινούμενα, ἡ δὲ τοῦ κύκλου ἀρχὴ τῇ προχείρῳ ἡμῶν αἰσθήσει οὐκ εὔληπτος, ἄναρχον ἡγοῦ τῶν κυκλοφορικῶν σωμάτων τὴν φύσιν. » Ἀλλὰ καὶ ὁ πολὺς ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος οὐ περὶ τῶν ἔξω φιλοσόφων, περὶ δὲ τῶν φώτων τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ τάδε φησίν· « Οἶδα καὶ ἕτερον φῶς, τὴν κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περιοδον. » Εἰ μὲν οὖν ἡμίτομος ὁ οὐρανὸς, καὶ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ φαινόμενον ἄνωθεν, εἰ οὐχ ὑποστρέφει τὴν γῆν ὁ ἥλιος κάτωθεν, πόθεν

λοιπὸν οἱ ἀστέρες, καὶ τίνι τρόπῳ κυκλικὴν ποιοῦνται περίοδον; Ἐδήλων οὖν ἐνταῦθεν, ὡς οὐκ ἐναντιούμενος τοῖς λοιποῖς Πατράσιν ὁ θειότατος Ἰωάννης, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενος, καὶ πείθων τοὺς ἁπλουστέρους μὴ τοῖς εἱμαρμένην καὶ τύχην δοξάζουσι συναρπάζεσθαι, μηδὲ τὴν ζωὴν αὐτῶν ταῖς τῶν ἄστρων κινήσεσιν ἀναρτᾶν, καὶ ἐντεῦθεν ἀπάγεσθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος παρασύρεσθαι, τοιαῦτα γράφειν ὁ πάμμεγας εὐμεθόδως οὐ παρῃτήσατο. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ, ἐν ᾧ περὶ ἀγαθοῦ διδάσκει φωτὸς, καὶ τάδε περὶ τούτων ἀριδήλως διεῖληφε· « Τήν τε τοῦ οὐρανοῦ φημι παράδοξον κίνησιν, τὴν κυκλικὴν τῶν ἀστέρων περίοδον, τὴν μεταβατικὴν αὐτῶν δίοδον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν μεγάλων φωστήρων ἀποκατάστασιν, καθ' ἣν ἑνιαυτοί τε καὶ μῆνες ἐκμετρεῖσθαι εἰώθασι. » Τοῦτο οἶμαι καὶ τὸν σοφὸν Σολομῶντα αἰνίττεσθαι, λέγοντα, ὅτι « Ὁ ἥλιος ἀπάρχεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν, » ὥστε τῷ μὲν οὐρανῷ καὶ ἄκων συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος, ποιεῖ τὸ νυχθήμερον. « Ἔθετο γάρ, φησὶ, ταῦτα εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· » τὴν αὐτοῦ δὲ περαίαν ἡρέμα ποιούμενος τὴν ἀπὸ δυσμῶν δηλονότι πρὸς ἀνατολὰς, καὶ ἀπὸ τοῦ ζωδίου μεταβαίνων εἰς ζώδιον, τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῖ. Ἐνιαυτὸς γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις. Καὶ εἰ μὴ πείθοι τοῖς λεγομένοις, αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ πειθέσθω. Ἐν γὰρ τῇ ἕκτῃ ὁμιλίᾳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου διέξεισιν· ἐπεξηγούμενος καὶ γὰρ τὸ διαλῆφθὲν ῥητὸν τὸ λέγον· « Καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἐνιαυτούς· » καὶ δεικνύων ἐντεῦθεν ὅπως ὁ ἥλιος ἀποτελεῖ τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ τάδε φησίν· « Ἡλιακὸς δέ ἐστιν ἐνιαυτὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις. » Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι πρὸς ἀνατολὰς ἀπὸ δυσμῶν ὅ τε ἥλιος καὶ ἡ σελήνη τὴν ἰδίαν ποιοῦνται πορείαν, ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξε κατὰ λέξιν οὕτω διεξιών· « Ἥλιον καὶ σελήνην, Ἄρεά τε καὶ Κρόνον πλανήτας ἐκάλεσαν, ὅτιπερ ἐναντίως τοῦ οὐρανοῦ ποιοῦνται τὴν κίνησιν. Τοῦ γὰρ οὐρανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς κινουμένων, αὐτοὶ δὲ ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς τὴν κίνησιν ἔχουσι. Καὶ τοῦτο γνωσόμεθα ἐκ τῆς σελήνης καθ' ἑσπέραν μικρὸν ἀναποδιζούσης. »

A quomodo circularem cursum stellæ perageant? Hinc ergo manifestum est, non ut ceteris Patribus adversantem, sed opportune divinissimum Joannem locutum, simplicioribus persuadere conantem, ne ab iis qui fortunam fatumque credunt, seduci se sinerent, neque suam ipsorum vitam astrorum motibus ascriberent, adeoque ne abducerentur a Deo (6), et a recta sententia divellerentur, hæc magnum scribere non dedignatum fuisse. Quid plura? Theologus ille magnus Dionysius in quarto suo capite, in quo de bono lumine disserit, hæc pariter de his manifeste edocet: « Cœli, dico, mirabilem motum, et circularem astrorum cursum, et ipsorum transgredientem transitum, et ex hoc in idem magnorum luminarium restitutionem, B secundum quam annos mensesque metiri consuevimus. » Hoc quoque sapientem Salomonem clam innuisse existimo, ubi dicit: « Sol ab austro surgit, et rotatur ad aquilonem, « ita ut, cum cœlo et invitus circumactus, diem noctemque efficiat: « Posuit enim, inquit, hæc in signa, et tempora, et dies, et annos; » suum enim transitum clam ab occidente faciens, apparens in oriente, et a signo in signum transiens, annum perficit. Annus enim nihil aliud est, quam ab eodem in idem signum iterum restitutio. Et si minus his, quæ dicuntur, saltem ipsi magno Basilio fidem adhibeas; in septima enim homilia hæc eadem edisserit. Explicans quippe hoc laudatum dictum: « Et erunt in C signa, in tempora, et in annos; » et exinde quomodo annum sol absolvat ostendens, hæc quoque subjicit: « Solaris autem annus est ab eodem in idem signum juxta solis motum restitutio. » Hæc autem ita sese habere, et ad orientem ab occidente solem et lunam suum cursum peragere, Damascenus Joannes perspicue demonstravit, hisce iisdem verbis enarrans: « Solem, et lunam, Martem et Saturnum planetas appellarunt, quia adversus cœlum motum faciunt; nam cœlo et cæteris astris ex oriente in occidentem se moventibus, ipsi ab occidente in orientem motum habent. Hoc ex luna ad vesperam paulisper retrocedente cognovimus. » Si hæc ita se habent, ex lunæ reversionibus D et reliqui planetæ, unde et quomodo moveantur, manifeste demonstravit. Manifestissimum omnino cum semper mobili cœlo solem circumactum deici noctisque spatium perficere. Nam, nisi ex oriente in occidentem sol moveretur, si per diei noctisque

(6) Vides hic nostrum Glycam totum in eo versari ut Chrysostomum defendat quasi opportune de mundo ipse senserit, atque optime semisectum cœlum pronuntiarit, ut fati fortunæque errorem radicitus evelleret. Probe utentis ratione nunquam tamen erit commentum quodvis errore alio refutare, eo magis quod luculenter in sacris Scripturis circularis cœli mentio sæpius habetur, præcipue vero cap. XXIV *Eccl.*, ubi dicitur *Gyrum cœli circuivi sola*, etc., Græce aptius et verius, ἐκύκλωσα, scilicet *circumduxi, rotundavi, conglobavi*, et Isaiæ cap. XL, *Qui sedet super gyrum terræ*, vel secundum Hebræos, *Qui sedet super globum terræ*. Si globus est igitur terra, sane et antipodes erunt, rotundum erit cœlum, non semisectum. In hæc itaque et alia testimonia si respexissent Chrysostomus homil. 14 et 27 *in Epist. Pauli ad Hebr.*, Justinus Martyr, Basilius homil. 1, *super Genes.*, Ambrosius, lib. I *in Hexaemer.*, Lactantius, et alii innumeri, nunquam cœli rotunditatem negassent, ac vidissent eam non esse *figmentum Græcorum a ratiocinando profectum*, uti Elias Cretensis ad Orationem 7 Nazianzeni autumavit, quod ex Scripturis ipsis probatur, quodque rationi consonum, quemadmodum Ptolemæus novem argumentis ostendit cap. 3, lib. I edit. magnæ, Aristot. II *Cœl.* tex. 22 et seqq.

spatium suam faceret restitutionem, ubinam tandem solis circulus ille, qui annum complet? Ad hæc, quæso, respondeant; neque enim ad dies tantum perficiendos sol constitutus est, sed et ad tempora et annos, ut præcedens serano jam demonstravit.

A Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει ἀπὸ τῆς σελήνης ἀναποδισμῶν καὶ τοὺς λοιποὺς πλανήτας, ὅθεν καὶ ὅπως ποιοῦνται τὴν κίνησιν, ἀριδήλως ἐνέφηνε. Πρόδηλον πάντως ὅτι καὶ ἀεικινήτῳ οὐρανῷ συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος ἀποτελεῖ τὸ νυχθήμερον. Εἰ γὰρ ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς ἐκινεῖτο ὁ ἥλιος, εἰ διὰ νυχθημέρου τὴν οἰκείαν ἐποιεῖ ἀποκατάστασιν, τὸ λοιπὸν ὁ τοῦ ἡλίου κύκλος ἐκεῖνος ὁ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληρῶν; Δότωσαν ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν· οὐδὲ γὰρ ἡμέρας ἐτάχθη μόνον ὁ ἥλιος ἐκτελεῖν, ἀλλὰ καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐγνώρισε.

Talia ergo, tantaque testimonia habens, ne amplius adversere, neque hujus beatisissimi insistens operibus, cæteros sanctos despicias. Etenim si anathemati subjicere videtur eos, qui cœlum non esse fixum, et semisectum affirmant; non tamen reliquis sanctis Patribus obsistens, sed his adhærens, cum sententiam hanc Manichaicam et impiam reddere conatus esset, hæc inquit: « Etenim hi, qui Manetis inhærentes placitis ægrotant, Dominum ad animarum nostrarum salutem duodecim vasa fabricasse existimarunt, quæ per sphæras conversa morientium animas attollerent, et in luna collocarent (7), in iidem suæ ipsorum vaniloquentiæ hujus incrementum et diminutionem adducentes. » Fabulam hanc igitur, uti diximus, stirpitus evellere niteus, severioribus quoque rationibus uti contendit in illos, qui cœlum rotundum et semper mobile asserunt. Et hæc sunt, quæ Chrysostomus ait, et hac ratione se habent. Solem vero infra terram subterlabi, non quidem transverse, ut quidam putant, et obscurum aerem efficere (nam si transverse sol excurreret, adeo aer non obtenebraretur) manifestatum hoc quidem fuit ab ipso Theologo Gregorio in libro suo *De Theologia* ita dicente: « Diei conditor sol est supra terram, sub terra vero noctis est conditor (8). » Non minus hoc et ab ipso Damasceno Joanne pertractatum fuit; in capite enim de luce, igne et luminaribus hæc ait: « Quarta die fecit Deus luminare majus, videlicet solem, ad principatus et potestates diei: per ipsum enim dies efficitur: siquidem dies est, dum sol supra terram, nox vero dum infra terram lucet: et noctis intercapedo est solis ab occidente usque in orientem sub terra cursus. » Eadem vero verbis hisce magnus Basilius explanat; ad dictum enim habens, « Et vocavit Deus lucem diem, et tenebras noctem, » hæc dicit: « Et nunc quidem post solis productionem dies est, cum a sole in hemisphærio supra terram lucente aer

Τοιαύτας μὲν οὖν καὶ τοσαύτας ἔχων τὰς μαρτυρίας μὴ ἐπὶ πλέον ἀντίπιπτε· μηδὲ τοὺς λοιποὺς ἁγίους ἀθέτει, τοῖς τοῦ παμμάκαρος ἐντυγχάνων πονήμασιν. Εἰ γὰρ καὶ ἀναθέματι καθυποβάλλειν δοκεῖ τοὺς μὴ τὸν οὐρανὸν πεπηγμένον εἶναι καὶ ἡμίτομον λέγοντας· ἀλλ' οὐκ ἐναντιούμενος τοῖς λοιποῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἀλλ' ἐμμένων πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸ τὸ Μανιχαϊκὸν καὶ ἄθεον ποιῆσαι πειρώμενος φρόνημά φησι· « Καὶ γὰρ οἱ νενοσηκότες τὰ Μάνεντος, ὅτι Κύριος διὰ τὴν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίαν κάδους δώδεκα ἐμηχανήσατο, οἳ διὰ τὰς σφαίρας στρεφόμενοι, τὰς τῶν θνησκόντων ἀνιμῶνται ψυχάς, καὶ τῇ σελήνῃ ταύτας ἐναποτιθέασιν, εἰς πίστιν τῆς αὐτῶν ματαιολογίας καὶ τὰς αὐξομειώσεις ταύτης παράγοντες. » Πρόῤῥιζον οὖν, ὡς ἔφημεν, τὴν μυθολογίαν ταύτην ἀνασπᾶσαι μαχόμενος, καὶ λόγοις αὐστηροτέροις κεχρῆσθαι παρεβιάζετο κατὰ τῶν σφαιροειδῆ λεγόντων εἶναι τὸν οὐρανὸν καὶ ἀεικίνητον. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου τοιαῦτα, καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Ὅτι δὲ τὴν γῆν ὑποτρέχων ὁ ἥλιος, οὐ μὴν ἐκ πλαγίου, καθά τινες οἴονται, ἀφεγγῆ τὸν ἀέρα καθίστησιν (εἰ γὰρ ἐκ πλαγίου διαδεύων ὁ ἥλιος, οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ὁ ἀὴρ ἐσκοτίζετο), δεδήλωται μὲν καὶ αὐτῷ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ ἐν τῷ περὶ Θεολογίας αὐτοῦ λέγοντι· « Ἡμέρας μὲν δημιουργὸς ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆς ὤν, ὑπὸ δὲ γῆν ὢν δημιουργὸς τῆς νυκτός. » Οὐχ ἧττον δὲ περὶ τούτου καὶ αὐτῷ τῷ Δαμασκηνῷ Ἰωάννῃ διείληπται· ἐν γὰρ τῷ περὶ πυρὸς, φωτὸς καὶ φωστήρων κεφαλαίῳ καὶ τάδε φησί· « Τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν, ἤτοι τὸν ἥλιον, εἰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας τῆς ἡμέρας· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ ἡμέρα συνίσταται· ἡμέρα γάρ ἐστιν ἐν τῷ τὸν ἥλιον ὑπὲρ γῆς εἶναι, νὺξ δέ ἐστιν ἐν τῷ τὸν ἥλιον ὑπὸ γῆν εἶναι· καὶ διάστημα νυκτός ἐστιν ὁ ἀπὸ δύσεως ἕως ἀνατολῆς ὑπὸ γῆν ἡλίου δρόμος. » Τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ μέγας διέξεισι Βασίλειος· ἐν γὰρ τῷ ῥητῷ τῷ λέγοντι, « Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκό-

(7) Quam dire a vero aberrarit Manes, et quæ monstra, non placita, ejus asseclæ jactitarint, hic nostrum non est expendere; ea enim omnia possunt videri in Augustino, præcipue in lib. I *De hæres.*, atque alibi, necnon in cæteris Patribus qui ea refutarunt. Animadvertendum tamen hic censuimus Manetem a veteri Platonicorum philosophia hausisse, animas post corporis mortem in lunam avolare, postquam fati lege ad tempus vagatæ fuerint in ea regione quæ terram et lunam interjacet. Hac de re videndus Plutarchus in lib. *De facie in orbe lunæ*, qui referens omnia Platonicorum somnia auctor est nonnullos Elysios in luna æque ac Tartarum statuisse. Qui contulerit Plutarchi librum, et Manichæorum hæc de re commenta, videbit sane hos nihil proprio censu protulisse, verum somniantium deliriis victas omnino manus dedisse.

(8) Plutarchus ubi supra memorat a Platone non solem, verum terram dici instrumentum temporis dimetiendi, ex quo latius patet melius Platonem sensisse de terra quam cæteros philosophos, cum καὶ φύλακα, καὶ δημιουργὸν αὐτὴν ἀτρεκῆ νυκτὸς καὶ ἡμέρας προσεῖπε, *et custodem et verucem ipsam artificem noctis dieique dixit.* Idem sensit et Empedocles qui ait:

Νὺξ τὰ γαῖα τίθηται, ὑφισταμένη φαέεσσι.
Noctem terra facit, dum lucem intercipit almam.

τος ἐκάλεσε νύκτα, » καὶ τάδε φησί· « Καὶ νῦν μὲν μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου γένεσιν ἡμέρα ἐστὶν ὁ ὑπὸ ἡλίου πεφωτισμένος ἀὴρ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ λάμποντος· καὶ νὺξ σκίασμα γῆς ἀπεκρυπτομένου ἡλίου γινόμενον.

illuminatur, nox vero est terræ umbra, quæ ab sole abscondito fit. »

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι μὴ τοῦ ἡλίου τὴν γῆν ὑποτρέχοντος οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἀφεγγὴς ὁ ἀὴρ, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τοῦτο γνωσόμεθα. Ἐν Βρεταννίᾳ μὲν τῇ νήσῳ ὀκτὼ καὶ δεκάωρος μὲν ἡ ἡμέρα ἐστὶν, ἑξάωρος δὲ ἡ νύξ· καὶ οὐ μόνον ἑξάωρος, ἀλλὰ καὶ τὸ σκότος αὐτῆς οὐ πάνυ βαθύ, τοιοῦτον δὲ εἰπεῖν, ὁποῖόν ἐστι τὸ παρὰ ἡμῖν λεγόμενον λυκόφωτον· ἐμπίπτουσι γὰρ αὐτοῖς αὐγαὶ τοῦ ἡλίου. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι κἀν ταῖς νυξὶν αὐταῖς ὁ ἥλιος ἔγγιστα περιστρέφεται, διὰ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ μέρος ὑπὸ γῆν καταδύεσθαι, καὶ οἵ γε τῶν Βρεττανῶν ὀξυδερκέστατοι σαφῶς ὁρῶσι κατὰ τὴν νύκτα, καὶ μικροῦ πάντα τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλαμβάνουσι. Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὡς εἴγε καὶ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κλίματι οὐχ ὑπὸ γῆν ὁ ἥλιος διεδύων ἦν, ἀλλ' ἔγγιστά που κἀνταῦθα περιεστρέφετο, ἡ νὺξ ἀληθῶς οὐχ ἡ νὺξ ἦν, οὐδὲ πάνυ βαθὺ τὸ σκότος αὐτῆς, ἀλλὰ τοιοῦτον, ὁποῖον ἦδη ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν, ἅτε τῆς γῆς οὐμενοῦν ἀντιφραττούσης ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι παντάπασιν· ἡ γὰρ νὺξ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ σκίασμα γῆς, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. Τοῦ γοῦν ἡλίου μὴ τὴν γῆν ὑποτρέχοντος, ἀλλ' ἔγγιστα περιστρεφομένου, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, βαθεῖαν γίνεσθαι νύκτα πάντως ἀμήχανον. Ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ἡμίτομος ὁ οὐρανὸς, καὶ τοῦτο μόνον τὸ φαινόμενον ἄνωθεν κατὰ τὸ προφητικὸν δῆθεν ῥητὸν τὸ λέγον· « Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, » δηλοῦσι μὲν καὶ τὰ διαληφθέντα σαφῶς, οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καταμαθεῖν καὶ ἐκ τῶν διαλεχθησομένων ῥᾴδιον τοῖς προσέχουσιν. Ἐν γὰρ τῷ διαληφθέντι κεφαλαίῳ καὶ τάδε κατὰ λέξιν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης διέξεισιν· « Ἔχει ὁ οὐρανὸς μοίρας τριακοσίας ἑξήκοντα, τὸ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὡσαύτως μοίρας ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. » Ὅτι δὲ σφαιροειδὴς ὁ οὐρανὸς, καὶ αὐτὸς ὁ Συναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος σαφέστατα ἔδειξεν· ἐν δὲ τῷ εἰς τὸν Ἑξαήμερον λόγῳ αὐτοῦ, ἐν ᾧ τὰ κατὰ Θεὸν ὑπὲρ φύσιν καὶ τέχνης ἀκολουθίαν δείκνυσι, καὶ τάδε φησίν· « Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, δηλονότι τὴν σφαῖραν, εἶτα τὴν γῆν, τουτέστι τὸ κέντρον. » Ἢ γὰρ ἔδει τἀνάπαλιν εἰπεῖν· « Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν, ἤτοι τὸ κέντρον, καὶ τότε τὴν σφαῖραν. » Εἰ μὴ γὰρ τὸ κέντρον πηχθῇ, οὐκ ἂν ὁ ἐνιαυτοῦ περιγράφηται κύκλος. Τὰ αὐτὰ δὲ περὶ οὐρανοῦ καὶ ὁ τὰ θεῖα πρότερον σοφὸς Ὠριγένης δέδωσι σαφῶς ἡμῖν ἐννοεῖν. Ἐντρέπων γὰρ τοὺς παχυμερῶς ἐπερχομένους τὰ τῆς

Hæc autem ita sese habere, et quod minime subter terram sol non currat, aerem non omnino obscurum esse, vel ex ipsis rebus cognoverimus. In insula Britannia (9) decem et octo horarum dies est, sex horarum vero nox; et non solum sex horarum, sed ipsius tenebræ non omnino profundæ, scilicet quale est, quod a nobis dicitur crepusculum: solis enim fulgores in eos cadunt. Cur? Quia ipsa quoque nocte sol proxime circumfertur, propterea quod pars ipsius brevissima sub terra occultitur, et Britannorum perspicacissimi nostra clare vident, et fere omnia oculis discernunt. Hinc ergo edisces, quod, si in nostro tantum climate, et non sub terra sol transiret, sed prope hinc et illinc circumferretur, nox profecto nox non esset, neque omnino profundæ ipsius tenebræ, sed ejusmodi, quales præcedens sermo demonstravit; siquidem terra universis solaribus radiis nequaquam opponeretur. Nox enim nihil aliud est quam terræ umbra, ut ait magnus Basilius. Sole siquidem minime infra terram, sed prope ipsam circumeunte, ut supra dictum est, profundam fieri noctem omnino impossibile. Cœlum autem semisectum non esse, neque hoc solum, quod desuper apparet, juxta videlicet prophetæ dictum: « Qui suspendit cœlum quasi fornicem, » dilucide, quæ dicta sunt, manifestant. Non minus vero ea, quæ ad hoc spectant, ex adducendis animum intendentibus perdiscere facile est. In laudato namque capite hæc hisce iisdem verbis Damascenus Joannes disserit: « Ter centum et sexaginta habet partes cœlum, centum octoginta hemisphærium super terram, et quod sub terra est pariter centum octoginta. » Divinus quoque Anastasius Synaita cœlum in similitudinem sphæræ esse manifestissime ostendit in suo sermone in Hexaemeron, in quo, quæ a Deo sunt, supra naturam et artis rationem esse demonstrat, et ita infit: « Creavit Deus cœlum, hoc est sphæram, primum, deinde terram, centrum scilicet. » Vel enim iterum dixisse oportebat: « Fecit Deus terram, et cœlum, centrum videlicet, et tunc sphæram. » Nisi enim centrum fixum esset, non utique anni circulus circumscriberetur. Eadem autem de cœlo et divina antea sapiens Origenes nobis dat aperte intelligere; evertens enim, qui illotis manibus accedunt ad enarrandam Scripturam, et exinde humana forma præditum Deum putant, et hæc cæteris addidit: « Quomodo rotun-

(9) Quivis dierum noctiumque vices, atque earum causas expenderit, noverit hic Glycam nostrum de solstitio æstivo loqui, quo tempore Britannia diuturno solis aspectu gaudet, ac pene noctem nescit, cum nec longius absit ab iis populis qui in maxime obliqua sphæra positi, a Plinio lib. IV, cap. 12, referuntur, quasi qui « serant matutinis, meridie metant, occidente sole fœtus arborum decerpant, noctibus in specus condantur. » Londini revera maximus dies, qui fit undecima mensis Junii, fere decem et novem horis constat, ac tunc temporis crepusculum pro nocte habetur, ea scilicet dubia lux, quæ ex refractione radiorum solarium in atmosphæra exoritur, donec sol decimum octavum gradum sub horizonte attigerit, ut peritiores astronomi autumarunt. De crepusculis, ac de methodo expendendæ longioris, breviorisque creperæ Lucis vid. KELL., dissert. 20.

dum semperque mobile cœlum sedes Dei esse potest? » Si autem hæc ita se habent, ut præcedens sermo demonstravit, ne amplius repugnes, neque hujusmodi divinæ Scripturæ testimonia afferas; a supra enim laudato Apostoli dicto: « Quod fixit Dominus, et non homo, » nihil aliud significatum existima, quam certam cœli productionem, et constitutionem, et perpetuam illius conjunctionem, et concentum: nam si immobile esset cœlum propter firmitatem, qua a Deo fixum fuisse dicitur, lunam quoque in eodem loco manere, non semper mobilem esse, oportebat; siquidem fundamentis ædificaverat firmis: « Lunam enim, dicit, et stellas, quas tu fundasti. »

Γραφῆς, κἀνταῦθεν τὸ Θεῖον ὁξάζοντας ἀνθρωπόμορφον, καὶ τάδε πρὸς τοὺς ἄλλους ἔλεγε· « Πῶς δὲ ὁ σφαιρικὸς ὁ οὐρανὸς καὶ ἀεικινούμενος θρόνος δύναται εἶναι τοῦ Θεοῦ; » Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καθὰ καὶ ἆρτι φθάσας ὁ λόγος ἀπέδειξε, μὴ ἐπὶ πλέον ἀντίπιπτε, μηδὲ Γραφικὰς τοιαύτας μαρτυρίας παρείσαγε· ἀπὸ τοῦ διαληφθέντος γὰρ ἄνωθεν ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, « Ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, » μηδέν τι ἕτερον αἰνίττεσθαι νόμιζε ἢ τὴν ἀσφαλῆ τοῦ οὐρανοῦ παραγωγήν τε καὶ σύστασιν, καὶ τὴν εἰς αἰῶνας αὐτοῦ συνοχὴν καὶ συγχρότησιν. Εἰ γὰρ ἀκίνητος ἦν ὁ οὐρανὸς διάγε τὴν πῆξιν, ἣν λέγεται πεχθῆναι παρὰ Κυρίου, ἴδοι πάντως καὶ τὴν σελήνην ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένειν, οὐ μὴν ἀεικίνητον εἶναι, ἅτε θεμελίοις ἐπῳκοδόμησεν στερρόις· « Σελήνην γάρ, φησὶν, καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. »

Ex his ergo omnibus edisce, o sacrum caput, non sine consilio ab aurea verba fundente divinoque Joanne de his disputatum esse. Nisi enim hoc esset, nonne laudatis sanctis Patribus adversans crederetur? Impossibile quippe est ad invicem aliter unquam sentire, prout mihi videtur, qui in uno eodemque Spiritu locuti sunt.

Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ὦ ἱερὰ κεφαλή, ὅτι καν' οἰκονομίαν τῷ χρυσορρήμονι καὶ θείῳ Ἰωάννῃ τὰ περὶ τούτων ἐκτέθειται. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τοῖς διαληφθεῖσιν ἁγίοις Πατράσιν ἀντιπίπτων ἐφαίνετο; Ἀμήχανον γὰρ πρὸς ἀλλήλους ἄλλως πως ἐναντιοῦσθαι καθά γέ τε ὡς τὸ δοκοῦν ἐμοὶ, τοὺς ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ λαλήσαντας Πνεύματι.

EPISTOLA XII.

Adhuc et hoc quæritur, cum Deus prima die lucem creaverit, qua de causa die quarta luminaria condiderit (10).

Aurea verba fundens et divinus Joannes in quinta ipsius in Hexaemeron homilia Mosaicum dictum enarrans quod ait: « Et fecit Deus luminaria magna, » non parvi momenti contradictionem inducere videtur. Neque enim accuratius in hujusmodi rationibus immorari voluit; cum opportunitate temporis pari passu gradiens, ut videtur, sicuti etiam alias hoc fecisse repertus est, despicit, aliquando enim sedulitati parcit divinus hic vir. Nisi enim hoc esset, nullo modo ad verbum sic dicere visus esset, elementum hoc, scilicet solem quarta die conditum, ad hoc productum fuisse, ut lucidiorem faceret diem. Attende igitur: hinc enim apparet, aliud fuisse quod prima die productum est lumen, et aliud solem istum, qui quarta die conditus est; primamque illam lucem subobscuriorem fuisse ea, quæ die quarta producta est. Hoc tamen omnino verum non est. Tunc enim ipsa producta est lucis essentia; ait enim: « Dixit Deus, Fiat lux, et facta est lux; » quarta vero non lux,

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΒ'.

Ὅτι καὶ τοῦτο ἠπόρηται, εἰ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν παρήγαγε τὸ φῶς ὁ Θεὸς, τίνος ἕνεκεν κατὰ τὴν τετάρτην τοὺς φωστῆρας ἐδημιούργησε.

Ὁ μὲν οὖν χρυσορρήμων καὶ θεῖος Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον πέμπτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ τὸ Μωσαϊκὸν ῥητὸν ἐπεξηγούμενος τὸ λέγον· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους, » ἀντιλογίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρεισάγειν δοκεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἀκριβέστερον τοῖς περὶ τούτου λόγοις ἐνδιατρῖψαι ἐθέλησε· τῷ καιρῷ συγκαταβαίνων, ὡς ἔοικεν, καθὰ δὴ καὶ ἀλλαχοῦ τοῦτο ποιῶν εὑρηται, καταφρονεῖ· καὶ γὰρ ἔστιν ὅτε τῆς ἀκριβείας οἰκονομικὸς ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτολεξεὶ λέγων οὕτως ἐφαίνετο· « Τὸ στοιχεῖον τοῦτο, τουτέστιν, ὁ κατὰ τὴν τετάρτην δημιουργηθεὶς ἥλιος, ἐπὶ τούτῳ παρήχθη, ἵνα λαμπροτέραν ποιῇ τὴν ἡμέραν. » Πρόσεχε οὖν· φαίνεται γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι ἄλλο ἦν ἐκεῖνο τὸ κατὰ τὴν πρώτην παραχθὲν φῶς, καὶ ἕτερον οὗτος ὁ κατὰ τὴν τετάρτην δημιουργηθεὶς ἥλιος· καὶ ὅτι τὸ πρῶτον ἐκεῖνο τοῦ κατὰ τὴν τετάρτην παραχθέντος ἀμυδρότερον ἦν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ παρήχθη τοῦ φωτὸς ἡ οὐσία· « Καὶ εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, »

(10) Quæ quantaque dixerint tum veteres, tum recentiores philosophi de lucis ac solis natura, omnibus iis compertum sane est, qui vel ab ipso limine physicas facultates salutarint, earumque historiam vel cursim perlegerint. Newtoni dogmatibus adhærentes, quibus lux idem est ac « qualitas specifica, qua nobis corpora conspicienda objiciuntur, sol vero igneus globus, a quo continuo emanant radii lucis ad nos usque pervenientes perquam ocius, » innumera et in hac disputatione invenient quæ reprehendant. Newtono et nos ipsi studemus: ob id tamen non vetamur quin et aliorum hypotheticas sententias expendamus. Quapropter invidiæ notam, credo, fugiam, si dixero non injucundam omnino, nec futilem hypothesim Wallerii, quam validis rationum momentis statuit de origine mundi, quaque contendit Mosem statis naturæ legibus locutum cum universi historiam conscripsit, adeoque quamplurimos somnia et monstra de mundi origine protulisse, eo quia a Genesi descivere, ac proinde et ab ipsa natura.

κατὰ δὲ τὴν τετάρτην οὐ φῶς, ἀλλὰ φωτοδόχα μόνον, ἀγγεῖα παρήχθησαν εἰς ὑποδοχὴν ἐκείνου τοῦ πρώτου φωτός.

and solum lucis capacia vasa ad excipiendam primam illam lucem producta fuere.

Πρόσσχες, εἰ βούλει, καὶ ταῖς τῶν λοιπῶν Πατρῶν φωναῖς, καὶ μάθοις ἐκεῖθεν εὐχερῶς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἐν πρώτοις τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἰουστίνου ἄκουε, περί τε τοῦ φωτὸς ἐκείνου τοῦ πρώτου, καὶ τῶν κατὰ τὴν τετάρτην παραχθέντων φωστήρων καὶ τάδε διεξιόντος· « Πάλαι μὲν ὅλον δι' ὅλου τὸ φῶς τῷ ἀέρι περιεχυμένον, οὔτε κίνησιν ὁμαλὴν διέτρεχεν, οὔτε τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα διῴριζεν· ἀλλὰ συστελλόμενον τῇ νυκτὶ τὴν πάροδον ἐδίδου, ὥστε παντὸς ἀληθέστερον ἕτερον μὲν εἶναι τὸ φῶς, ἕτερον δὲ τὸ ἡλιακὸν σῶμα τὸ τοῦτο δεξάμενον. Μὴ γάρ μοι τὸν ἥλιον φωτὸς ἕτερον παρὰ τὸ πρῶτον γενόμενον νόμιζε. Οὐ γὰρ ὡς ἐλλείποντος τοῦ πρώτου πρὸς τὸν τοῦ παντὸς φωτισμὸν ὁ ἥλιος γέγονε τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶν. Ἓν τοίνυν ἐστὶ τὸ φῶς τὸ ἀρχέγονον· ὁ δὲ ἥλιος σῶμα τούτῳ κατεσκευάσθη, ἐφ' οὗ συναιρεθὲν τὸ φῶς πανταχοῦ τὴν ἀρχὴν κεχυμένον ἐποχεῖται. Τοῦτο καὶ τῶν ὡρῶν ἡμῖν τῆς ἡμέρας τὸν δρόμον διὰ τοῦ σώματος ἀμίμπτως ἀποπληροῖ. » Καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἰουστίνου τοιαῦτα. Ὁ δὲ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὴν καινὴν Κυριακὴν λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε περὶ τούτου διέξεισι· « Τοῖς μὲν οὖν ἀϊδίοις αὐτός ἐστι φῶς καὶ οὐκ ἄλλο· τί γὰρ ἕδει φωτὸς δευτέρου τοῖς τὸ μέγιστον ἔχουσι; Τοῖς κάτω δὲ καὶ περὶ ἡμᾶς πρώτην ἐκλάμπει τὴν τοῦ φωτὸς τούτου δύναμιν. Καὶ τοῦτο οὐκ ὀργανικὸν ἀπ' ἀρχῆς ἀναδείξας, οὐδὲ ἡλιακὸν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ἀσώματον καὶ ἀνήλιον· ὑπεστὰ δὲ καὶ ἡλίῳ δοθὲν, ὥστε καταφωτίζειν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. » Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι τὸ ποιοῦν τὴν ἡμέραν πρὸ τῆς τετάρτης ἐκεῖνο ἦν τὸ κατὰ τὴν τετάρτην ἐμβληθὲν τῷ ἡλιακῷ δίσκῳ τοῦ καταφωτίζειν διὰ τοῦτον τὰ σύμπαντα.

Attende, si lubet, etiam reliquorum sanctorum Patrum vocibus, et exinde facile disces veritatem. Atque in primis philosophum ac martyrem Justinum audi, et de prima illa luce, et de in die quarta productis luminaribus ita sane disserentem : « Primitus namque lumen omnino totum in aere diffusum, neque æquabilem tenuit cursum, neque dei certum designavit spatium : contractum vero, nocti aditum dedit ; ita ut verum plane sit aliud esse lumen, et aliud quod lumen ipsum complectitur, solare corpus (11). » Nec mihi solem lucem aliam quam principem illam factam esse existimes ; non enim, tanquam primaria illa ad universitatis illuminationem non sufficiente, sol conditus est, ut defunctum suppleret. Unum est igitur originarium lumen : sol autem corpus ipsi effectum, in quo lumen contractum ubique prorsus locorum jam inde ab initio diffusum feratur. Hoc etiam per corpus id horarum diei cursum absolute perficit. » Atque hæc sane Justinus. Magnus vero Gregorius Theologus in suâ in novam Dominicam oratione hoc hisce verbis explanat : « Æternis igitur nullum aliud lumen quam seipsum præbuit. Quid enim secundo lumine opus iis erat, qui maximum habebant ? Inferioribus autem atque humanis primam hujus luminis vim protulit. Nec vero id organicum a principio, nec, mea quidem sententia, solare protulit, verum incorporeum (12) et solis expers ; sed postea ad orbem terrarum illustrandum soli traditum est. » Patet igitur exinde quod ea lux diem conficiens ante diem quartam eadem erat ac quæ die quarta injecta est solari disco, ut per hunc omnia illustraret.

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι τὸ φῶς ἐκεῖνο πολλῷ λαμπρότερον ἦν τοῦ σήμερον ἡμᾶς κατανγά-

Quod vero hæc ita se habeant, et quod illa lux multo splendidior esset ea (13) quæ nos hodie illu-

(11) Videtur hic Justinum pene sentire cum Aristotele qui lucem quid incorporeum autumavit, et discretum a corpore ; cum dixisset enim eam neque esse ἀπορρύην σώματος οὐδενός, *defluxum corporis alicujus*, definiens quidnam lux sit in lucido corpore, lucem esse τὴν ἐνέργειαν τοῦ διαφανοῦς, ᾗ διαφανές, scilicet *actionem perspicui, qua perspicuum est.* Newtoni tamen asseclæ, qui in omnibus expendendis analytico fere more utuntur, adeoque rectissime quæque severe ad trutinam revocant, sententiam hanc respuere conati sunt, nec immerito, uti et alias quæ certioribus experimentis pugnant. Mirum ideirco Wallerium nonnihil ab eis recessisse ; is enim volens naturam solis exponere ait : « Non sane sol est corpus ignitum atque adurens, verum lumine donatum et perquam simplex ; pars ipsa lucis, quam Deus prima die condidit, particulis tenuissimis constans, ingenti ineffabilique celeritate donatis et maxima energia, quæ omnia unam lucem decent, et a quibus omne lumen, quivis terrestris motus, omnimodique corporum vices et vigor pendent. » Cui vacat adeat philosophi hujusce opus nec inelegans nec invenustum.

(12) Apparet Theologum de uno lucis accidente loqui, vocareque ἀσώματον καὶ ἀνήλιον, quod Pseudo-Dionysius ἀσχημάτιστον dixit, ubi formam, uti scholastici aiunt, pro subjecto posuit. Et verba ipsius, quæ ad rem utique faciunt : Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ φῶς, εἰ καὶ τότε ἀσχημάτιστον ἦν, ὥσπερ ὁ θεῖος ἔφη Μωσῆς, καὶ οὐ τὴν ἐκείνην ὁρίζεται τὴν πρώτην τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμερῶν τριάδα. Scilicet : « Lux enim ea est, etsi tum forma certi corporis carebat, quam divinus ille Moses, primos illos etiam tres dies nostros definivisse ac distinxisse commemorat. »

(13) Etiam Latini Patres in ea fuerunt sententia, Deum lucem prius veluti accidentem sine subjecto creasse, attamen non lucidiores primos tres dies fuisse autumarunt, imo obtusiores. Tertullianus enim adversus Hermogenem ait : Deum sane condidisse lucem et expulisse tenebras, « non statim vero lumen splendore solis implesse, et tenebras solatio lunæ temperasse. » D. Ambrosius vero ut hanc lucis a sole separationem probabiliorem indicet, testem adhibet quotidianam experientiam, qua dies solem antecedit et sequitur ; et Augustinus, lib. 1 *De Gen. ad litt.*, c. 11, ait : « Potest et hoc dici auctum esse fulgorem diei solo addito, ut per

minat, aperte sane ostendit et Theodoretus de hac ipsa luce dicens : « Quod distribuit parva et magna luminaria, ut convenientem oculis animalium splendorem redderet ; ni enim id factum esset, nec oculos habentia animalia lucis excessum ferre potuissent. » Neque aliter vero et ipse magnus Basilius de hoc ita disserens loquitur : « Pulcher utique sol est, scilicet solaris discus, in quo, veluti in quadam lucerna primigeniam hanc lucem reposuit, pulchre sane et aptissima symmetria. Neque enim ipsius tenuitate ignis egreditur, et omnia adurit, neque ipsius crassitudine obtusiorem ad nos suam transmittit energiam. » Hoc idem et propheta Isaias subobscure aperiebat dicens : « Tunc lumen lunæ erit ut lumen solis, et lumen solis erit septuplum (14). « Ademptis enim et obscuratis ipsis discis, quoniam juxta evangelicam vocem, « tunc temporis astra concident, » talis necessario erit illa lux primigenia et pulchritudine quidem, et splendore, qualem ipse produxit a principio conditor omnium Deus. Si enim innovari omnia decet juxta maximum Paulum dicentem : « Exspectatio namque creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat, » consequens erit et lumen solis innovationem quamdam accepturam, et antiquum splendorem sumpturam. Nisi enim hoc esset, nunquam propheta diceret, solis lucem septuplam fore. Quod vero hæc ita se habeant, et quod luminaria non lucem, sed discos ipsos dicat, quod die quarta condidit, ut iis primigenia illa lux veluti lampadibus excipereC tur, et illustraret terram, et ab ipso magno Basilio pertractatum est de hoc apertius loquente ; in sexta enim sua in Hexaemeron homilia ita infit : « Tunc enim ipsa natura lucis producta est ; nunc autem hoc solis corpus ea conditum est, ut illi primogenitæ luci vehiculum esset. Nam ut alia diversaque sunt et non eadem ignis et lucerna, et ignis quidem illuminandi vim obtinet, lucerna vero ideirco facta est, ut egentibus moderatam lucem præbeat, sic et illi purissimæ, sinceræ immaterialique luci ceu vehiculum nunc ipsa luminaria sunt exstructa. » Et divinissimus Joannes Damascenus in vicesimo primo suorum dogmaticorum capitum et de hac ipsa luce et de luminaribus disseruit : dicit enim quod luminare idem non est ac ipsa lux, sed « ReD ceptaculum lucis, in quo primigeniam hanc lucem Deus imposuit. » Et hi quidem sic. Divinissimus

illam lucem minus fulgens dies, quam nunc est, fuisse credatur. » Quæ omnia infirmant tum Glycæ nostri, tum Theodoreti sententiam.

(14) Varias in sententias iere Scripturarum interpretes, et Patres hoc Isaiæ effatum expendentes; nemo tamen, quod sciam, sic detorsit ut noster Glycas. Si historiam inspiceamus, cui potissimum studendum est ut rite germanus sensus divini textus eruatur, propheta Judæos arguens quod contra præceptum Domini, diruta jam Hierosolyma per Nabuchodonosorem, et occiso Godolia, ut habetur Jeremiæ, XLII XLIII et XLIV, fugerent in Ægyptum, promittit, cum resipuerint, Deum ipsis maximam daturum lætitiam, atque Scripturarum more ait quod

A ζοντος, ἐδήλωσε μὲν καὶ ὁ Θεοδώρητος περὶ τοῦ τοιούτου φωτὸς εἰπών· « Ὅτι διανεμηθὲν εἰς τοὺς μικροὺς καὶ μεγάλους φωστῆρας, σύμμετρον τῇ ὄψει τῶν ζώων ἀφῆσιν αἴγλην· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο γέγονεν, οὐκ ἂν ὀφθαλμοὺς ἔχοντα τὰ ζῶα τὴν ὑπερβολὴν τοῦ φωτὸς ἤνεγκεν. » Οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Βασίλειος περὶ τούτου καὶ τάδε διεξιών· « Καλὸς μὲν οὖν ἐστιν ὁ ἥλιος, τουτέστιν ὁ δίσκος ὁ ἡλιακὸς, ἐν ᾧ ὥσπερ λύχνῳ τινὶ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο ἐναπέθετο φῶς καλῶς, καὶ διὰ τὴν συμμετρίαν αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ διὰ τὴν αὐτοῦ λεπτότητα τὸ πῦρ παρεξέρχεται καὶ καταφλέγει πάντα, οὔτε διὰ τὴν αὐτοῦ παχύτητα ἀμβλυτέραν πρὸς ἡμᾶς τὴν αὐτοῦ παραπέμπει ἐνέργειαν. « Αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἠνίσσετο εἰπών· « Τότε ἔσται τὸ φῶς τῆς σελήνης ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον. » Περιαιρεθέντων γὰρ καὶ ἐπιπροσθούντων αὐτῶν δίσκων, κατὰ γὰρ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν « τὰ ἄστρα τότε πεσοῦνται, » τοιοῦτον ἐξ ἀνάγκης ἔσται τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς ἐπὶ κάλλει τε καὶ λαμπρότητι μὲν, ὁποῖον αὐτὸς παρήγαγε κατ' ἀρχὰς ὁ δημιουργὸς πάντων Θεός. Εἰ γὰρ ἀνακαινισθῆναι τὰ πάντα μέλλουσι κατὰ τὸν παμμέγιστον Παῦλον λέγοντα· « Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται, » ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἀνακαινισμόν τινα δέξασθαι, καὶ τὴν πρὶν ἀναλαβέσθαι λαμπρότητα. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ προφήτης ἔλεγε τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἑπταπλάσιον ἔσεσθαι. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι φωστῆρας οὐ τὸ φῶς, ἀλλὰ τοὺς δίσκους αὐτοὺς λέγει, οὓς ἐδημιούργησε κατὰ τὴν τετάρτην, ὥστε τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς αὐτοῖς ὥσπερ λύχνοις ἐποχεῖσθαι καὶ φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αὐτῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ διείληπται περὶ τούτου τρανότερον· ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐτοῦ ἕκτῃ ὁμιλίᾳ καὶ τάδε φησί· « Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη, νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ, καὶ ἄλλο ὁ λύχνος, τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ παραφαίνειν τοῖς δεομένοις πεποιημένον, οὕτω καὶ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ ἀΰλῳ φωτὶ ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν. » Καὶ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν δογματικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων περί τε τοῦ φωτὸς ἐκείνου καὶ τῶν φωστήρων διέξεισι· λέγει γὰρ καὶ

B

D

sol et luna tunc temporis pene gestientes septuplo clarius eis spleadere videbuntur. Sic Esther II, dicitur « lux et sol ortus est ; » et cap. VIII, « Judæis nova lux oriri visa est » liberatis ab impio Aman, etc. Si vero velimus cum Patribus ac præcipue cum Hieronymo rem altius inquirere, dicemus Isaiæ dictum illi utique tempori aptandum, in quo vasibus iræ confractis ad interitum, divina majestas per clariorem totius machinæ cœlestis illuminationem, æternum magis splendebit, id quod ex integro contexto liquido satis appareat ; subdit enim propheta id futurum « in die qua alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagæ eius sanaverit (cap. XXX, vers. 26). »

ὅτι φωστὴρ οὐκ αὐτὸ τὸ φῶς ἐστιν, ἀλλὰ « φωτὸς ἄγγελον, ἐν ᾧ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς ὁ Θεὸς ἐναπίθετο. » Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως· ὁ δὲ θειότατος Ἀναστάσιος ὑψηλότερον ἐκλαμβάνων αὐτά τε περὶ τοῦ φωτὸς ἐκείνου, καὶ τὰ περὶ τοῦ ἡλιακοῦ δίσκου, καὶ τάδε φησίν· « Ἐπειδὴ γὰρ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ Λόγος, ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν τοῦ ἀναιτίου, φῶς εἶναι καὶ τὸ παράδειγμα βούλομαι τῆς ἑνώσεως. Νοείσθω τοίνυν ὁ Λόγος φῶς εἶναι τὸ ἀρχέγονον, ὃ πρώτῃ φωνῇ τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ τοῦ Λόγου γεγένηται· σῶμα δὲ ἡλιακὸν τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον, ᾧ κατ' ἀπόῤῥητον ὁ Λόγος ἡνώθη. » Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἄκουε συμφωνοῦντος τοῖς προειρημένοις καὶ λέγοντος· « Αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. » Τοὺς φωστῆρας γὰρ ἔοικε προφανῶς καὶ λέγειν, καὶ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς τὸ κατὰ τὴν τετάρτην αὐτοῖς ἐμβληθὲν, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.

A vero Anastasius altius desumens et ea quæ ad lucem illam, et ea quæ ad solarem discum spectant, ita inquit : « Quia enim Verbum, ipsum lumen in mundum venit, quod e lumine, cujus causa alia non exstat, reluxit, lumen quoque exemplum unionis istius esse volo. Consideret ergo mente sua ratio, originariam esse lucem, quam prima voce Deus per Verbum ipsum creavit : corpus autem solis, corpus humanum, cui inenarrabili ratione Verbum sit unitum. » Præterea audi et beatum David ita prædictis concinentem ac dicentem : « Laudate eum omnes stellæ et lumen. » Luminaria enim videtur aperte dicere, et de primigenia illa luce loqui, quæ die quarta ipsis injecta est, ut lucerent super terram.

Μηκέτι λοιπὸν ἀντίπιπτε, μηδὲ τὸν χρυσορρήμονα Ἰωάννην ἀπερισκέπτως ἐντεῦθεν παράγαγε, εἴπερ οἰκονομικῶς τὰ ἐκείνου, ὡς προείπομεν, ἐσκεδίασται· μηδὲ τούτου τοῦ φαίνοντος τοῦ ἡλίου ἄνευ ἡμέραν λέγε συνίστασθαι. Τῷ θειοτάτῳ γὰρ Ἰωάννῃ ἑπόμενος αὐτὸς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ περὶ τούτου σαφῶς οὕτω διέξεισι λέγων· « Καὶ νῦν μὲν μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου γένεσιν ἡμέρα ἐστὶν ὁ ὑπὸ ἡλίου πεφωτισμένος ἀὴρ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ λάμποντος, καὶ νὺξ σκίασμα γῆς ἀποκρυπτομένου ἡλίου γινόμενον. Τότε δὲ οὐ κατὰ κίνησιν ἡλιακὴν, ἀλλ' ἀναχεομένου τοῦ πρωτογόνου φωτὸς ἐκείνου, καὶ πάλιν συστελλομένου κατὰ τὸ ὁρισθὲν μέτρον παρὰ Θεοῦ, ἡμέρα ἐγένετο καὶ νὺξ ἀντεπήρχετο. Καὶ ἐγένετο γάρ, φησὶν, ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία. » Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὸ ποιοῦν τὴν ἡμέραν καὶ πρώτης καὶ τετάρτης, καὶ μετὰ τὴν τετάρτην ἐκεῖνό ἐστι τὸ πρωτόγονον φῶς· ἀνήλιον μὲν πρότερον, ὕστερον δὲ καὶ ἡλίῳ δοθὲν, ὡς πολλάκις ἄνω διείληπται.

B Ne amplius igitur de cætero contra innitaris, neve aurea fundentem verba Joannem inconsiderate inde traducas, siquidem non sine consilio, ut antea innuimus, hæc explicata fuere ; neque sine hoc apparente sole diem effici dicas : divinissimo enim Joanni consentiens ipse magnus Basilius, ita hoc liquido explanat dicens : « Nunc quidem ex illo tum dies post solem factum, is aer est, quem sol ipse illuminat in nostro dum est hemisphærio supra terram relucens, et nox, umbra est terræ, quæ diei sole se occultante succedit. Tunc vero fiebat dies, cui cedenti nox vicissim succedebat, non quidem secundum motionem solis, sed primigenia illa luce suum splendorem diffundente, seque rursus contrahente, idque pro mensura a C Deo definita (15). Et facta est, inquit, vespera, et factus est mane dies unus. » Exinde ergo percipe quod quæ fecit diem, ea est ipsa primigenia lux quæ et in primo, et in quarto, et post quartum ; antea quidem sine solo, postea vero indita soli, ut ex pluribus superius allatis demonstratum est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. — Εἰ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ὁ ἡμέτερος ἔκτισται νοῦς, πῶς ἐν τῷ μὲν συνετὸς ὁ τοιοῦτός ἐστιν, ἐν τῷ δὲ ἀσύνετος, καὶ τίνος ἕνεκεν εἴδει καὶ ἡλικίᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς πρὸς ἀλλήλους διενηνόχασιν ἅπαντες.

Ὅτι μὲν οὖν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ὁ ἡμέτερος

EPISTOLA XIII.

Admodum venerando monacho domno Esaiæ. — Si secundum Dei imaginem mens nostra creata sit, quomodo eadem in altero quidem intelligens est, in altero vero non intelligens ; et qua de causa forma, ætate cæterisque rebus omnes differunt inter se (16).

Quod sane ad imaginem Dei mens nostra creata

(15) Præstat audire Marium Victorem, qui lib. I in Genesim opera Conditoris enarrans perquam D mira, ita de primæ lucis exortu locutus

. . . . cum lux immissa superne
Emicuit, dicente Deo, discretaque nigrum
Umbra peplum retrahens summo discessit Olympo.
Tum divina diem appellans prudentia lucem
Iudidit, et tenebris obscuræ nomina noctis.
Sic facta una dies de mane ac vespere primo.

Sic quartæ diei opus exponens canit :

Jam tribus exactis motu succensa citato,
In flammas, ignisque globum se cogere jussa est
Solis prima dies, fundutaque semina lucis
Puniceos roseo sparserunt fomite crines.

Quod vero ad ea quæ Moses protulit Deum luminaria condidisse ut *sint in signa, et tempora*, etc., animadvertendum idem sensisse et Aratum in Apparentiis vers. 10, ubi ait :

Αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.
Ipse enim signa in cœlo firmavit,
Sidera dispertitus : providit verò ad annum
Stellas, quæ potissimum faciunda indicarent
Hominibus temporum, quo stata cuncta nascerentur.

Vel ut Eugubinus lib. VII *Philosophiæ* cap. 14, metrice vertit :

Ille quidem cœlo defixit signa superno
Partitis astris, stellas providit in annum,
Quæ tempestates homines et signa docerent,
Ut firma in terris essent certo ordine cuncta.

(16) Ab instituto nostro omnino profecto recederemus, si omnia quæ antiquitus philosophi de ani-

fuit, et quod ille divinus afflatus animam nostram intellectualem mirum condidit in modum, a nemine omnium ignoratur. « Inspiravit enim, scriptum est, in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem (17). » Ex eoque primum tempore conveniens quidem erat, ut homo pari conviveret dignitate, ut fere angelus, itaque inter hunc et illum nihil plane discriminis intercederet. Sed postquam Factoris obliti, quæ nostram exsuperabant (18) naturam, mente concepimus, atque inde angelica illa conditione indigni deprehensi fuimus, ex eo tempore jure meritoque infelices naturalibus necessitatibus fuimus obstricti, ut hinc nos male affecti, peccati memoriam vel nolentes haberemus, propter quod divinorum illorum donorum privatione damnati fueramus. Hinc etiam, quod omnium primum est, ipse videlicet intellectus, convenit adhuc hominibus juxta ordinem naturalem. Neque mihi objicias sapientem Salomonem, quoniam et perrara hæc sunt, ac de his inquirere non oportet. Enimvero hujusce assertionis mihi testes non supposititii sunt divinus Anastasius Sinaites, sanctissimus Joannes Climacus, atque ante

Ἐκτίσται νοῦς, καὶ ὅτι τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἐμφύσημα τὴν νοερὰν ἡμῶν ψυχὴν παραδόξως ἐδημιούργησεν, οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἠγνόηται. « Ἐνεφύσησε γάρ, φησίν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· » καὶ ἦν μὲν εἰκὸς ἔκτοτε συζῆν ὁμοτιμίᾳ τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἄντικρυς ἄγγελον, καὶ τοῦτον ἐκείνου διενηνοχέναι μηδέν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πεποιηκότος ἐπιλαθόμενοι, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐφαντάσθημεν, κἀντεῦθεν ἀνάξιοι τῆς ἀγγελικῆς ἐκείνης εὑρέθημεν καταστάσεως, φυσικαῖς ἀνάγκαις οἱ τάλανες καὶ πάνυ δικαίως ἔκτοτε συνεζεύχθημεν, ὡς ἐντεῦθεν ἀσθενῶς διακειμένους ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας ἐπιμεμνῆσθαι καὶ ἄκοντας, δι' ἣν τῶν θείων ἐκείνων χαρίτων γυμνωθῆναι τότε κατεδικάσθημεν. Ἔνθεν τοι καὶ τὸ πάντων ἐξαίρετον, αὐτὴ δηλονότι ἡ φρόνησις, κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν τοῖς ἀνθρώποις ἄρτι παρέπεται. Καὶ μή μοι λέγε τὰ κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, ὅτι καὶ σπάνια ταῦτα, καὶ περὶ τούτων ἐξετάζειν οὐ χρή. Καὶ τοῦ λόγου μοι μάρτυρες ἀπαράγραπτοι ὁ Σιναΐτης τε θεῖος Ἀναστάσιος, ὁ τῆς Κλίμακος ἁγιώτατος Ἰωάννης, καὶ πρὸ τούτων ὁ μέγας Βασίλειος, τὴν εὐφυΐαν τε ὁμοῦ καὶ εὐμάθειαν φυ-

ma somniarunt tantum referre in animo esset. Forte hoc ipsos deliros fecit, quod ejus penitus naturam ignoraverint, et nihilo tamen seciis cacoethe quadam confingendorum systematum impulsi, omnia explanare contenderint etiam ignota. Utinam homines ætate posteriores alieno periculo feliciter sapientes facti causam errorum cavissent; verum hac ipsa nostra ætate, quot absurda philosophos, non barbam jactantes et luridas genas, sed de capsula totos, et de gynæceo inconcinna effutire systemata audivimus! Non imus adhuc fere natura inæquas hominum animas videtur innuere, cum bardos et crasso aere natos cum bratis veluti sociat, dum Pythagoræ, Platonis, Plotini et sexcentorum hujusce furfuris hominum dogmata exsibilat. Si sapientis sententia ἡ περὶ τῆς ψυχῆς ἀληθεστάτη γνῶσις, πρὸς πᾶσαν φιλοσοφίαν συμβάλλεται, scilicet « Animæ verissima cognitio ad universam philosophiam conducit, » et præcipue ad disciplinam morum, quæ una hominem maxime decet; et si, ut ait Aristoteles ὅταν μὴ ἄρχῃ ὁ νοῦς, ἀλλὰ παρὰ φύσιν ἔχει ὁ ἄνθρωπος, τότε τῆς τάξεως ἀντιστρεφούσης, ἕπονται ταῖς κράσεσι τοῦ σώματος, αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, id est, « cum mens non imperat, sed præter naturam se habet homo, tunc ordine perverso temperaturam corporis animæ potestates assectantur, » cur non potius in eo versantur philosophi et omnem operam navant ut expendant quid humana mens possit non per inane volitans, et qua ratione in pingui minerva talis sopitum suscitent ignem, et divinam, qua omnes gaudemus, auram excitent ac commoveant?

quam rem quam fecerit, non tanquam de natura, cujus ipse est, sive gemuerit, sive quoquo modo protulerit... Ex ipso enim verbo « sufflavit in faciem ejus, » satis apparet ita non esse. Cum enim homo sufflat, anima utique ipsa subjacentem sibi naturam corporis movet, et de illa, non de se ipsa flatum facit. Nisi isti forte tam tardi sint, ut nesciant isto reciproco halitu, quem de hoc aere circumfuso ducimus et reddimus, fieri etiam flatum cum voluntate sufflantis. » Hactenus Augustinus, cujus sententia calculo omnium Patrum confirmari videtur. Theodoretus præterea quæst. 23 in Gen. metaphorice accipiendam esse hanc Dei inspirationem innuit; respondens enim quæstioni quam sibi ipse fecerat: Εἰ ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος γέγονεν ἡ ψυχή, ἐκ τῆς οὐσίας ἄρα τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ ψυχή; scilicet, « Si ex insufflatione Dei creata est anima, erit utique anima ex substantia Dei? Ἀσεβείας ἐσχάτης, inquit, καὶ βλασφημίας ἡ τοιαύτη ἔννοια. Τῆς γὰρ δημιουργίας τὴν εὐκολίαν ἔδειξε διὰ τούτου ἡ θεία Γραφή. Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν φύσιν αἰνίττεται, ὅτι πνεῦμα ἐστὶ κτιστὸν, ἀόρατόν τε καὶ νοερὸν, τῆς τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμένον παχύτητος. Κἀκεῖνο δὲ χρὴ συνιδεῖν ὅτι δεῖ πρότερον νοῆσαι πνεύμονα, καὶ τοὺς ἀποθλίβοντας τοῦτον μῦς, καὶ συστέλλοντας, καὶ τὴν συμπεφυκυῖαν ἀρτηρίαν τῷ πνεύμονι, καὶ ὑπερῷαν, καὶ στόμα, εἶθ' οὕτως δέξασθαι τὸ ἐμφύσημα. Εἰ δὲ τὸ θεῖον ἀσώματον, θεοπρεπῶς ἄρα καὶ τὸ ἐμφύσημα νοητέον. Hoc est: « Extremæ impietatis est et blasphemiæ hujusmodi sententia. Nam per hoc Scriptura divina facilitatem creandi demonstravit. Præterea etiam ipsius animæ naturam obscure indicat: nempe ipsam esse spiritum creabilem, invisibilem et intellectivum, expertem crassitudinis corporeæ. Hoc autem animadvertendum est, intelligere prius oportere pulmonem et musculos eum comprimentes et constringentes, et palatum, et os, et innatam pulmoni arteriam, deinde hoc modo insufflationem accipere. Si vero quod divinum id incorporeum, prout Deum decet intelligenda est insufflatio. » Vide etiam Chrysostomum, hom. 13 *in Gen.*, qui eadem pene habet quæ Theodoretus.

(17) Ex hoc Scripturæ testimonio nonnulli, præcipue vero Manichæi et Origenis asseclæ, autumarunt humanam animam quamdam esse veluti divinæ substantiæ particulam ex Dei omnino substantiam. Præstat hic audire Augustinum productionem animæ ex ipsa insufflatione perpendentem, lib. VII *De Gen. ad litt.* cap. 28, in fine: « Verum de anima, inquit, quam Deus inspiravit homini sufflando in ejus faciem, nihil confirmo, nisi quia ex Deo sic est, ut non sit substantia Dei; et sic incorporea, ut non sit corpus sed spiritus, non de substantia Dei genitus, nec de substantia Dei procedens, sed factus a Deo. » Et cap. 2: « Credendum itaque, ait, animam sic esse a Deo tan-

(18) « In quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. » (*Gen.* cap. III.)

σικὰ λέγοντες προτερήματα· ἐφ' ᾧ καὶ οὗτος μὲν ἐκείνου, ἄλλος δὲ ἄλλου κατά γε λόγον ὑπερέχει καὶ σύνεσιν.

Καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε, μηδὲ λέγε, Πῶς ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δημιουργηθεὶς ἡμέτερος νοῦς, λογικὸς, αὐτεξούσιος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, πρὸς δὲ καὶ ἀπερίγραπτος, εἴπερ εἰς τὴν τῶν λογισμῶν ἀποβλέψαιμεν φαντασίαν, κατὰ τὸν θειότατον Κύριλλον, οὐκ ἐπίσης πᾶσι δεδώρηται· ἀλλ' ᾧ μὲν πλεῖον ἡ φρόνησις πρόσεστιν, ὁ δὲ φρενῶν ἔνδειαν κέκτηται, καὶ παραπαίουσιν αὖθις ἕτεροι; Νοῦς μὲν γὰρ ἀληθῶς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐκ Θεοῦ καὶ κατ' ἰσότητα τοῖς πᾶσι κεχάρισται. « Ποιήσωμεν γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· » ἀλλ' ὅμως ὁ τοιοῦτος κατὰ τὴν ὀργάνου διάπλασιν. Ὄργανον δὲ νοὸς ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ παραδείκνυσι. Καθάπερ γὰρ ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος λαμπρότατος μὲν ἔκτισται παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, ὡς ἐντεῦθεν τὸ περίγειον ἅπαν καταφωτίζειν τῇ ἁπλέτῳ λαμπρότητι· ἀλλ' ὅμως κατὰ τὴν τοῦ ἀέρος εἴτε λεπτότητα, εἴτε παχύτητα πρὸς ἡμᾶς τὰς ἀκτῖνας ἀφίησιν· οὕτω καὶ ὁ ἡμέτερος νοῦς κατὰ τὴν τοῦ ὀργάνου ποιότητα, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν δείκνυσιν. Ὅτι δὲ ἡ τοῦ νοὸς ἡμῶν ἔλλαμψις ὑπὸ τοῦ σαρκίνου τούτου συνεσκίασται πάχους, καθάπερ ὑπὸ νέφους ὁ ἥλιος, ἡ μετὰ ταῦτα κατάστασις ἀριδήλως τοῦτο παρίστησιν. Ὅθεν καὶ ἄλλος ἄλλου ὑπερέχει κατά γε λόγον καὶ σύνεσιν. Καὶ τούτου χάριν μὴ ἀντίπιπτε, μηδὲ κατηγόρει τοῦ δημιουργοῦ τῆς ἀνισότητος ἕνεκεν. Ἡ τοιαύτη καὶ γὰρ ἀνισότης ἰσονομίαν τοῖς πᾶσι προὐξένησεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οἱ πλείους εἰς ὑποταγὴν κατεφέροντο, οὐκ ἂν ὁ ἄφρων καὶ ἄκων τῷ συνετῷ ὑπετάσσετο. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ φύσις ποιεῖ κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἀκολουθίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος, εἰ καὶ θείῳ προστάγματι· κατὰ πάντων αὕτη χωρεῖ διὰ πάσης ἀρχῆθεν λαληθέντι τῆς κτίσεως. Καὶ πρόσσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις.

Εἶπε κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς, « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην. » Ἔκτοτε λοιπὸν οὐ παύεται ἡ γῆ καθ' ἕκαστον, τῆς φωνῆς ἐκείνης οἱονεὶ μεμνημένη, βοτάνας τε ἐγκυμονεῖν, καὶ πρὸς γένεσιν ἄγειν αὐτάς. Πλὴν εἰ καὶ θείας ἤκουσε φωνῆς, ἀλλὰ φυσικῶς· ἔκτοτε τὸ ἔργον αὐτῆς οὐ διαλείπει ποιοῦσα. Καὶ ὅρα νουνεχῶς· ἔνθα γὰρ πετρώδης καὶ σκληρὰ καὶ ἀντίτυπος, ἡ τοιαύτη παντάπασιν ἄκαρπος, καὶ

A hos magnus Basilius, ingenium pariter atque eloquentiam naturales prærogativas dictitantes : quare et hic quidem illum, alius vero alium ratione supereminet atque intelligentia.

Ac propterea ne mireris, neque dicas : Quomodo ergo mens nostra ad imaginem Dei creata, rationalis, suæ libertatis compos, invisibilis, incomprehensibilis, adde etiam incircumscripta, siquidem ad cogitationum imaginationem respectum habeamus, juxta divinissimum Cyrillum, non æqualiter omnibus data fuit; sed huic quidem major adest intellectus, ille vero mentis inopiam nactus est, alii identidem insaniunt ? Mens enim vere una eademque a Deo ad æqualitatem omnibus data est : « Faciamus enim, inquit, hominem ad imaginem nostram et similitudinem. » Talis tamen secundum organi structuram (19). Organum autem mentis cerebrum, etiam operationes ipsius manifestat. Quemadmodum enim sensibilis hic sol splendidissimus quidem a supremo Opifice creatus est, ut hinc orbem terrarum immenso splendore illumineb; attamen secundum aeris sive subtilitatem, sive crassitudinem ad nos radios immittit; ita etiam mens nostra juxta instrumenti structuram suas elicit operationes (20). Quod autem mentis nostræ splendor ab hac corporea crassitudine obumbratus sit, veluti a nebula sol, hæc postea conditio idem manifeste ob oculos exhibet; unde et alius alium ratione superemimet atque intelligentia. Ac propterea ne reniteris, neque propter inæqualitatem incuses Opificem. Talis enim inæqualitas omnibus bonorum distributionem comparavit. Nisi enim hoc ipsum fuisset, ad submissionem plures adigi profecto non possent, neque insipiens et imprudens sapienti subjiceretur. Et hæc sane natura præstat secundum ordinem eorumdem, quemadmodum dixit magnus Basilius, etsi divinum præceptum ipsa omnino comprehendit ab initio in universali omnium rerum creatione enuntiatum. Ac, si placet, iis quæ dicuntur animum adverte.

Dixit in principio Deus : « Producat terra herbam; » ex eo itaque tempore non cessat terra singulis annis, veluti illius vocis nunquam oblita, et herbas concipere, et ad generationem ipsas dirigere. Verum divinæ licet obtemperet voci, naturaliter tamen suam exinde operationem facere non derelinquit. Atque more eorum qui mente præditi sunt, animadverte. Ubi enim saxosa et

(19) Permulti sane cum veteribus philosophis ea de causa erraruni in expendendis iis quæ ad animam spectant, quia ejus cum corpore connexionem vix ac ne vix quidem intuebantur. Hinc profecto defluxit quod menti vitio vertere conati sunt tot immania monstra quæ videntur in insipientibus vel amentia affectis, cum unum corpus, et ejus non rite compacta vel disposita organa causa sint et origo omnium animi, ut vocantur, morborum. Animi sententia, vel si mavis *cogitatio* non est utique ipsa animæ humanæ essentia, verum ipsius actio, uti motus non est essentia corporis, etsi ejus sit naturalis operatio, uti non semel ostendit Lockius. Quapropter a recto semper longe aberunt qui non veritatem sectantes, sed opinionem, uti animæ vitia reprehendunt quæ sunt corporis affectiones, summo Opifici infensi, qua inæqua lance bona hominibus distribuerit.

(20) Vide aptissimam qua Glycas noster utitur comparationem, ut æquali omnes donatos anima statuat et confirmet. Eadem fere usus est et Gregorius Nyssenus in suo Περὶ τῆς ψυχῆς sermone, ut ostenderet animam, etsi corpori unitam, inconfusam tamen manere.

dura et resistens, talis omnino infructuosa est, et ad munus suum obeundum minime idonea : ubi vero pinguis et temperata, ibi herbarum copiam producit. Id ipsum videre est in utero muliebri : « Crescite enim, inquit Deus, et multiplicamini. » Quare per mutuam conjugum conjunctionem in immensum hominum genus adaugetur. Sed quando intemperatus utcunque uterus inventus fuit, sterilis undequaque idem, et ad generationem minime idoneus omnino evasit. Ita igitur te sentire oportet super proposita quæstione. Si enim dixit Deus : « Faciamus hominem ad imaginem nostram; » imago autem Dei, ut superius dictum fuit, mens nostra est; attamen secundum organi affectionem suam quoque operationem repræsentat. Quamobrem cum recte se habeat organum secundum naturam mens quoque operatur; cum autem idem utcunque corruptum sit, tunc et mens ad suas operationes non est idonea, etsi ipsa per se nihil accipiat detrimenti. Sicut enim (21) in citharœdo, et in citbara animadvertere est organi sane harmoniam persæpe corruptam, ipsumque artis péritum et nihilo artem oblædentem; ita profecto et in mente nostra, et in ipso instrumento, per quod eadem operari solet, immutabiliter fieri existima (22).

Itaque mens quidem eadem est in omnibus, juxta solis imaginem, quoniam per divinam inflationem creata fuit : organa autem diversa sunt, utpote quæ ex quatuor elementis constructa. Juxta igitur ipsa, etiam mens operatur; neque amplius mirere. Multum enim utiliter, ut dictum est, quatuor elementis præcepit in principio Deus in unum coire (23), et per hæc terrenum hominem efficere. Hinc corporum nostrorum discrimen, ut quam facillime ad invicem omnino dignoscantur. Nullam enim hucusque mens nostra sanam adeo discernendi vim obtinuit, ut sine signis omnium rerum notionem consecuta sit. Ita-

πρὸς τὸ ἑαυτῆς ἔργον ἀνεπιτήδειος· ἔνθα δὲ λιπαρά τε καὶ εὔκρατος, ἐκεῖσε καὶ πλῆθος βοτανῶν ἀναδίδοται. Αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γυναικείας μήτρας ἔστιν ἰδεῖν. « Αὐξάνεσθε μὲν γάρ, εἶπεν ὁ Θεὸς, καὶ πληθύνεσθε. » Ἐφ' ᾧ καὶ συμπλεκομένων ἀλλήλοις τῶν συνεύνων, εἰς πλῆθος τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπαύξεται. Ἀλλ' ἔνθα δύσκρατος εὑρεθείη ὁπωσδήποτε μήτρα, στεῖρα παντάπασιν ἡ τοιαύτη, καὶ πρὸς τεκνογονίαν ὅλως οὐκ εὔθετος. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος διανοεῖσθαί σε ἄξιον. Εἰ γὰρ εἴρηκεν ὁ Θεὸς, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν· » εἰκὼν δὲ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ὁ ἡμέτερος νοῦς· ἀλλ' ὅμως κατὰ τὴν ὀργάνου διάθεσιν καὶ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν δείκνυσι. Ταύτῃ τοι καὶ ὑγιῶς μὲν ἔχοντος τοῦ ὀργάνου κατὰ φύσιν καὶ ὁ νοῦς ἐνεργεῖ· παραφθαρέντος δὲ αὐτοῦ ὁπωσδήποτε, τηνικαῦτα καὶ ὁ νοῦς ταῖς αὐτοῦ ἐνεργείαις οὐκ εὔθετος· εἰ καὶ καθ' ἑαυτὴν αὐτὸς μηδὲν παραβλάπτεται. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ κιθαρῳδοῦ ἔστιν ἰδεῖν καὶ κιθάρας τὴν μὲν ἁρμονίαν τοῦ ὀργάνου πολλάκις διεφθορυῖαν, αὐτόν τε τεχνίτην ἐν μηδενὶ τὴν τέχνην παραβλαπτόμενον· οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ ἡμετέρῳ νοΐ, καὶ αὐτῷ τῷ ὀργάνῳ, δι' οὗ αὐτὸς εἰωθεν ἐνεργεῖν, ἀπαραλλάκτως νόμιζε γίνεσθαι.

Ὥστε νοῦς μὲν ὁ αὐτὸς ἐν ἅπασι κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου εἰκόνα, ὅτι καὶ διὰ τοῦ θείου συνέστηκεν ἐμφυσήματος· τὰ ὄργανα δὲ διενήνοχεν ἐκ τεσσάρων στοιχείων τὴν σύστασιν ἔχοντα· κατ' αὐτὰ λοιπὸν καὶ ὁ νοῦς ἐνεργεῖ. Καὶ πλέον μὴ θαύμαζε. Πάνυ καὶ γὰρ συμφερόντως, ὡς εἴρηται, τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις ἐπέτρεψε κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς ὁμοῦ τε συνέρχεσθαι καὶ τὸν χοϊκὸν ἄνθρωπον ἀποτελεῖν τουτονί. Ἐντεῦθεν ἡ τῶν σωμάτων ἡμῶν διαφορὰ, ὡς εὐπετῶς ἅπαν ὑπ' ἀλλήλων γνωρίζεσθαι. Οὐδὲν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ὁ ἡμέτερος νοῦς ὑγιὲς ἄρτι τὸ διακριτικὸν κέκτηται, ὡς καὶ συσσήμων ἄνευ τὴν ἁπάντων ἔχειν κατάληψιν· ὥστε εἰ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα εἶχον

(21) . . . . . *Ita quilibet ante*
Sirenum Aonia citharam pulsare sonantem
Mobilibus digitis, chordasque animare loquaces,
Et lenocinio blandi modulaminis aures
Demulcere tuas, cithara sic pendet ab ipsa,
Non ullos ut possit ea sine promere cantus.
Nam si rupta silet, si qua temerata ruina est,
Si chordæ nimium tensæ, nimiumve remissæ
Amisere tonum, vel si una aut altera desit;
Si caveam implerunt sordes hebetantque sonorem,
Ecce manet citharœdus iners, frustraque peritus
Aut nihil aut pravum canit, et nescire videtur.
Ergo artem museam ipsa in testudine pones?
Ac tibi propterea res una putabitur esse
Organum et Organicus? Talis sic copula porro
Corporis ac mentis. (Recuc.)

(22) Præstat hic audire Nyssenum loco superius indicato, qui eadem pene habens quæ Glycas, ejus quodammodo dicta explanat, et illustrat : Ἄλλο ἄρα κρᾶσις, inquit, καὶ ἄλλο ψυχή. Ὄργανον γὰρ ὂν τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, ἐὰν μὲν ἐπιτηδείως κατασκευασθῇ, ἐνεργεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ αὐτὸ ἔχει ἐπιτηδείως· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτήδειον ἐνήργηκε, τότε χρεία τῇ ψυχῇ πραγμάτων. Ἀπομαχομένη γὰρ πρὸς τὴν ἀνεπιτηδειότητα τοῦ ὀργάνου, κἂν μὴ φθόρα νήφῃ, καὶ συνδιαστρέφεται αὐτῷ, καθάπερ μουσικὸς συνεξαμαρτάνει τῇ τῆς λύρας διαστροφῇ, ἐὰν μὴ πρότερον αὐτὴν καταστήσῃ καλῶς. Scilicet : « Aliud igitur temperamentum, et aliud anima est; nam instrumentum cum sit animæ corpus, siquidem apte fabricatum comparatumque sit, tunc operatur anima, et ipsum apte commodeque tenet; sin minus aptum ad functionem fuerit, tunc rebus sane opus animæ fuerit. Etenim decertans cum ineptitudine instrumenti, nisi valde evigilaverit, aberrat una cum ipso, veluti musicus aberrat cum pravitate lyræ, nisi prius ipsam concinnaverit. » Iis similia videre est et apud Platonem Platonicosque, quos adeas si lubet.

(23) Omnes tum Græci tum Latini Patres, nec non veteres philosophi quatuor tantum constare elementis quodque corpus sensere, et quam vere videant physici. Plato tamen et Aristoteles juxta Plutarchum, *De plac. philosoph.* lib. I, cap. 3, discrimen quoddam inter *principia*, et *elementa* innuere contra Thaletem Milesium, qui pro eodem utrumque habebat, dicebantque Τὰ μὲν στοιχεῖα, σύνθετα, τὰς δὲ ἀρχὰς εἶναι οὔτε συνθέτους, οὔτε ἀποτελέσματα. Scilicet, « Elementa quidem esse composita, principia vero neque composita neque effecta. « Vide philosophicas historias si tibi vacat, optasque rem maturius expendere.

ἅπαντες χαρακτῆρα, οὐχ ἡ τυχοῦσα ἂν τῷ βίῳ τούτῳ συνέπιπτε σύγχυσις. Ταῖς οὖν ἀσθενείαις ἡμῶν ἡ θεία βοηθοῦσα πρόνοια, τῇ τῶν στοιχείων συγκράσει γίνεσθαι συνεχώρησε καὶ αὐτὸ τὸ τῶν σωμάτων διάφορον· ἐντεῦθεν συνετοὶ καὶ ἀσύνετοι· ἰσχυροὶ καὶ ἀνίσχυροι· τολμηροὶ καὶ δειλοί· ἐντεῦθεν νοσώδεις εἰσὶ καὶ μὴ τοιοῦτοι οἱ ἄνθρωποι· μακρόβιοι ἄλλοι, καὶ ἕτεροι ταχυθάνατοι. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ μέγας Κύριλλος ἔλεγεν· « Εἴασε δὲ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν ἕκαστον ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἐκπληροῦν, ὡς ἂν ἔτυχε γνώσεως. » Τίνος δὲ ἕνεκεν συνεχώρησε ταῦτα γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς ὁ Θεός; Ὡς ὁμοῦ μὲν καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἐπιμεμνῆσθαι διαγωγῆς, κἀντεῦθεν τῆς ἀβουλίας ἑαυτοὺς ταλανίζειν, ὁμοῦ δὲ καὶ τάξιν τινὶ τὰ πάντα ῥυθμῷ διεξάγεσθαι· καὶ τούτους μὲν ἄρχειν, ἐκείνους δὲ πάλιν ἄρχεσθαι, καὶ μὴ ἄλλον ἄλλου διὰ τὴν ἰσότητα κατεπαίρεσθαι. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ ἐπιπλέον τὴν θείαν περιεργάζου σοφίαν· ὅτι καὶ ἀνεξερεύνητος αὕτη. Ἡ γὰρ δοκοῦσα τοῖς πολλοῖς ἀνισότης ἰσονομίαν ἐπὶ πᾶσι παραδόξως χαρίζεται.

A que si eamdem et unam omnes figuram haberent, non minima vitæ confusio contingeret. Infirmitatibus igitur nostris divina Providentia opem ferens, hæc elementorum commistione fieri concessit et ipsam corporum diversitatem (24). Hinc intelligentes, et non intelligentes, fortes et infirmi, audentes et timidi : hinc malæ valetudinis, et bonæ sunt homines : alii longævi, brevi morientes alii ; et hoc est quod dixit magnus Cyrillus : « Permisit autem post casum Deus unumquemque suæ vitæ cursum implere, ut scientiam acquireret. » Cur vero concessit in principio Deus hæc fieri ? Sane ut simul recordaremur primoris illius creationis : atque inde ipsi temeritatem delleremus, simulque juxta ordinem æquabiliter omnia dirigerentur : B et hi quidem imperarent, illi vero inservirent, neque alius in alium propter æqualitatem insurgeret. Si autem hæc ita se habent, ne amplius divinam sapientiam scrutere, quia eadem imperscrutabilis est. Nam quæ videtur multis inæqualitas, æqualem bonorum distributionem in omnibus mirabiliter elargitur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΔ'.

Τῷ αὐτῷ. — Περὶ τοῦ πῶς δεῖ πρὸς Ἰουδαίους ἀπαντᾶν, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐκεῖνοι τὸ κατὰ Θεὸν ἐπιχειροῦσι διαστρέφειν μυστήριον.

Τοιοῦτόν τι ἔοικας, ὁσιώτατε ἄνερ, ὁποῖον ἡ μέλισσα· λέγεται γὰρ ὅτι τὰς ἀρχὰς αὐτὴ ζητοῦσα τοῦ μέλιτος, οὐκ ἐφίπταται τῷ ῥόδῳ, οὐ τῷ κρίνῳ πρόσεισιν, οὐ ζητεῖ τὸν νάρκισσον, οὐ τὸν ὑάκινθον, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν εὐόσμων καὶ ἡδυτάτων· ἐφίπταται δὲ τῷ θύμῳ πρᾶγμα τοῦτο ποιοῦσα παράδοξον, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀπιστούμενον. Ἐκλέγεται γὰρ τὸν θύμον, ἔνθα που τύχοι τοῦτον εὑροῦσα, καὶ φυτὸν ὄντα δριμύ τε καὶ ἄνοσμον τῶν εὐοδέων πάντων καὶ ἡδυτάτων προτίθησι· κἀντεῦθεν παντὶ τῷ κόσμῳ πηγὰς παρέχει τοῦ μέλιτος. Οὕτω μὲν οὖν ποιεῖς ἄρτι καὶ σύ, τοὺς περὶ τὸ λέγειν ἀφῆκας δεινούς, τοὺς θείοις πεπυκνωμένους νοήμασι, τοὺς πᾶσαν ἐξησκημένους Γραφήν, καί μοι προσέρχῃ τῷ ἰδιώτῃ καὶ ταπεινῷ, καὶ μελιτόεν ᾄσαί σοι μέλος ἐπιζητεῖς, τοῦτ' ἔστι θεῖόν τε καὶ πνευματικόν. Ἀλλ' ἔλαθε σεαυτὸν, ὦ θεοείκελε ἄνερ, ὅτι μηδὲ θύμος ἄλλος ἐγὼ μελίτταις περιβομβούμενος, καὶ μέλι φέρων αὐταῖς τροφιμώτατον; Ὅτι δὲ μέλι γλυκάζον τὰ θεῖα λόγια καὶ ἔστι καὶ λέγεται, ἀκριβῶς οἶδας. Καὶ σὺ ἔχεις τὸν προφήτην βασιλέα Δαβὶδ τὸν λέγοντα· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. » Ἔχεις τὸν σοφὸν Σολομῶντα, ὃς ἐν τῇ Παροιμίᾳ φησί· « Κηρίον ῥήματα ἀγαθά, γλυκαίνει ψυχὴν καὶ ἴασις ὀστέων. » Ἔχεις τὸν ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ βίβλῳ λέγοντα· « Ἐγὼ ὡς ἄμπελος ἔβλαστον εὐωδίαν, καὶ τὰ ἄνθη μου καρπὸς δόξης καὶ πλούτου. » Ἔχεις τὸν ἐν τῷ Ἄσματι τῶν Ἀσμάτων λέγοντα· « Μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου. » Ἔχεις τὸν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει λέγοντα· « Καὶ ἐγενήθη ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι γλυκύ. » Ἔχεις τὸν ἐν τῷ Ἰωάννου εὐαγγελίῳ λέγοντα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. » Ἔχεις τὸν ἐν τῷ Ματθαίου λέγοντα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαβίδ. » Ἔχεις τὸν ἐν τῷ Ἄσματι τῶν Ἀσμάτων λέγοντα· « Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρίνον τῶν φάραγγων. » Ἔχεις τὸν ἐν τῷ Ἰωάνν

pientem Salomonem in divina institutione tropice sic sermoni colophonem imponentem : « Fili, ede mel, ut dulce fiat guttur tuum. » Verum enimvero nos et tacere melius et tergiversari tractationem, quam supra vires omnino audere putamus ; quandoquidem et bajulatores videmus eas rejicere sarcinas, quæ non sunt horum viribus congruentes. Cæterum adsis mihi, et tuis votis fer opem, mihique da sermonem, qui et congruus sit et accommodus opportunitati : adsis, et sermonis viam sternens, facilem mihi reddas propositam disquisitionem. Novi enim, o sacrum caput, quod prius forte petræ natura tuo emolliretur digito, quam rationibus cor Judæi. Hoc sciens et divinus Ezechiel ait : « Usquequo domus Israel contentiosa est et duri cordis? » Neque secius vero et ipse Deus hæc ad Mosem locutus est : « Populus duræ cervicis est : sine me, et iratus conteram ipsos. » Si enim mirabilium quæ facta sunt in Ægypto obliti, et ipsius Dei sunt obliti, et imposuerunt Aaroni dicentes : « Fac nobis deos, qui præcedant nos (27) ; » quis tandem sermo poterit eorum inflexibile cor emollire? Satius itaque prorsus erat ab ipsis averti, ac nullo eos dignari sermone ; « sectatorem enim, ait, hominem post unam vel alteram admonitionem devita. » Verum ne omnino tacite retrocedere, velut infirmi videamur, ac p . . . ne mendacium eo magis libere ut effutiant sinamus, de paucis nonnullis cum iis colloquemur, non sapientiam jactantes, neque sermonis suasioni confisi, sed Scripturarum testimoniis omnia expendentes; licet et ista stulti, ut eorum mala consuetudo est, perperam intelligentes, suam ipsorum blasphemiam pro fundamento habere studeant. Sed hæc quidem apud quosdam profanos et rerum divinarum inscios et male ex-

λομῶντα περὶ τῆς θείας διδασκαλίας τροπικῶς οὕτω διεξιόντα· « Υἱέ, φάγε μέλι, ἵνα γλυκανθῇ ὁ φάρυγξ σου. » Ἔνθεν τοι καὶ σιωπᾷν ἡμᾶς ἄμεινον, ὀκνεῖν τε πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, ἢ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ὅλως ἐπιτολμᾷν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀχθοφόρους ὁρῶμεν ἐκεῖνα τῶν φορτίων ἀποσειομένους, ὅσαπερ οὐκ εἰσὶ τῇ δυνάμει τούτων κατάλληλα. Πάρεσο λοιπόν μοι, καὶ ταῖς εὐχαῖς σου συνάρηγε, καὶ δίδου μοι λόγον, ὅσος γε σύμμετρος τῷ καιρῷ, καὶ κατάλληλος· πάρεσο, καὶ τὴν τοῦ λόγου λεαίνων ὁδὸν, ῥᾳδίαν ποίει μοι τὴν προκειμένην διάλεξιν. Ἀκριβῶς γὰρ οἶδα, ὦ ἱερὰ κεφαλή, ὡς θᾶττον ἂν ἡ σκληρὰ τοῦ λίθου φύσις τῷ σῷ καταμαλακισθείη δακτύλῳ, ἢ λόγοις Ἰουδαίου καρδία. Τοῦτο εἰδὼς καὶ ὁ θεῖος Ἰεζεκιὴλ ἔλεγε· « Ποῦ εἶκος Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι καὶ σκληροκάρδιοι; » Οὐχ ἧττον δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς τοιαῦτα πρὸς Μωσέα λελάληκεν· « Ὁ λαὸς σκληροτράχηλός ἐστιν· ἄφες με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτούς. » Εἰ γὰρ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ τερατουργηθέντων ἀμνημονήσαντες, αὐτοῦ τε τοῦ Θεοῦ ἐπελάθοντο, καὶ τῷ Ἀαρὼν ἐπετέθησαν λέγοντες· « Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· » ποῖος ἄρα ὁ λόγος ἰσχύσει τὴν ἀκαμπῆ μαλάξαι καρδίαν αὐτῶν; Οὐκοῦν βέλτιον ἦν τέλεον αὐτοὺς ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ λόγου τινὸς ἀξιοῦν· « Αἱρετικὸν » γάρ, φησὶν, « ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. » Ἀλλὰ ἵνα μὴ πάντη σιγῶν ἀναποδίζειν, ὡς ἀνίσχυροι, δόξωμεν, κἀντεῦθεν τὸ ψεῦδος ἐπὶ πλέον παῤῥησιάζεσθαι δώσωμεν, μικρά τινα τούτοις προσδιαλεξόμεθα, οὐ σοφίαν αὐχοῦντες, οὐδὲ πιθανότητι λόγου θαῤῥοῦντες, ἀλλὰ γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ πᾶν ἐπιτρέποντες· εἶγε καὶ ταύτας οἱ μάταιοι κακοήθως παραλογιζόμενοι τὴν αὑτῶν βλασφημίαν τὸ ἑδραῖον ἔχειν ἐπιτεχνάζονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ἀμυήτους τινὰς καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ σοφίζονται κακῶς καὶ προβάλλονται· οὓς καὶ δίκην

ρίον τῷ στόματί μου, scilicet « Super mel et favum ori meo, » id quod et S. Augustinus animadvertit ; in enarratione enim in psalmum CXVIII eadem hæc verba expendens ait : « Hæc est illa suavitas, quam Deus dat, ut terra nostra det fructum suum, ut bonam vere bene, id est non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. Melli autem est similis aperta doctrina sapientiæ : favo vero occulta doctrina, quæ de abstrusioribus sacramentis, tanquam de cellis cereis ore disserentis velut mandentis exprimitur : verum ori cordis, non carnis est dulcis. »

(27) Infandum prorsus atque immane hoc crimen, quod unum impietatis notam satis inurit Judaico populo, gloriam Domini Dei sui in similitudinem vituli comedentis fœnum insane mutanti, oblatoque beneficiorum quibus omnimode affectus fuit, dissimulare studuerunt quamplurimi inter Hebræos, vel paucos improbos reos agentes, vel ineptis fabulis fœnum facere icctoribus conati. Philo ipse disertissimus Judæorum, lib. III, *De vita Mosis*, rem ita narrat : Μωϋσέως ἀναβάντος εἰς τὸ πλησίον ὄρος, καὶ πλείους ἡμέρας ἰδιάζοντος τῷ Θεῷ, τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ καιρὸν ἐπιτήδειον εἶναι νομίσαντες οἱ μὴ βέβαιοι τὰς φύσεις, ὥσπερ ἀναρχίας γενομένης, ἄφετοι πρὸς ἀσέβειαν ὥρμησαν, καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς πρὸς τὸν ὄντα ὁσιότητος, ζηλωταὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν γίνονται πλασμάτων· εἶτα χρυσοῦν ταῦρον κατασκευασάμενοι, μίμημα τοῦ κατὰ τὴν χώραν ἱερωτάτου ζώου δοκοῦντος εἶναι, θυσίας ἀθύτους ἀνήγαγον, καὶ χοροὺς ἀχορεύτους ἔστασαν, ὕμνους τε ἤδον, θρήνων οὐδὲ διαφέροντας, καὶ ἐμφορήθεντες ἀκράτου, διπλῇ μέθῃ κατέσχοντο, τῇ μὲν ἐξ οἴνου, τῇ δὲ καὶ ἀφροσύνης. Scilicet : « Cum Moses ascendisset montem proximum, ibique aliquot diebus remotis arbitris colloqueretur cum Deo, nonnulli inconstantes, tanquam orbati principe, absentiam ejus verterunt in impietatis occasionem, oblitique Dei veri, cœperunt æmulari figmenta Ægyptia, facto juvenco aureo, ad imitationem animalis ejus regionis sacratissimi : cui profana sacra faciebant, et choreas agebant inconditas, hymnos concinendo lamentis similes, et expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter furentes et insania. » Eadem pene habet in lib. *De special. legib.*, ubi etiam τινὲς *nonnullos*, atque hos vel Ægyptios proselytos, vel mancipia quædam tantum idololatriæ studuisse videtur innuere, contra sacræ Scripturæ luculentissimum testimonium; in Hebraico enim, Chaldaico Græcoque textu habetur : « Universum populum abripuisse inaures aureas ab uxoribus et filiis, et ad Aaronem attulisse. » Rabbini vero historiæ hujusce veritatem infirmare pro virili parte contendunt innumeris de more fabellis, uti videre est penes Lyranum et Abulensem.

γεφυλυκείων ἐμφοβοῦσιν ἐνίοτε, καὶ ταράττουσι ταῖς φρεσὶν, ὡς εἴρηται, νηπιάζοντας· εἰ γὰρ ἐλλογίμῳ τινὶ συμπλακῆναί ποτε, καὶ λόγους ὁπωσοῦν συνάραι τολμήσαιεν, τίνες τε εἶεν εὐθέως καὶ ὅποι κακῶν ἐληλάκει (28) τὰ κατ' αὐτοὺς, παραχρῆμα οἱ τάλανες αἴσθονται· εἰ καὶ ξύλον σκαμβὸν δυσχερὲς ὀρθωθῆναι ἦ, καὶ πάντη ἀδύνατον.

Λέγε λοιπὸν, ὦ Ἰουδαῖε, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τρίβεις τοσοῦτον καιρόν; Ἰδοὺ γὰρ ὡσεὶ χίλια πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη διήχθησαν, καὶ « ὁ νῶτος ὑμῶν, » κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ προφρησιν, « ἔτι συγκάμπτεται. » Πρότερον γὰρ ἡνίκα προφήτας ἀπέκτανες, ἡνίκα τράπεζαν τοῖς δαιμονίοις ἡτοίμαζες, ὅτε τοὺς υἱούς σου καὶ τὰς θυγατέρας σου τοῖς ἐραστταῖς σου προσέφερες, εἰς χεῖρας μὲν ἐχθρῶν παρεδίδου καὶ αἰχμάλωτος ἦγου διορθώσεως ἕνεκεν· ἀλλ' ἐπηκολούθησε πάλιν ἡ ἐπανάκλησις. Ὕστερον δὲ τί τὸ αἴτιον, ἵνα ἐξορία τόσα ἔτη παραπεμφθῇ, ἵνα στένων καὶ τρέμων πυρεύῃ, καθάπερ ὁ Κάϊν, ἐκτὸς ἀνὰ πᾶσάν σου τὴν ζωήν; Λέγε, τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν ἡ ἁμαρτία σου τοῦ ἀφεθῆναί σε μείζων ἐγένετο, ὁπηνίκα καὶ δωρεῶν μεγίστων ἐτύγχανες ἄξιος, ὅτε δὴ λαοπλάνον τινὰ καὶ ἀντίθεον ἐκ μέσου καλῶς ποιησάμενος; Εἰπὲ γάρ μοι· ἐάν τις καὶ πολλοῖς πταίσμασιν ἔνοχος ὢν τὸν τοῦ βασιλέως ἐχθρὸν ἢ ἀπαλλάξῃ τοῦ ζῆν, ἢ ὁπωσδήποτε κατασχὼν δέσμιον ἀγάγῃ τῷ βασιλεῖ, εὐεργετηθείη τούτου ἕνεκεν, ἢ βαρείαις ὑποπέσῃ κολάσεσι. Δὸς ἐπὶ τούτοις ἀπόκρισιν. Τί τὸν Φινεὲς ἐδικαίωσεν; Οὐχ ὁ τοῦ Ζαμβρῆ

A ponunt, et objiciunt; quos et interdum, larvarum adinstar terrent, et mente percellunt, veluti infantes: si enim alicui docto aliquando commisceri, et cum ipso utcunque sermocinari auderent, quinam statim evaderent, et quot mala effugerent, quæ in se ipsis miseri nunc sentiunt! Quanquam lignum obliquum rectum facere difficillimum est, vel omnino impossibile.

Dic de cætero, o Judæe, quænam causa qua tantum temporis in servitute degis (29)? Ecce enim mille centum et ultra anni prælerierunt, et « dorsum vestrum, » juxta Davidis vaticinium, cadhuc incurvatur. » Primum enim cum prophetas occidisti, quando mensam dæmoniis præparasti, cum tuos filios et filias tuas amatoribus tuis obtulisti, in manus quidem inimicorum tradebaris, et captivus ducebaris correptionis gratia; sed rursus subsecuta est universorum vocatio. Postea vero quænam causa, quare exterminatio tua tanta ætate fieret gravior, atque ingemiscens ac pavidus traduceres uti Cain profugus omnem tuam vitam? Dic qua de causa peccatum tuum pro eo quod dimitteretur tibi majus factum est, cum et maximis dignus muneribus habebaris, quippe qui populi corruptorem et Deo parem se facientem optime de medio sustulisses? Dic sodes: si quis vel multis sceleribus obstrictus regis inimicum vita privaret, vel quomodocunque retinens vinctum ad regem duceret, beneficiis potius afficeretur, quam gravibus subjiceretur suppliciis. Respondeas quæso: quid Phinees justificavit (30)?

(28) Locus hic in codice aliquantum corruptus.

(29) Permultis quam sæpissime vexatos captivitatis doloribus et angustiis Judæos neminem latet, ac cuique comperta sunt infanda illa quæ duræ cervicis populus pertulit in Ægypto, Babylone atque alibi, quoties posthabito Deo suo diis alienis litabat. Diutius tamen non sivit unquam Deus illum servitute angi, imo semper resipiscentem de malo eripuit, hostesque ejus conterens fortiter pro eo pugnavit. Hisce innixi et nostræ ætatis Judæi sibi fucum faciunt, pietatisque simulato studio perfidiam ipsorum celant sæpe usurpantes illud Philonis lib. *De legat. ad Caium*: Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἅπαντα καὶ ἐρρέτω, καὶ ἐρρέτω· μενέτω δὲ ταῖς ψυχαῖς ἀκαλαίρετος ἡ ἐπὶ τὸν σωτῆρα Θεὸν ἐλπὶς ὃς πολλάκις ἐξ ἀμηχάνων καὶ ἀπόρων περιέσωσε τὸ ἔθνος· « Valeant igitur humana præsidia quæ nos deserunt, modo in animis spes firma maneat. Deum nobis servatorem non deforc, qui sæpe gentem eripuit exitio. » Toto tamen aberrant cœlo; ipsi enim, ut ait Augustinus in *Enarrat. Psal.* LVIII: « Per omnes gentes dispersi sunt, testes iniquitatis suæ et veritatis nostræ, » non ut quondam captivi alicujus populi frenum mordent, « in ramis » namque « superbiæ præcisis, inserto » Deus « misericordiam suam demonstrat oleastro. » Prophetam jam venturum Moses prænuntiaverat, « illumque audiendum esse, et omnem animam quæ illum non audiret deletum iri de genere suo » monuerat; quapropter Eusebii sententia, lib. I *Præpar. evangel.* c. 7: Λύτίκα Ἰουδαῖοι μὴ παραδεξάμενοι τὸν Προφήτην, μηδ' ὑπακούσαντες αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις λόγοις, ἔσχατον ὑπέμειναν ὄλεθρον ἀκόλουθα τῇ προρρήσει πεπονθότες, οὔτε γὰρ τὸν Χριστοῦ νόμον τῆς καινῆς Διαθήκης κατεδέξαντο· οὔτε τὰ Μωσέως παραγγέλματα ὅλα παρανομίας οἷοί τ' ἂν εἶεν φυλάσσειν· διὸ καὶ τῇ Μωσέως ὑποβέβληνται κατόρᾳ, τῷ, μηδὲ δυνατὸν αὐτοῖς εἶναι τὰ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένα συντελεῖν, περιῃρημένης αὐτῶν τῆς μητροπόλεως, καὶ ἀποκεκλεισμένης τῆς τόπον αὐτόθι συγχεχωρημένης ἐπιτελεῖσθαι Μωσαϊκῆς θρησκείας. « Continuo Judæi, postquam illum prophetam non acceperunt, nec sanctis illius verbis paruerunt, extremum pertulere interitum: qui quidem illorum casus iis oraculis, quæ de illis edita sunt, consentaneus accidit. Nam nec Christi legem, quæ Novo Testamento continetur, susceperunt; neque Mosis præcepta sine legis contemptu servare possunt. Quocirca in ipsius Mosis exsecrationem relapsi sunt: quando fieri nullo modo potest, ut quæ in legibus illius sunt posita, perficiant, quippe cum et ipsorum metropolis sublata sit, et Mosaica religio exclusa, quæ illic solum perfici concedebatur. » De his vide etiam Clementem Alexandrinum, Hieronymum, Cyprianum et Augustinum, ut multos præteream eadem ferme concinentes.

(30) Historiam hanc quæ habetur Numerorum cap. XXV, διαφερόντως transformat Josephus *Judaic. Antiq.* lib. IV, cap. 6, ubi longiori, quam forte par erat, oratione convicia congerit, quibus Moses impetitus fuit a procacissimo Zambri, quorum pie nulla mentio in Scriptura. Primum enim fallitur cum dicit mulierem illam, quæ una cum Zambri pugione a Phinees confossa interiit, ejus uxorem esse, etsi alienigenam, non tamen scortum, ut sacræ Litteræ testantur; deinde advocatam a Mose concionem falso scribit, ut moneret populum ne cum dis alienis studerent, cum constet ipsum ad concilium judices advocasse ut sontibus jus dicerent pœnasque de iis sumerent. Tertio ex ingenio fingit populum mussitantem exspectasse quo audacia Zambri esset evasura, cum divinus scriptor teste-

nonne Zambri justum homicidium? Quid Eliam ostendit zelatorem? Nonne justa adversus profanos sacerdotes indignatio? Quid Moysem verendum in Israel fecit et spectabilem? Nonne violenta in vitulum fabricantes irruptio? Quomodo denuo conscendentem Sina, et secundas petentem tabulas non vacuis illinc manibus remisit illum Deus, veluti sanguinem hominem et cædis amantem? Quomodo vero et divinissimum Samuelem non redarguit, quando regem Agag interfecit (31)? Cæterum die quæ tanta ira Dei contra te? Palam loquaris, neque in triviis tantum et inviis velis tuam nudare dementiam. Apparet igitur ex multis, quod (Deus) multum diligit, et honoribus dignos censet malignitatem punientes. Si vero hæc ita se habent, quomodo et vos, uti ardentes zelatores, et deceptoris illius Christi interfectores, beneficiis ac donis non remuneratus est Deus? Manifestum igitur est quod verus Deus erat ille Christus a vobis crucifixus; manifestum utique quod contra Deum manus injecisti, contra Deum dentes acuisti, ac propterea merito a Deo odio habitus, ab ejus vultu recedis, et per sæcula puniris. Neque mea sane hæc verba sunt; ipsum Deum audi per Jeremiam dicentem: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, quasi leo in silva dedit super me vocem suam, idcirco odivi ipsum (32). » Verus Deus erat qui a vobis crucifixus est. Quod si dictis non credis, operibus saltem fidem adhibeas. Quot primitus prophetæ, et justi per scelus e vivis sublati sunt, præcipites acti, cæno volutati, saxis contusi, serris secti? et nihil eorum quæ sunt constitutum sibi ordinem dereliquit, nulla creatura ulla immutatione affecta est. Verum crucifixo Christo, et lapides scissi sunt, et caliginem sol induit propter improbos servos; nihil enim patiebatur suum ipsius Dominum de ligno pendentem veluti nefarium videre (33).

A δίκαιος φόνος; Τί τὸν Ἠλίαν ἔδειξε ζηλωτήν; Οὐχ ἡ κατὰ τῶν ἀνιέρων ἱερέων εὔλογος ἀγανάκτησις; Τί τὸν Μωσέα φοβερὸν ἐν Ἰσραὴλ ἐποίησε καὶ περιβλεπτον; Οὐχ ἡ κατὰ τῶν μοσχοποιησάντων ἀνένδοτος ἐπεξέλευσις; Πῶς αὖθις ἀναβάντα περὶ τὸ Σίναιον, καὶ πλάκας αἰτοῦντα δευτέρας οὐχὶ κεναῖς ἐκεῖθεν χερσὶ κατήγαγεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὡς αἱμάτων ἄνδρα καὶ φόνιον; Πῶς δὲ καὶ τὸν θειότατον Σαμουὴλ οὐκ ἠμύνατο, ἡνίκα τὸν Ἀγὰγ βασιλέα διεχειρίσατο; Λέγε λοιπὸν, τίς ἡ τοσαύτη ὀργὴ τοῦ Θεοῦ κατὰ σοῦ; Λέγε παῤῥησίᾳ, καὶ μὴ στενοποῖς καὶ τριόδοις τὴν σὴν ἐθέλῃς παραγυμνοῦν φρενοβλάβειαν. Φαίνεται οὖν ἐκ πολλῶν, ὅτι καὶ σφόδρα φιλεῖ, καὶ τιμῶν ἀξιοῖ τοὺς τὴν κακίαν κολάζοντας. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς οὐχὶ καὶ ὑμᾶς ὡς B θερμοὺς ζηλωτὰς, ὡς τὸν πλάνον ἐκεῖνον διαχειρισαμένους Χριστὸν, εὐεργεσίαις ἠμείψατο καὶ δωρεαῖς ὁ Θεός; Εὔδηλον οὖν, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ἀληθινὸς ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς· εὔδηλον οὖν, ὅτι κατὰ Θεοῦ τὰς χεῖρας ὡπλισας, κατὰ Θεοῦ τοὺς ὀδόντας ἠκόνησας, ἐφ' ᾧ δικαίως παρὰ Θεοῦ μισηθεὶς, ἐξέβης ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ εἰς αἰῶνας κολάζῃ. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἱερεμίου ἄκουε λέγοντος· « Ἐγκατέλειπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ὡς λέων ἐν δρυμῷ ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτόν. » Θεὸς ἦν ἀληθινὸς ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς λεγομένοις, τοῖς πράγμασι πείσθητι. Ὅσοι πρότερον προφῆται καὶ δίκαιοι κακῶς τοῦ ζῆν ἀπηλλάγησαν, κρημνοῖς, C βορβόροις, λίθοις, πρίοσι; Καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τὴν οἰκείαν τάξιν καταλέλοιπεν· οὐδὲν τῶν κτισμάτων τὴν οἱανοῦν ἀλλοίωσιν ἔπαθε. Τοῦ δὲ Χριστοῦ σταυρουμένου καὶ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ ζόφον ὁ ἥλιος κατὰ τοὺς τῶν οἰκετῶν ἀγνώμονας ἠμφιάσατο. Οὐδὲν γὰρ ἔφερε τὸν αὐτοῦ Δεσπότην ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον ὡς κακοῦργον ὁρᾷν. Εἰ μὴ κτίστης ἦν ὁ πά-

tur turbam filiorum Israel ad fores tabernaculi citato pede confugisse Dominum deprecatoram, cum fœdissimam scortatoris impudentiam intueri non posset. Cui vacat adeat Josephum ubi sup. et Philonem, qui et ipse nonnihil a sacris Litteris recedit.

(31) Agag, regem Amalecitarum contra Dei præceptum a Saule servatum, atque a Samuele in frusta concisum narratur lib. 1 Regum cap. 15. Rabbini plurimi toti in eo sunt, ut Saulis perperam imminuant scelus, minime animadvertentes quod πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελευόμενον εὐσεβές: scilicet *Quidquid a Deo jubetur, id sane pium*, ut ait Theodoretus, et Samuelem, veluti nimio zelo abre tam redarguunt. Quid tamen insanius hisce deliramentis? Inobedientiæ notam, avaritiæ et superbiæ quis a Saule deterget, cum ipsum Deum « pœnituerit se eum constituisse regem, qui verba Dei opere non complevit, et pepercit Agag et optimis gregibus, et universis quæ pulchra erant? Post inobedientiæ culpam » præterea, ait magnus Gregorius, « triumphalem arcum vel fabricam erigere, est mala agere, et de eorumdem malorum perpetratione superbire. » Propheta vero quomodo arguendus divinis mandatis obtemperans?

(32) Chaldaicus pro *odivi* melius habet *projeci*; atque eam lectionem utpote rite accommodam ad

immendam Judæorum rejectionem, Patrum permulti secuti sunt.

(33) Merito sane obstupuit cœlum super immane Judæorum facinus, et exhorruit terra vehementer. Ἐκλονήθη γὰρ, ait Theodoretus, in cap. 1 *Interpret. in Isaiam*, ἡ γῆ τῆς μαρτυρίας ἀναμιμνήσκουσα, ὁ δὲ οὐρανὸς ἐπειδὴ ταύτην τοῖς ἀνθρώποις παρέχειν τὴν αἴσθησιν οὐκ ἠδύνατο, ἄνωθεν ὢν, τὸν ἐν αὐτῷ βαδίζοντα ἥλιον ἔδειξε τῶν ἀκτίνων ἐστερημένον, καὶ τὸ σκότος εἰς τὴν κατὰ τῆς ἀσεβείας μαρτυρίαν ἐπήγαγεν. « Concussa enim est terra memor testimonii, et cœlum, quia sursum exsistens sensum istum hominibus indere non poterat, gradientem in ipso solem, radiis orbatum exhibuit, et tenebras contra impietatem testes produxit. » Mira hæc quæ Christo moriente contigere et Phlegon Hadriani libertus refert lib. *Chron.* cap. 13, ubi Τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει, inquit, τῆς σϐ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ς' τῆς ἡμέρας ἐγένετο ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατέστρεψατό. Scilicet: « Quarto anno ducentesimæ secundæ Olympiadis magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderunt, defectio solis facta; dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in cœlo visæ sint, terræque motus in Bi-

σχων, οὐκ ἂν αὐτῷ συνέπασχε καὶ τὰ κτίσματα. Περὶ μέντοι τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν σκοτασμοῦ προηγόρευται μὲν καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ λέγοντι· « Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. » Προείρηται δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Ἀμώς· « Δύσεται γὰρ, » φησὶν, « ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. » Τί τούτου παραδοξότερον εἰπὼν ὁ προφήτης, « Δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, » καὶ αὐτὴν τὴν ὥραν καθ' ἣν ἐσταυροῦτο ὁ Κύριος· « Ὡσεὶ ὥρα ἕκτη ἦν. »

Ἀλλ' οὐ δέχῃ τὰ λεγόμενα· φενάκῃ δὲ ταῦτα, καὶ ψεῦδος δοκεῖ σοι, καὶ οὐ πιστεύεις αὐτοῖς, μηδὲ πιστεύσειας πώποτε· Ἐκπαλαι σκληροκάρδιος εἶ· ἀρχῆθεν ἀπιστίᾳ νοσεῖς· ἐν ἐρήμῳ πάλαι τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσας, τοσούτων τεράτων θεατὴς γεγονὼς, οὐκ ἐνέμεινας τῷ ἐνεργοῦντι ταῦτα Θεῷ, ἀλλὰ καθ' ὥραν ἐγόγγυζες, καὶ ἐπείραζες τὸν Κύριον λέγων· « Εἰ ἔστιν ἐν ἡμῖν Κύριος, ἢ οὔ; » Καὶ τὸ μεῖζον πάντων, θεοὺς ἐζήτησας οἳ προπορεύσονταί σου. Καὶ τί χρὴ περὶ τῶν θαυμάτων φιλονεικεῖν; Αὐτὴν ταύτην, εἰ βούλει, τὴν ἐν τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου πενταχισχιλιοστῷ πενταχοσιοστῷ ἔτει γεγονυῖαν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διισχυρίζου μηκέτι ἐλθεῖν, καὶ οὕτω δείξεις ἡμᾶς ἐπὶ πᾶσι ματαιάζοντας. Ἀλλ' ἔλαθες ἑαυτὸν, ὦ δύσερι σὺ, καὶ σοβαρὲ καὶ ὑπέρογκε· ταύτην ὑμῶν τὴν βουλὴν ἐματαίωσε Κύριος, ὡς πάλαι τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, ἐφ' ᾧ καὶ τῷ τῆς ἀμηχανίας βρόχῳ κατ' ἐκείνων συμπνίγεσθε.

Nisi conditor esset qui patiebatur, non sane cum ipso et creata passa essent. De obscuratione quidem circa crucem jam prænuntiatum fuerat et Isaiæ dicenti: « Induam cœlum caligine, et velùti saccum ponam amictum ejus. » Prædictum vero et ipsi Amos: « Occidet enim, ait, sol in meridie, et lux super terram contenebrescet in die. » Quiddam etiam incredibilius adjungens propheta verbis: « Occidet sol in meridie, » ipsam scilicet horam, in qua crucifixus est Dominus, ait: « Hora enim erat quasi sexta. »

Sed dicta non admittis; deceptio hæc, ac mendacium tibi videntur; hisce non credis, neque unquam credidisti; jampridem duro es corde: jam ab initio incredulitate laboras: in eremo olim tantis perfruens bonis ac tantorum miraculorum spectator factus, in hæc operante Deo non permansisti, sed singulis horis murmurabas, et tentabas Dominum dicens: « Si est in nobis Dominus, an non? » Et quod omnium maximum est, quærebas deos qui te præcederent. Sed quid oportet de mirabilibus disputare? Hanc ipsam, si lubet, in anno quinquies millesimo quingentesimo ab orbe condito factam apparitionem apud nos Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, affirmis nondum advenisse, et sic ostendes nos omnino vanitati studentes rerum. Sed tete ipsum ignoras, o contentiose, fastuose ac superbe; vestrum hoc consilium inane reddidit Dominus, uti quondam consilium Achitophelis (34-10) propter quo eodem

Phrygia Nicææ urbis multas ædes subverterit: et Julius Africanus testatur eadem pene memorasse Thallum in lib. III suarum *Historiarum*. Mirum hoc monstrum post hominum memoriam nulli secundum permulti hinc inde imminuere toto marte conati sunt, Scaliger præcipue et Gerardus Vossius, qui futilibus haud rationum momentis naturalem eclipsim fuisse ostendere contenderunt. Nostrum non est hic ea omnia recoquere quæ Calmetius, Serri et sexcenti alii qui in hanc arenam descenderunt, quosque adire potest cui libitum, retulere, ut miraculum astruant. nobisque sat erit innuisse veteres omnes Ecclesiæ Patres hoc usos esse veluti firmissimo argumento, ut ethnicorum et Judæorum os obstruerent, et veritatis nostræ religionis fidem firmarent. Imo Lucianus ipse martyr, et Tertullianus mirifice ostendunt eclipseos hujusce memoriam in veterum publica tabularia relatam; horum enim alter Nicomediæ coram præside: « Annales vestros, inquit, consulite, et invenietis Pilati temporibus, dum pateretur Christus, media die fugatum solem, et interruptam diem; » alter vero causam Christianorum defendens *Apolog.* cap. 21, ait: « Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est; deliquium putaverunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt, et tamen eum mundi casum relatum in archiviis vestris habetis. » Vid. Natal. Alex. *Histor. Eccles.* sæcul. I, cap. 5, § 3, et Paulum Baudrium in notis ad Lactantium, tom. II, pag. 546.

(34-10) Achitophelis historiam ejusque prava consilia quibus quotidie urgebat Absalonem in David patrem suum habes II Reg. cap. 16, et 17, ubi pariter narratur quod ipse « videns quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum, surrexitque et abiit in domum suam, et disposita domo sua, suspendio interiit. » Præstat tamen audire etiam hac de re Theodoretum interpr. in Psal. VII, ita rem prorsus narrantem: Ἀποδιδράσκων ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν ἀλάστορα, καὶ πατραλοίαν υἱὸν, εὗρε βοηθὸν τὸν Χουσὶ ὅς πεῖσαι τὸν Ἀβεσσαλὼμ μὴ κατὰ τὴν εἰσήγησιν τοῦ Ἀχιτόφελ παραυτίκα διῶξαι τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν λαὸν ἅπαντα συναγεῖραι, καὶ τηνικαῦτα κατὰ τοῦ γεγεννηκότος στρατεῦσαι. Ἀχθεσθεὶς τοίνυν καὶ λίαν ἀδημονήσας ὁ Ἀχιτόφελ, ὡς αἱρετιωτέρας ὀφθείσας τῆς τοῦ Χουσὶ συμβουλῆς, αὐτόχειρ αὐτὸς γενόμενος, τὴν δι' ἀγχόνης ἐδέξατο τελευτήν. « Fugiens beatus David nefarium et parricidam filium, adjutorem invenit Chusi, qui Absaloni persuasit, ne secundum Achitophelis consilium statim patrem persequeretur, sed ut prius cogeret omnem populum, ac dein contra parentem bellum moveret. Mœrore igitur affectus, et admodum conturbatus Achitophel, eo quod consilium Chusi præstantius visum fuerat, factus sui ipsius homicida, suspendio vitam finiit. » Videsis etiam Josephum, *Jud. Antiq.* lib. VII, cap. 9, historiam hanc uberius referentem. Salianus in *Annal. Eccles. Vet. Test.* ad annum mundi 2980, tom. III, pag. 420, Num. XVIII, profectus verba versiculi 23, c. XVI, lib. II Reg. quæ sunt hujusmodi: « Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel, » elogio donatum perperam putat Achitophelem a Scriptura, eumque, contra SS. Patrum fidem, omnium inter consiliarios regis prudentissimum vocat. « Verum laudatur sane in Achitophel, ait Estius, solertia, non probitas, aut virtus veri nominis; et laudatur Achitophel eo modo quo Dominus apud Lucam villicum iniquitatis laudat, aitque filios hujus sæculi prudentiores esse in generationibus suis, filiis lucis. »

atque ille imprudentiæ laqueo suffocamini. Quando enim secundum carnem natus est, persuadet Cæsari Augusto describere universam terram (11), ea sane de causa, ut Romanis codicibus inscripta quæ de eo facta sunt, fide digna essent apud posteros ac nota, et Judæorum exinde blasphemantium os obstrueretur. Deus erat vere qui a vobis crucifixus est. Quare et immisericorditer veluti Dei interfector puniris. Quod si non hoc, et qua de causa peccatorum pœnæ a te exiguntur?

Igitur non habes sane quod dicas; vita enim vestra irreprehensibilis; juxta leges ambulatis; damno experies estis cujusque mali operis; vindices Dei et legis facti estis, et posterioribus beneFactis anteriora abluistis. Qua vero de causa tandiu suum ipsius gladium vibravit contra vos? Nonne idem ipse est qui per prophetam dicit: « Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forte inimicos ejus humiliassem? » Quomodo ergo adeo conversus est a vobis? quomodo preces vestras non audit? Quomodo ipse per Isaiam manifeste dicit: « Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis; manus enim vestræ sanguine plene sunt? » Quid vero sibi vult hoc? Non sustineo, inquit, ego qui Pater sum Filii amans, manus vestras videre sanguine maculatas unigeniti Filii mei. Deus ergo vere erat et non deceptor, qui a vobis crucifixus est; non enim exstinctum est nomen ejus, nec ipsa ejus doctrina, licet spirantibus ita opportuno, tempore ventis, præteriit, uti de Theuda illo præstigiatore contigit, atque Juda Ca-

Ἵνικα γὰρ ἐτέκτετο κατὰ σάρκα, πείθει τὸν Αὔγουστον Καίσαρα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπογράψασθαι. Τίνος ἕνεκεν; Ὡς ἂν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς κώδιξιν ἀνάγραπτα γεγονότα τὰ κατ' αὐτὸν, ἀξιόπιστά τε εἶεν τοῖς μετὰ ταῦτα καὶ γνώριμα, καὶ ἐντεῦθεν τῶν βλασφήμων Ἰουδαίων ἀποφράττειν τὰ στόματα. Θεὸς ἦν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Ἐφ' ᾧ καὶ ἀσυμπαθῶς ὡς θεοκτόνος κολάζῃ. Ἀλλ' οὐ δι' αὐτό· καὶ τίνος ἕνεκεν, εἰπὲ, ἁμαρτημάτων ὄίκοις εἰσπράττῃ;

Οὐ μὲν οὖν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν· ὁ γὰρ βίος ὑμῶν ἀνεπίληπτος· κατὰ νόμους πορεύεσθε· πάσης ἀθῳοι κακίας ἐστέ· ἔκδικοι Θεοῦ καὶ νόμου γεγόνατε· ταῖς ἐσχάταις εὐποιίαις καὶ τὰ πρότερα ἀπενίψασθε. Τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τοσοῦτον ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ ῥομφαίαν ἐστίλβωσε καθ' ὑμῶν; Ἆρ' οὖν καὶτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ διὰ τοῦ προφήτου εἰπών· « Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐταπείνωσα; » Πῶς οὖν ἀπεστράφη τοσοῦτον ὑμᾶς; Πῶς οὐκ εἰσακούει δεομένων ὑμῶν; Πῶς αὐτὸς διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἐβόησεν εἰπών· « Ἐὰν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις; » Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐκ ἀνέχομαι, φησὶ, φιλόπαις ὑπάρχων πατὴρ, τὰς χεῖρας ὑμῶν ὁρᾷν ἡμαγμένας τῷ αἵματι τοῦ μονογενοῦς μου Υἱοῦ. Θεὸς ἦν ἀληθῶς καὶ οὐ πλάνος ὁ παρ' ὑμῶν σταυρωθείς. Μὴ γὰρ ἐσβέσθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ταῦτα, τοσούτων ἀνέμων κατὰ καιροὺς ἰδίους πνευσάντων; Μὴ παρῆλθε τὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, καθάπερ ἐπὶ Θευδᾷ ἐκείνῳ τῷ γόητι, καὶ Ἰούδᾳ

(11) Non Judæi solum, verum quam plurimi etiam eorum qui reformatæ religioni nomen dedere impie oppugnare ausi sunt Lucæ divinum testimonium confirmantis Christum natum esse cum in Judæa census haberetur, ac somnia jactant, ut minus diis charis illudant. Hi itaque ut fidem sancti historici infringant primum aiunt falsæ ipsum scripsisse factam Judææ descriptionem a Romano præside; id enim nunquam sivisset sui juris impendio Herodes tunc temporis regni habenas pro suo moderans arbitratu. Verum quis ita in historiis jejunus qui nesciat non suo, sed beneficiario jure regnum Judææ Herodem tenuisse, cum ex Appiano ipso, l. v *De civil. bell.*, noverimus Antonium Romanarum copiarum ducem reges permultos appellavisse οὓς ἐκρίνασεν, ἐπὶ φόροις ἄρα τεταγμένοις, « Pro suo arbitratu duntaxat, qui certum tributum penderent, » in quibus ipsum Herodem? Præterea et quam latent Romanæ victoriæ de Judæis jam ante relatæ, Pompeiumque Hierosolyma occupata, Judæos Romanæ reip. vectigales fecisse, uti præ cæteris Josephus ipse lib. I, *De bello Judaico* fusius ostendit? A vero itaque longe aberrant qui ut videantur nodum in scirpo quærere inania effutiunt ut sibi quodammodo locum faciant, nec animadvertentes quod aliquando Κύων ἐπὶ δέσμᾳ, uti Græcorum adagium monet, tenetur. Nec Bodinus nobis, lib. v *De dubiis rerum sublimium arcanis* objiciat neminem coactum fuisse censendi causa loca mutare, adeoque omni procul dubio S. Josephum, et Mariam Matrem Christi iter non arripuisse ut dicto Cæsaris parerent, quemadmodum evangelista testatur; namque in Romanis censibus professio omnino sequi debuit locum originis, ut colligitur ex l. *Forma* § 2 D. *De censibus*, et ex Ulpiano, lib. III, de censibus scribente: « Is vero qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tributum eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur; » idque satis astruitur testimonio Livii lib. XXXVIII, cap. 27, et lib. XLII, cap. 9, narrantis Valerio Messala et Livio Salinatore coss. Campanos ex S. C. Romæ censeri enactos fuisse, cum incertum esset ubi antea censerentur; atque item C. Popilio Lænate, et P. Ælio Ligure coss. cum Q. Fulvius Flaccus, et Aulus Posthumius Albidus censores lustrum conderent, minorem aliquanto invenisse numerum, « quia Posthumius cos. pro concione ediverat, qui sociorum Latini nominis ex edicto Claudii Cæsaris redire in civitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ, sed omnes in civitatibus suis censerentur. » Blaterant igitur et somniant qui luce clariora tenebris conantur inepte offundere; census enim Romani imperii habitos esse ab Augusto Suetonius Tabulæque Ancyranæ testantur; testatur in hoc indubiæ fidei Josephus, *Antiq. Judaic.* lib. XVIII, cap. 1, ubi ait; Κυρήνιος δὲ ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. « Cyrenius interea a Cæsare in Syriam mittitur, ut jura populis redderet, facultatesque omnium censeret, » idque Deus fieri voluit, ne de Servatoris universorum adventu ambigeretur, ejus in censuales tabulas, ut moris erat, in publicum relato nomine, ut S. Justinus martyr, Tertullianus et Chrysostomus innuerunt. Plura de hoc censu et de censendi ritu vide penes Danielem Huetium, *Demonstrationis evangelicæ* cap. 9.

τῷ Γαλιλαίῳ συμβέβηκε; Καλῶς ἐκεῖνος ἔλεγε· « Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ὅρα τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς πῶς οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἡσύχασαν· πῶς οὐ φυγάδες ᾖχοντο· πῶς οὐκ ἄλλως ἐπ' ἄλλην ὁδὸν ἐτράποντο, τὰ ἐκείνου ἀφέντες ὡς μάταια. Δῶμεν ὡς ἀληθῶς οὐκ ἀνέστη, ἀλλὰ νυκτὸς ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, καὶ οἷα ψιλὸς ἄνθρωπος νεκρὸς μεμένηκε. Τίς δὲ ὁ πανσόφους τοὺς ἁλιεῖς καὶ ἰδιώτας ποιήσας, καὶ μυρίαις γλώσσαις αὐτοὺς καθοπλίσας; Πῶς οὐ πιστεύετε, μάταιοι, τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες αὐτοῖς τοῖς πράγμασι σύνδρομα; « Ἐκχεῶ γὰρ, φησὶν Ἰωήλ, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, » δηλαδὴ τὴν πιστεύσασαν· οὐδὲ γὰρ οἱ μαθηταὶ μόνοι τὸ τῶν γλωσσῶν ἐσχήκασι χάρισμα, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ παρ' αὐτῶν φωτιζόμενοι. Λέγε τίς ὁ ποιήσας δι' αὐτῶν τοιαῦτα θαυμάσια; τίς ὁ ἐνισχύσας αὐτοὺς

A likæo (12) : optime enim dictum erat : « Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. » Vide ejus discipulos quomodo non sibimetipsis acquieverunt, quomodo non fugitivi abierunt, quomodo non alias per aliam viam recesserunt, quæ ejus erant, veluti vana relinquentes. Demus illum vere non resurrexisse, sed noctu venientes discipulos ejus illum furtim sustulisse, et tanquam purum hominem mortuum mansisse. Quis vero omniscios piscatores et idiotas fecit, ipsosque innumeris linguis instruxit? Quomodo inepti nimium non credius, videntes prophetarum dicta rebus ipsis omnimode consona? « Effundam enim, ait Joel, de spiritu meo super omnem carnem, » quæ videlicet credi-

B derit; non enim tantum discipuli linguarum dono affecti sunt, verum et omnes qui ab illis veritatis lumine (13) sunt illustrati. Dic, quis per ipsos hu-

(12) De Theuda hoc, et de Juda Galaunite, quorum hic meminit noster Glycas, et in Judæorum concilio Gamaliel legum doctor, uti habetur Actor. cap. v, præstat audire Josephum de altero lib. xx, *Antiq. Judaic.* cap. 2, in fin. ita narrantem, de altero vero lib. xviii, cap. 1 et seq. Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ Θευδᾶς ὀνόματι πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, διοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. Οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης Φάδος, ἀλλ' ἐξέπεμψεν ἵλην ἱππέων ἐπ' αὐτοὺς, ἥτις ἀπροσδόκητος ἐπιπεσοῦσα, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσι τὴν κεφαλὴν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. « Phado vero Judæam procurante, præstigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, suasit illis, ut asportatis opibus, ducem se ad Jordanem usque flumen sequerentur : quippe se prophetam esse aiebat, diremptisque imperio suo aquis fluminis, facilem se transitum ipsis præstiturum. Hujusmodi sermonibus plurimos decepit, sed Phadus vesaniam illorum brevi compressit, missis adversus eos equitum turmis, qui ex improviso illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt, ipsoque etiam Theudas ab iisdem est captus, ejusque præcisum caput Hierosolymam retulerunt. » Eamdem hanc historiam ex Josepho refert Eusebius Pamphil. *Histor. Eccles.* lib. II, cap. 11, qui dire vapulat a Scaligero, lib. VI *De emend. temp.* quod Theudam illum de quo Lucas, eumdem esse putaverit ac Theudas fuit, de quo Josephus, adeoque ad Claudii imperatoris ætatem revocarit. Henricus tamen Valesius in notis ad Eusebium, pag. 31 et seq. sententiam Scaligeri, et pene cognatam Casauboni expendit, atque ad trutinam revocans verba ipsa B. Lucæ ostendit nulla posse adduci ratione ut duos credat exstitisse Theudas, qui se prophetas esse mentiti, eodem prorsus utique modo et decem annorum spatio, Judæos ad spem novarum rerum concitaverint. Male itaque et Menochius et Tirinus qui in eadem fuere sententia in qua Scaliger. De Juda vero ex oppido Gamala exorto, et quarto inter Judæos hæreseos Galilæorum auctore, hæc habet Josephus : Ἰούδας Γαυλανίτης Σαδδουκον Φαρισαῖον προσλαμβανόμενος, ἠπείγετο ἐπὶ ἀποστάσει, τήν τε ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἄντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. Ὡς παράσχον μὲν κατορθοῦν εἰς τὸ εὐδαιμον ἀνακτιμένης τῆς κτήσεως, ἀσφαλισιν δὲ ἐκ τοῦ ταύτης περιόντος ἀγαθοῦ, τιμὴν καὶ

κλέος ποιήσεσθαι τοῦ μεγαλόφρονος, καὶ τὸ θεῖον οὐκ ἄλλως ἢ ἐπὶ συμπράξει τῶν βουλευμάτων εἰς τὸ κατορθοῦν συμπροθυμεῖσθαι μᾶλλον, ἂν μεγάλων ἐργάται τῇ διανοίᾳ καθιστάμενοι, μὴ ἐξτφίωνται φόνου ἐπ' αὐτῆς. Καὶ ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο οἱ ἄνθρωποι προθύμως ἐπὶ μεγάλῃ ἐπιβολῇ τοῦ τολμήματος. « Judas Gaulanites, adjuncto sibi Pharisæo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud quam manifestam servitutis professionem esse dictitans, et universam gentem ad tuendam libertatem adhortans : fore enim ut re bene gesta fortunis suis fruantur feliciter, et confirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis : nec sperandum auxilium cœlestis Numinis, nisi etiam ipsi rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum aliquid. » Census de quo hic loquitur Josephus idem est ac ille quem Augustus instituit in Judæa per Quirinium, et de quo verba fecit superius noster Glycas, nosque in notis. In Dogmatibus vero Judas ejusque asseclæ pene consentiebant cum Pharisæis, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrabant, putantes unum Deum habendum dominum et principem, uti videre est penes ipsum Josephum loc. cit.; Natalem Alexandr. tom. II, *Hist Eccles. Vet. Testam.* ubi de Hebræorum sectis; et Calmetium, Dissertat. de sectis, atque alibi, ut Bustorphium aliosque innumeros tum veteres tum recentiores prætream.

C rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum aliquid. » Census de quo hic loquitur Josephus idem est ac ille quem Augustus instituit in Judæa per Quirinium, et de quo verba fecit superius noster Glycas, nosque in notis. In Dogmatibus vero Judas ejusque asseclæ pene consentiebant cum Pharisæis, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrabant, putantes unum Deum habendum dominum et principem, uti videre est penes ipsum Josephum loc. cit.; Natalem Alexandr. tom. II, *Hist Eccles. Vet. Testam.* ubi de Hebræorum sectis; et Calmetium, Dissertat. de sectis, atque alibi, ut Bustorphium aliosque innumeros tum veteres tum recentiores prætream.

(13) Olim iis qui divinam prædicationem susceperant, et salutari baptismatis purgatione loti fuerant, evidenter datam esse spiritalis gratiæ operationem Actus ipsi apostolorum pluries ostendunt, Justinus martyr in II *Apologia pro Christianis*, veluti firmissimum veritatis religionis argumentum profert, et Patres omnes Ecclesiæ divinam hac in re œconomiam admirantur ac celebrant. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἦν, inquit Theodoretus in I Epistol. ad Corinth. cap. XII, τοὺς ἐπὶ πλεῖστον τῇ δαιμόνων ἐξαπάτῃ δεδουλευκότας, καὶ χρονίαν νόσον νενοσηκότας, ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις καὶ πενίᾳ συζῶσιν οὕτω ῥᾳδίως πιστεῦσαι, καὶ μεταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τῆς θείας χάριτος ἐναργῶς φαινομένης, καὶ οἷα ἐχέγγυα τῆς πίστεως παρεχούσης τὰ θαύματα : « Neque enim fieri poterat, ut qui daemonum fraudi diutissime serviebant, et communi morbo laborabant, indoctis hominibus et inopibus tam facile crederent, et ab eis veritatem discerent, nisi divina gratia aperta omnino appareret, et fidei veluti pignora miracula præberet. » Eadem visere est in Basilio, Chrysostomo, Augustino, Hieronymo, Leone Magno et aliis, quos adeat qui φιλοθεολόγους divinæ bonitatis thesauros admirari concupiscet.

jusmodi mirabilia patravit ? Quis validos illos reddens, qui quavis re destituti erant, et consilii inopes, omnem terram discurrere dedit, et cum loquendi libertate nuntiare Evangelium ? Optime de iis locutus est divinissimus Isaias : « Quam speciosi pedes annuntiantium pacem ! » Qui enim essent alii ubique pacem annuntiantes, et nationem quamque in unam fidem captivantes, nisi ubique currentes dicamus apostolos, quorum pedes speciosi ac valde pulchri? Ipsos enim propriis lavit manibus Dominus, paratos faciens ad prædicationem. Dic, quis per eos, veteres omnes sanctificationes cessare fecit, unamque firmavit in omnibus populis evangelicam legem? Nonne fortis in bello Christus hæc omnia prospere gessit? Neque mea sane hæc verba sunt; imo ipsum audi prophetam Amos dicentem : « Et ait Dominus ad me : Ecce ego deponam trullam (14) in medio populi mei Israel; non adjiciam ultra superinducere eum, et demolientur altaria risus, et sanctificationes Israel desolabuntur. » Quid hoc dilucidius? Altaria destructa videmus, sanctificationes Israel in desolationem redactas. Quem denique alium noscamus oportet *trullæ* nomine designatum, nisi omnino invincibili vi præditum Christum? Suo enim adventu, et altaria, et sanctificationes Israel dispersæ sunt. Optime vero Christum vocavit propheta adamantem; quanta enim et qualia machinati sunt contra ipsum reges, duces et tyranni? operam tamen perdiderunt; etenim in Christum veluti adamantem impingentes, invalidi omnes sunt deprehensi; atque ex hoc multo magis etiam nostra elucet prædicatio. Nonne [ais] revera vides Judæos, Æthiopas, Ismaelitas a sua ipsorum religione deficientes ad Christum transire? Quid dicis ad hæc? Cum essent valde contemptibiles, pauperes, perplexi, divitiis obviam processerunt. Assentior explicationi tuæ. Verum quomodo apostoli mundum universum converterunt, et qua ratione? generis nobilitate, potentia, sapientia (15), persuasione sermonis, gloria,

A γυμνοὺς καὶ ἀπόρους ὄντας πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν, καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον; Καλῶς ἔλεγε περὶ αὐτῶν ὁ θειότατος Ἡσαΐας· « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες ὑμῶν τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην ! » Τίνες γὰρ εἶεν ἕτεροι οἱ πανταχοῦ εἰρήνην εὐαγγελιζόμενοι, καὶ τὰ ἔθνη πάντα εἰς μίαν πίστιν ἑλκύσαντες, εἰ μήτε τοὺς ἀπανταχοῦ δραμόντας εἴποιμεν ἀποστόλους, ὧν οἱ πόδες ὡραῖοι καὶ σφόδρα περικαλλεῖς; Ἔνιψε γὰρ αὐτοὺς οἰκείαις χερσὶν ὁ Κύριος, ἑτοίμους ποιῶν εἰς τὸ κήρυγμα. Λέγε, τίς ὁ δι' αὐτῶν πάσας μὲν τελετὰς καταργήσας, μόνην δὲ κρατήσας τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν ἐν ἅπασιν; Ὁ κραταιὸς ἐν πολέμοις Χριστὸς ταῦτα κατώρθωσε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· τοῦ προφήτου Ἀμὼς ἄκουε λέγοντος· « Καὶ εἶπε ὁ Κύριος πρός B με· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου Ἰσραήλ· οὐκέτι μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀφανισθήσονται οἱ βωμοὶ τοῦ γέλωτος, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται. » Τί τούτου σαφέστερον; Τοὺς βωμοὺς ἀφανισθέντας ὁρῶμεν, τὰς τελετὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθείσας. Τίνα λοιπὸν χρὴ νοεῖν ἀδάμαντα, ἢ πάντως τὸν ἄμαχον ἔχοντα τὴν ἰσχὺν Χριστόν; Τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ οἵ τε βωμοὶ, καὶ αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπώλλυντο. Καλῶς δὲ τὸν Χριστὸν ἐκάλεσεν ὁ προφήτης ἀδάμαντα· ὅσα γὰρ ἐμηχανήσαντο κατ' αὐτοῦ καὶ οἷα βασιλεῖς, ἡγεμόνες, καὶ τύραννοι; Ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ κόπου· ὡς γὰρ ἀδάμαντι τῷ Χριστῷ προσβαλόντες, ἀνίσχυροι πάντες ἠλέχθησαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπὶ πλέον λαμπρύνεται τὸ ἡμέτερον κήρυγμα. Οὐχ ὁρᾷς C Ἰουδαίους, Αἰθίοπας, Ἰσμαηλίτας τῆς θρησκείας αὐτῶν ἀποπηδῶντας, καὶ τῷ Χριστῷ προσερχομένους; Τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ἐπείπερ εἰσὶν εὐκαταφρόνητοι, πένητες, ἄποροι, τοῖς χρήμασιν ὑπήντηνται. Δέχομαι τὴν παραγραφήν σου. Πῶς δὲ οἱ ἀπόστολοι τὸν κόσμον ἐσαγήνευσαν ἅπαντα καὶ τίνι τρόπῳ; εὐγενείᾳ, δυναστείᾳ, σοφίᾳ, πιθανότητι λόγου, δόξῃ, πλούτῳ, χρήμασιν; Οὐκ ἦν τοιοῦτον οὐδὲν παρ' αὐτοῖς· ἀλλὰ γυμνοὶ μὲν ἦσαν καὶ ἄποροι, μόνην δὲ ἠμφιεσμένοι τὴν τοῦ Πνεύματος δύνα-

(14) Ita prorsus Vulgata, quique eam secuti sunt pro *trulla* instrumentum illud intelligunt, quo fabri murarii, tectoriis linendis complanandisque delutare solent, ut non solum, ait Henr. Stephanus, parietes pulchritudinem accipiant, sed et fortitudinem contra injuriam imbrium et creberrimas tempestates; ac si Deus diceret : deponam omnem curam linendi muros Israelis, sinamque illos funditus corruere, ut Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, et alii senserunt. Lyranus vero, etsi Vulgatam et ipse sectetur, animadvertit tamen Hebræos legere : « Ecce Dominus stans super murum lineatum, et in manu ejus linea ; » aitque : « Accipitur hic linea pro chorda latomi, in cujus extremitate est plumbum, et cum qua considerat, si murus erigitur recte super fundamentum, et si invenit distorsionem, reducit eum ad rectitudinem; et per hoc designatur divina justitia tortuositatem culpæ emendans per pœnam; ideo sequitur : « Ecce ego ponam lineam in medio populi mei, » id est rectitudinem justitiæ meæ ejus peccata punientis : « Non adjiciam ultra pertransire eum, » id est dissimulare ejus peccata absque punitione. » Septuaginta vero interpretes, quibus adhæret noster Glycas, *adamantem* pro *trulla* dixere, quapropter audiendus Theodoretus, qui omnibus Græcis Patribus D in hoc consentiens, ac de more Scripturæ dictum explanans ait : Ἰσχυρὰν αὐτοῖς, καὶ στερεὰν λίαν ἐπάξω πληγὴν, καὶ ἀδάμαντι ἐοικυῖαν, ὃς τῶν ὑλῶν ἐστιν ἁπασῶν στερεώτατός τε, καὶ ἰσχυρότατος. Οὐ γὰρ ἀνέξομαι λοιπὸν περιδεῖν τὴν ὑπ' αὐτῶν τολμωμένην ἀσέβειαν, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἀφανιῶ βωμοὺς, καὶ τὰς τούτων ἑορτὰς καταπαύσω, καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν αὐτῶν καταλύσω τὴν βασιλείαν. Scilicet, « Validam et præduram plagam inferam, similemque adamanti, qui ex materiis quibusve durissimus est et valentissimus. Non enim patiar impositerum, ut ab his admissa impietas abeat impunita : quin una cum ipsis altaria idolorum delebo, et eorum festos dies cessare faciam; omne denique eorum regnum penitus evertam. » Videsis Basilium et Chrysostomum, qui eadem pene edisserunt.

(15) Incruditos omnino, imo et rudes fuisse apostolos, veteres omnes Patres pleno ore docuerunt, atque ex ipsorum rusticitate et imperitia,

μιν, δι' ἧς τὰ ἔθνη πάντα ἑλκόμενα, καὶ προσπίπτοντα τῷ Χριστῷ, τῆς προτέρας αὐτῶν καταγινώσκουσι καὶ πλάνης καὶ ματαιότητος. Καὶ ἄκουε τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· « Κύριε, σὺ ἰσχύς μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν· πρός σε ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. » Λέγε λοιπόν, ὁ προφητικὸς οὗτος λόγος· τίνι προσαρμόττει, τῷ Χριστῷ, ἢ ἑτέρῳ τινί; Πειθέτω καὶ Σοφωνίας ὑμᾶς Κύριον τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, οὕτω λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν, ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τί πρὸς ταῦτά φατε; Ἐλήλυθεν ἡ κυριακὴ αὕτη ἐπιφάνεια, ἢ οὔ; Ἐξωλοθρεύθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, Ζεὺς, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη καὶ Ἄρτεμις, ἢ οὔ; Ἐπέφανε λοιπὸν ὁ Κύριος κατὰ τὴν τοῦ Σοφωνίου πρόρρησιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ πάντες οἱ τῶν ἐθνῶν θεοὶ κατεβλήθησαν. Ὅτι δὲ τὰ ἔθνη τὰ μήτε νόμον εἰδότα, μήτε προφητῶν ἀκούσαντα, μήτε ὅλως τὸν Κύριον ἐκζητήσαντα, καιροῦ καλοῦντος προσδραμεῖν ἔμελλε, καὶ ἀληθῶς εὑρηκέναι τὸν Κύριον, δῆλον ἐντεῦθεν· « Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι· » καὶ αὖθις, « Οἷς οὐκ ἀνηγγέλθη περὶ ἐμοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. » Τοιούτων μὲν οὖν καὶ τοσούτων προφητικῶν ῥημάτων ἀκούοντες τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ κηρυσσόντων προφανῶς ἐπιφάνειαν, τί λοιπὸν ματαιάζετε καιροσκοποῦντες ἐπὶ κενοῖς Χριστὸν, ἐλπίζοντες Ἀντίχριστον; Κωφοὶ, ἀκούσατε· ὁ γὰρ Ἡσαΐας τὸν σωτηρίου προσαγορεύων καιρὸν, καὶ ὅτι οὐ δι' ἑτέρου γενήσεται ἡ σωτηρία προφήτου τυχὸν, ἢ δικαίου τινός, καὶ τάδε φησίν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἀνοιγήσονται, ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, καὶ χωλὸς ἁλεῖται ὡς ἔλαφος. » Ἐγένετο ταῦτα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἢ οὔ; Ἵνα τί ἀπιστεῖτε τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ πέρας λαμβάνοντα; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον ἀπιστεῖσθαι παρ' ὑμῶν ἔμελλε διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἔκπαλαι τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Θεὸς εἰπών· « Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν· ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγήσηταί ὑμῖν. » Καλῶς δὲ ὁ προφήτης εἶπεν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. » Ὃν γὰρ τρόπον κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς πλάττων τὸν ἄνθρωπον οὐχ ὑπουργῷ τινι ἐχρήσατο, οὕτως οὐδὲ νῦν τὴν εἰκόνα φθαρεῖσαν ἀνανεούμενος ἄλλῳ τὴν ἀνάπλασιν ἐνεχείρισε.

μιν, δι' ἧς τὰ ἔθνη πάντα ἑλκόμενα, καὶ προσπίπτοντα τῷ Χριστῷ, τῆς προτέρας αὐτῶν καταγινώσκουσι καὶ πλάνης καὶ ματαιότητος. Καὶ ἄκουε τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· « Κύριε, σὺ ἰσχύς μου, καὶ καταφυγή μου ἐν ἡμέρᾳ κακῶν· πρός σε ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἐροῦσιν ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. » Λέγε λοιπόν, ὁ προφητικὸς οὗτος λόγος· τίνι προσαρμόττει, τῷ Χριστῷ, ἢ ἑτέρῳ τινί; Πειθέτω καὶ Σοφωνίας ὑμᾶς Κύριον τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, οὕτω λέγων· « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν, ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τί πρὸς ταῦτά φατε; Ἐλήλυθεν ἡ κυριακὴ αὕτη ἐπιφάνεια, ἢ οὔ; Ἐξωλοθρεύθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, Ζεὺς, Ἀπόλλων, Ἀφροδίτη καὶ Ἄρτεμις, ἢ οὔ; Ἐπέφανε λοιπὸν ὁ Κύριος κατὰ τὴν τοῦ Σοφωνίου πρόρρησιν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· τῇ γὰρ αὐτοῦ παρουσίᾳ πάντες οἱ τῶν ἐθνῶν θεοὶ κατεβλήθησαν. Ὅτι δὲ τὰ ἔθνη τὰ μήτε νόμον εἰδότα, μήτε προφητῶν ἀκούσαντα, μήτε ὅλως τὸν Κύριον ἐκζητήσαντα, καιροῦ καλοῦντος προσδραμεῖν ἔμελλε, καὶ ἀληθῶς εὑρηκέναι τὸν Κύριον, δῆλον ἐντεῦθεν· « Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι· » καὶ αὖθις, « Οἷς οὐκ ἀνηγγέλθη περὶ ἐμοῦ ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. » Τοιούτων μὲν οὖν καὶ τοσούτων προφητικῶν ῥημάτων ἀκούοντες τὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ κηρυσσόντων προφανῶς ἐπιφάνειαν, τί λοιπὸν ματαιάζετε καιροσκοποῦντες ἐπὶ κενοῖς Χριστὸν, ἐλπίζοντες Ἀντίχριστον; Κωφοὶ, ἀκούσατε· ὁ γὰρ Ἡσαΐας τὸν σωτηρίου προσαγορεύων καιρὸν, καὶ ὅτι οὐ δι' ἑτέρου γενήσεται ἡ σωτηρία προφήτου τυχὸν, ἢ δικαίου τινός, καὶ τάδε φησίν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἀνοιγήσονται, ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, καὶ χωλὸς ἁλεῖται ὡς ἔλαφος. » Ἐγένετο ταῦτα ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἢ οὔ; Ἵνα τί ἀπιστεῖτε τὰ τῶν προφητῶν ὁρῶντες ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ πέρας λαμβάνοντα; Ἀλλ' ὅτι μὲν οὖν τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον ἀπιστεῖσθαι παρ' ὑμῶν ἔμελλε διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἔκπαλαι τοῦτο δεδήλωκεν ὁ Θεὸς εἰπών· « Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν· ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγήσηταί ὑμῖν. » Καλῶς δὲ ὁ προφήτης εἶπεν· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. » Ὃν γὰρ τρόπον κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς πλάττων τὸν ἄνθρωπον οὐχ ὑπουργῷ τινι ἐχρήσατο, οὕτως οὐδὲ νῦν τὴν εἰκόνα φθαρεῖσαν ἀνανεούμενος ἄλλῳ τὴν ἀνάπλασιν ἐνεχείρισε.

A divitiis, substantiis? Nihil tale erat in ipsis; sed nudi quidem erant et inopes, indutique tantum una Spiritus virtute per quam universæ gentes attractæ, et ad Christum accurrentes veterem suum errorem, et vanitatem condemnant. Audi sane Jeremiam dicentem: « Domine, tu robur meum, et refugium meum in die malorum; ad te gentes venient ab extremo terræ, et dicent, quod consectati sunt mendacium patres nostri idolis obsequentes, et non erat in eis adjumentum. » Dic sodes, propheticus hic sermo respicitne Christum, an quempiam alium? Persuadeat vobis Sophonias Christum Dominum confiteri ita dicens: « Apparebit Dominus ad omnes gentes, et disperdet omnes deos nationum, et adorabit eum quisque de loco suo. » Quid præter hoc dicendum? Advenit Dominica hæc apparitio, necne? Dispersine sunt nationum dii, Jupiter, Apollo, Venus, Diana, an non? Apparuit itaque Dominus super omnes gentes juxta Sophoniæ vaticinium. Quis vero hic est, nisi Dominus noster Jesus Christus? Ejus enim adventu omnes prorsus nationum dii corruerunt. Quod vero gentes neque scientes legem, neque prophetas audientes, neque penitus exquirentes Dominum, data temporis opportunitate futurum erat ut accurrerent, et vere Dominum invenirent, patet hinc, quod « Inventus sum a non quærentibus me, et non interrogantibus me apparui; » et rursus: « Quibus non annuntiatum est de me videbunt, et qui non audierunt, cognoscent. » Talia igitur ac tanta prophetarum dicta audientes Christi Servatoris apparitionem apertissime nuntiantium, quid præterea desipitis, in vanis prospicientes Christum, Antichristum sperantes? Surdi audite: Isaias enim Salvatoris prænuntians tempus, et a nullo alio propheta salvationem fieri posse, nisi a quodam Justo, hæc sane ait: « Ipse veniet et salvabit nos. Tunc oculi cæcorum aperientur, aures surdorum audient, et claudus saliet ut cervus. » Facta sunt hæc, necne, cum apparuit Christus a vobis crucifixus? Utquid ergo non creditis prophetarum dicta videntes in ipso Christo finem accipere? Quod vero futurum erat ut a vobis non crederetur Christi mysterium, propter miraculi excellentiam, olim ostendit Deus dicens: « Videte contemptores, et admiramini, et disperdimini, quoniam opus ego operor in diebus vestris: opus cui non adhibebitis fidem, si quis enarraverit vobis. » Optime vero dixit propheta: « Ipse veniet, et salvabit nos; » quemadmodum enim in principio Deus plasmans hominem nullo alio administro usus est, ita nunc corruptam imaginem renovans nemini reformationem commisit.

Spiritus qui ipsos afflavit mirandam vim prædicare non destiterunt. Nemo tamen est qui nesciat nugaces homines vitio vertisse Joanni Laminio τῷ πανσόφῳ, et hæreseos pene notam inurere studuisse eo quia rusticitatis et imperitiæ D. Joannem arguisset nondum Spiritu sancto imbutum. Adeas absolutissimum ejus opus de eruditione apostolorum, omnigenæ eruditionis sacræ promptuarium, e quo veluti e penu haurire licebit quibus doctior fias et eruditior, nec non cognosces quanto rubore suffundi debuere male feriati illi, qui maledicendi cacoethe quadam adacti tantum virum sunt injuriis criminati.

Simillima jam demonstratis divinissimus Malachias alta inclamans voce dixit : « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, neque summam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum g'oriosum est in gentibus, et in omni loco sacrificium et oblatio munda offertur nomini meo : vos autem ea contaminastis. » Facta sunt hæc, an non ? Offerturne incruentum et mundum sacrificium Deo in omni nationum loco, an non? Verum quid plura? Audiamus prophetam dicentem : « Ex Sion exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem ; et judicium faciet in medio nationum, et arguet populum multum. » Dicite ergo, quænam est lex exiens ex Sion, et quinam sunt qui eam receperunt? Nationes sane ; ipsæ enim redargutæ sunt velut errantes a fide, et Christi legem receperunt, quam quidem discipulis dedit in Jerusalem, et per ipsos omnibus gentibus. « Ex Sion exibit lex ; » oportebat enim novam dari legem novo ex nationibus populo, quemadmodum Jeremias dicit : « Ecce dies veniunt, et feriam cum domo Juda fœdus novum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in diebus in quibus apprehendente me manum eorum, eduxi illos de terra Ægypti. » Vel igitur dicant quæ lex data sit ex Sion, vel novam a Christo legislationem recipiant. Post enim resurrectionem ejus a mortuis, quemadmodum prophetæ prædixerant, ascendit ad cœlos, et intonuit, hoc est, ipsum hoc Novum Testamentum per omnino sanctum Spiritum clargitus est. Verum mihi dicis, quod si Dei Filius erat, vere etiam surrexit. Sed audi; si hoc factum fuit, continuo debueras credere? Profecto non ; qui enim iis quæ præcesserant non credidit, neque illius resurrectioni crediderit, et si in conspectu omnium factum id sit. Nonne vidisti Lazarum quatriduanum a mortuis resurgentem ? Quomodo non credidisti? Quid hoc incredibilius, solem crucifixo Christo obtenebratum esse? Quid majus, mortuos resurrexisse, petras scissas esse, et ipsum templi velum in duas partes divisum esse? Nonne omnium miraculorum, ne ipsa quidem excepta resurrectione, hæc sunt maxime mirabilia? Quomodo horum signorum spectator factus non credidisti? Vere adimpletum est quod Isaias dixit : « Cor eorum impinguatum est : aures habent, et non audiunt ; habent oculos, et non vident. » De resurrectione quidem mortuorum quæ Christi Servatoris tempore contigit, a divinissimo propheta dictum est : « Curabit et sanabit nos post duos dies; in die vero tertia suscitabitur, et vivemus in conspectu ejus. »

Verum enimvero et hoc protendis mihi dicens : Quid hic novi? Si vester hic Christus signa cum fecerit populum non parvum in errorem impulit? Ecce enim et Maomethum signa multa fecisse discimus, atque inde non parvum populum decepisse. Si igitur Christus est Deus propter signa ab eo patrata, Deus eodem prorsus modo erit et Maomethus. Sed audi, Maomethi signa, manifesta

Τὰ αὐτὰ τοῖς διαληφθεῖσι καὶ ὁ θειότατος Μαλαχίας προαναφωνῶν ἔλεγεν· « Οὐκ ἔστι μοι ἐν ὑμῖν θέλημα, λέγει ὁ Κύριος, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, διότι ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτά. » Ἐγένετο ταῦτα, ἢ οὔ; Προσάγεται ἡ ἀναίμακτος καὶ καθαρὰ θυσία τῷ Θεῷ ἐν παντὶ τόπῳ τῶν ἐθνῶν, ἢ οὔ; Καὶ τί πολλὰ λέγειν; Ἀκουσώμεθα προφήτου τοῦ λέγοντος· « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐξελέγξει λαὸν πολύν. » Εἴπατε οὖν τίς ἐξελθὼν νόμος ἐκ Σιὼν, καὶ τίνες οἱ τοῦτον δεξάμενοι; Πάντως τὰ ἔθνη· αὐτὰ καὶ γὰρ ἠλέγχθησαν ὥσπερ τὴν πίστιν πλανώμενα, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον ἐδέξαντο, ὃ ἔδωκε μὲν ἐν Ἰερουσαλὴμ τοῖς μαθηταῖς, δι' αὐτῶν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται ὁ νόμος· » ἔδει γὰρ τῷ ἐξ ἐθνῶν καινῷ λαῷ καὶ νόμον δοθῆναι καινὸν, καθὼς Ἱερεμίας φησίν· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ἤ γοῦν εἰπάτωσαν τίς ὁ νόμος ὁ δοθεὶς ἐκ Σιὼν, ἢ τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίαν καταδεχέσθωσαν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν, καθὼς οἱ προφῆται προεῖπον, ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησε, τοῦτ' ἔστιν αὐτὴν ταύτην τὴν νέαν διαθήκην διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐχορήγησεν. Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι εἰ Θεοῦ Υἱὸς ἦν, καὶ ἀληθῶς ἀνέστη. Καὶ ἄκουε· εἰ τοῦτο ἐγένετο, πιστεῦσαι εἶχες; Πάντως οὐχί· ὁ γὰρ μὴ τοῖς προλαβοῦσι πιστεύσας οὐδὲ τῇ ἐκείνου ἀναστάσει ἐπίστευσεν ἂν καὶ εἰ ἐνώπιον πάντων ἐγένετο. Οὐκ οἶδας τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν τετραήμερον ἐγερθέντα; Πῶς οὐκ ἐπίστευσας; Τί παραδοξότερον τοῦ τὸν ἥλιον σκοτισθῆναι σταυρουμένου Χριστοῦ; Τί μεῖζον τοὺς νεκροὺς ἐγερθῆναι, πέτρας σχισθῆναι, καὶ αὐτὸ διαῤῥαγῆναι τὸ τοῦ ναοῦ καταπέτασμα; Οὐ πάντων θαυμάτων, καὶ αὐτῆς δὴ τῆς ἀναστάσεως, ταῦτα θαυμασιώτερα; Πῶς τοιούτων τεράτων θεατὴς γεγονὼς οὐκ ἐπίστευσας; Ὄντως πεπλήρωται τὸ τοῦ Ἡσαΐου· « Ἡ καρδία αὐτῶν ἐπαχύνθη· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούουσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐ βλέπουσι. » Περὶ μέντοι τῆς κατὰ τὸ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ ἐγέρσεως τῶν νεκρῶν τῷ θειοτάτῳ προφήτῃ εἴρηται· « Ὑγιάσει καὶ ὑγιάσει ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἐξαναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐνώπιον αὐτοῦ. »

Ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦτο προτείνεις μοι λέγων· ὅτι Τί καινόν; Εἰ ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος σημεῖα πεποιηκὼς λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐπλάνησεν; Ἰδοὺ γὰρ καὶ τὸν Μωάμεθ σημεῖα πολλὰ πεποιηκέναι μανθάνομεν, κἀντεῦθεν οὐκ ὀλίγον πεπλανηκέναι λαόν. Εἰ οὖν Θεὸς ὁ Χριστός ἐστι διὰ τὰ παρ' αὐτοῦ τελεσθέντα σημεῖα, Θεὸς ἄρα τῷ τρόπῳ τούτῳ καὶ ὁ Μωάμεθ. Καὶ ἃ οὖν, τὰ τοῦ Μωάμεθ ἡ πλάνη κεθέστηκε προ-

φανῆς, καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλά, μάλιστα δὲ διὰ τὸ μηδένα τῶν προφητῶν τούτου χάριν τὸ οἰονοῦν προειπεῖν· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ πάνυ τυγχάνουσιν ἀληθῆ, ὡς ἐκ τῶν προφητῶν τὴν σύστασιν ἔχοντα. Καὶ πρόσσχες εἰ βούλει τοῖς λεγομένοις· αὐτὸν γὰρ καὶ αὖθις τὸν Σοφωνίαν παράγω τοῦ λόγου μάρτυρα. « Ἐπιφανήσεται Κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Τίς οὖν ὁ ἐπιφανεὶς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ποῖος ἐκείνων ὁ τοὺς τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐξολοθρεύσας, καὶ Θεὸν ἕνα προσκυνεῖσθαι ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων παρασκευάσας, ὁ Χριστὸς, ἢ ὁ Μωάμεθ; Ἀπόκριναι, ἐν τίνι πέρας ἔσχεν ἡ τοῦ Σοφωνίου προφητεία, ἐν τῷ Χριστῷ, ἢ ἐν τῷ Μωάμεθ, ἢ ἁπλῶς ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀπ' αἰῶνος; Ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, εἰ μὴ ἐν αὐτῷ καὶ μόνῳ τῷ παρ' ὑμῶν σταυρωθέντι Χριστῷ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ. Ὅτι δὲ τὰ κατ' αὐτὸν οἱ πάλαι προφῆται προανεφώνουν, δῆλον κἀντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν ἐκείνου παρουσίαν οὐδεὶς ἠγέρθη προφήτης κατὰ τὴν ἐκείνου πρόῤῥησιν. Ὁ νόμος γὰρ καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννην· ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ προφητευόμενος, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ἐπεγνώσθη μυστήριον, οὐκέτι προφήτου χρεία λοιπόν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, τῶν προφητῶν πάντων τὴν Χριστοῦ παρουσίαν μεγαλοφώνως προαναφωνούντων; Ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ καὶ αὐτὸν τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν ἀριδήλως μεμήνυκε. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας παρασυρέντες οἱ ἄνθρωποι, ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου Χριστὸν εἰσδεξώμεθα. Σαθρὸν μὲν οὖν σοι καὶ τὸ κατὰ τὸν Μωάμεθ πρόβλημα, ὦ σαθρὲ τὸν νοῦν καὶ ἀσύστατε.

Ἀλλ' ἄλλην ἐξ ἀμηχανίας ἐτράπης ὁδόν, καὶ εὐαγγελικῶν ῥημάτων μεμνημένος ἐπάγεις μοι λέγων· Πῶς αὐτὸν Θεὸν λογισθήσομαι, ὃς τῷ νομικῷ εἰπόντι πρὸς αὐτὸν, « Διδάσκαλε ἀγαθέ, » εἶπεν· « Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; » Καὶ ἐν πρώτοις μὲν λέγω σοι· « Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Πῶς ἐπαντρανίζειν τῇ εὐαγγελικῇ δόξῃ ἐπιχειρεῖς, καλύμματος ἐπικειμένου τοῖς νοητοῖς ὀφθαλμοῖς σου; Ἄφελε τὸ κάλυμμα, καὶ παρακύψας ἴδῃς τὴν δόξαν Κυρίου· « Ἀποκάλυψον γάρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. » Περιελὼν τὴν τοῦ στόματός σου πικρίαν, γεύσεις τοῦ εὐαγγελικοῦ μέλιτος, καὶ ἡδονῆς ἀπολαύσεις ἀῤῥήτου. Ταῦτά σε τὰ ῥήματα σκανδαλί-

A inituntur deceptione, tum ob multa alia, tum maxime quod prophetarum nullus de eo quidquam prædixerit, dum ea quæ Christum spectabant vere omnino acciderunt, prout in prophetarum prænotionibus habentur. Et adverte si libet dictis; ipsum enim rursus profero Sophoniam testem sermonis, qui ait: « Apparebit Dominus ad omnes gentes, ac funditus perdet omnes deos nationum, et unusquisque de loco suo adorabit ipsum. » Quis ergo apparuit ad omnes gentes, Christus an Maomethus? Uter horum deos nationum funditus perdidit, et unum Deum ab omnibus adorari, et ubique disposuit, Christus an Maomethus? Responde, sodes, in quo finem habuit prophetia Sophoniæ, in Chri-

B sto, an in Maometho, vel alio quovis eorum qui fuerunt a sæculo? Verum non habes quid dicas, nisi in ipso uno a vobis crucifixo Christo Dei Filio et Deo. Quod vero ea quæ ad ipsum pertinent, prophetæ olim prænuntiarint, manifestum exinde est, quod post ejus apparitionem nemo surrexit propheta, juxta ejus vaticinium. Lex enim et prophetæ usque ad Joannem; postquam enim venit prænuntiatus, atque ejus cognitum est mysterium, nulla amplius erat prophetæ utilitas. Et quid plura oportet dicere, omnibus prophetis Christi adventum magna voce prænuntiantibus? Admirabilis Daniel ipsum pene adventus manifeste designavit momentum. Qua vero hoc de causa? Ne ab ignorantia protracti nos homines, alterum pro altero Christum ad

C mitteremus. Marcidum ergo sane de Maomethe (16) problema, o putris mente et inconstans.

Verum ex difficultate in aliam translatus es viam, et evangelicorum verborum recordatus subjungis mihi dicens: Quomodo ipsum Deum mente cogitare potero, qui legisperito dicenti: « Magister bone, » respondit: « Nemo bonus nisi solus Deus? » Et primum quidem a te peto: « Quæ communicatio lucis cum tenebris? » Quomodo obniteris evangelicum sensum aperire, obductis velamine oculis tuæ mentis? Aufer velamen, et introspiciens videbis gloriam Domini: dictum est enim: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. »

D Auferens ab ore tuo amaritudinem, gustabis evangelicum mel, et suavitate fruere inenarrabili. Hæc verba scandalo tibi sunt, hæc nobis tu ipse objicis,

(16) Mahomethis doli et ambages quibus allicere studuit male feriatos homines cujusvis generis, maximeque concupiscentiæ ipsorum indulgentes omnimode, cuique jam comperta sunt, neque in præsentiarum arridet coctum recoquere. Is certe utpote matre Judæa natus, Judæos in spem erexit putantes illum exspectatum Servatorem advenisse, atque ea de causa synagoga legatos ad ipsum laudatoresque misit, pene regem sibi constitutura. Ita porro Cedrenus: Οἱ δὲ πεπλανημένοι Ἑβραῖοι ἐν ἀρχῇ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς προσδοκώμενον Χριστόν· ὡς καί τινα; τὸν ἀριθμὸν δέκα προὔχοντας αὐτῶν προσελθεῖν αὐτῷ, ὀφεῖναί τε τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως, καὶ δέξασθαι τὴν αὐτοῦ θρησκείαν, καὶ σὺν αὐτῷ διάγειν μέχρι τῆς σταγῆς αὐτοῦ. Scilicet: « Judæi interim in errorem abducti, cum primum is exstitit, existimarunt illum esse Christum, quem exspectabant, adeo ut decem numero viri proceres ad eum sese contulerint, desertaque Mosis, cui se videndum Deus præbuerat, religione, ipsius superstitiosam impietatem amplexi sint, et usque ad ejus cædem ipsi adhæserint. » Qui plura cupit, adeat ipsum Cedrenum, Zonaram, et Damascenum penes antiquos, atque e recentioribus Historiam universalem a doctissimis Britannis viris absolutissime concinnatam, ubi omnia fanda et infanda hujusce ψευδοπροφήτου inveniet.

ὑ domens et rixose. Ad ea vero quæ ad verbum A enarrat Evangelium meum, nimirum : « Ego et Pater meus unum sumus, » et : « Qui vidit me, vidit et Patrem, » et : « In principio erat Verbum ; » quid respondebis non videns quod alicubi quidem veluti Deus edisserit, alicubi vero ut homo, nostram propter infirmitatem ? quoniam et rete nisi undique sit absconditum, numquam passerem capiet. Atque hac de causa ne addubites : legisperitum enim nihil prorsus divinum mente concipientem de ipso, congruenter vetuit ne ipsum appellaret bonum, ejus humi cubantem mentem sublevans, et quodammodo dicens : Si ad me venis, uti ad Deum, bonum appella, si vero ut ad hominem sublimem, ne dicas, propterea quod homines per gratiam participes fiunt bonitatis. Illud tamen : « Nemo bonus nisi solus B Deus, » semper memor a tenes, et in medium profers ; quæ vero juxta Nathanaelem (17), quando prophetice seipsum Deum ostendit, et quæ secundum Caiphan, quando veluti condemnatus ipsi astans, et juramentis ab ipso coactus Deum se ipsum esse confirmavit, quomodo non consideras ? quomodo in medium non profers ? Simile quid pati mihi videmini navi in medio mari periclitanti causa valentium ventorum. Quemadmodum enim ipsa ventis obsistere non valens vela quidem remittit, eorumque sistit actionem, in ancorarum vero omnem retinaculis spem reponit ; quid enim aliud agat cum ipsis viris in profundum pene demergenda ? ita et vos difficultatum tempestate circumacti, omnem rectum C linquentes itineris rectitudinem, ad commenta semper confugitis, ut detrectando excusetis excusationes in peccatis.

Sed de hisce satis dictum sit, non enim decet margaritas ante porcos projicere. Sed quoniam veluti canis oblatras Christum non esse Deum, contende et hoc dicendo quod Deus non nascitur, pannis non obvolvitur, non bibit, non sitit, non fatigatur ; iterum vero dico tibi : Quoniam talia te scandalizant, utpote inanem prorsus ac mente minorem, necesse est etiam omnino te circa incorpoream atque incircumscriptam natura scandalizari, et circumscriptam dicere et incorpoream, et nullo modo perfectum Deum existimare, quem vetus et divina annuntiat Scriptura ; ipsi enim tribuit manus et pedes, et oculos et aures, et locales migrationes : D « Descendens enim, ait, super Sodomam videbo utrum clamorem ipsorum compleverint, » et quævis alia hujusmodi. Sed quemadmodum illic et

ζουσι, ταῦτα προτφέρεις καθ' ἡμῶν, ὦ ἀνόητε σὺ καὶ φιλόνεικε. Ἐν οἷς δὲ διέξεισι κατὰ ῥῆμα τὸ Εὐαγγέλιόν μου· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἕν ἐσμεν, » καὶ « Ὁ ἑωρακώς ἐμὲ ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα, » καὶ « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » τί ἀποκριθήσῃ μὴ εἰδώς, ὅτι ποῦ μὲν ὡς Θεὸς διελέγετο, ποῦ δὲ ὡς ἄνθρωπος διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν ; ἐπεὶ καὶ παγὶς ἐὰν μὴ πανταχόθεν συσκιασθῇ, οὐκ ἂν ἀγρεύσῃ στρουθόν. Καὶ τούτου χάριν μὴ ἀμφιβάλλε· τῷ γὰρ νομικῷ μηδέν τι θεῖον περὶ αὐτοῦ διανοουμένῳ εἰκότως εἶπε μὴ λέγειν αὐτὸν ἀγαθόν, ἀνάγων αὐτοῦ τὸν νοῦν χαμαὶ κείμενον, καὶ οἱονεὶ λέγων· Εἰ μὲν οὖν ὡς Θεῷ μοι προσέρχῃ, λέγε ἀγαθόν· εἰ δὲ ὡς ἀνθρώπῳ ὑψηλῷ, μὴ λέγε, διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους χάριτι μετέχειν τῆς ἀγαθότητος. Καὶ τὸ μὲν, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς*, διὰ μνήμης ἔχεις ἀεὶ καὶ εἰς μέσον προσφέρεις· τὰ δὲ κατὰ τὸν Ναθαναὴλ ἡνίκα διὰ τοῦ προφητεύειν Θεὸν ἑαυτὸν παρεδείκνυε, τὰ δὲ κατὰ τὸν Καϊάφαν ἡνίκα ὡς κατάκριτος αὐτῷ παριστάμενος, καὶ ἐξορκισμοῖς ὑπ' αὐτοῦ καταδεσμούμενος, Θεὸν ἑαυτὸν εἶναι διεβεβαιοῦτο, πῶς οὐκ ἀναλογίζῃ ; πῶς οὐκ εἰσάγεις εἰς μέσον ; Ταυτόν τι πάσχειν ἐοίκατε τῇ ἐπὶ μέσου πελάγους ὑπ' ἀνέμων βιαίων καταβαπτιζομένῃ νηΐ· ὥσπερ γὰρ ἐκείνη τοῖς πνεύμασιν ἀντιστῆναι μὴ δυναμένη ὑποχαλᾷ μὲν τὰ ἱστία, καὶ ἄπρακτα τίθησιν, ἀγκυροβολίοις δὲ καὶ πείσμασι πάσας ἀναρτᾷ τὰς ἐλπίδας· τί γὰρ καὶ δράσαιεν ἕτερον, αὐταδρος τῷ βυθῷ καταδυομένη ; οὕτω καὶ ὑμεῖς τῷ τῆς ἀμηχανίας στροβούμενοι κλύδωνι, πᾶσαν ἀφέντες εὐθυπορίαν, εἰς παραγραφὰς ἀεὶ καταφεύγετε, καὶ προφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ἤρκει, οὐ χρὴ γὰρ ἔμπροσθεν χοίρων ῥίπτειν τοὺς μαργαρίτας. Ἐπεὶ δὲ ὡς κύων καθυλακτεῖς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι Θεόν, διισχύριζε καὶ τὸ λέγων ὅτι ὁ Θεὸς οὐ γεννᾶται, οὐ σπαργανοῦται, οὐ πεινᾷ, οὐ διψᾷ, οὐ κοπιᾷ. Καὶ πάλιν λέγω σοι· Ἐπεὶ τοιαῦτά σε σκανδαλίζουσιν ὡς κοῦφον πάντη καὶ ἀνόητον, ἀνάγκη σοι πᾶσα καὶ ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀπεριγράπτου φύσεως σκανδαλίζεσθαι, καὶ περιγραπτὴν λογίζεσθαι καὶ ἀσώματον, καὶ μηδὲν Θεὸν ἡγεῖσθαι τέλειον, ὃν ἡ παλαιὰ καὶ θεία καταγγέλλει Γραφή. Χεῖρας γὰρ καὶ πόδας προσάπτει, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ τοπικὰς μεταβάσεις· « Καταβὰς γὰρ ἐπὶ Σόδομα ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται· » καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖ συγκαταβατικῶς τε καὶ οἰκονομικῶς διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν λέγονται·

(17) Quæ noster hic Glycas habet de Nathanaele, vide in Evangelio Joannis, cap. I, 45 et seq., ubi Christi divinitatis illustre profertur testimonium. Varias in partes vero Ecclesiæ Patres abiere circa Nathanaelem, qui a plurimis e numero apostolorum eximitur, eo quia peritus esset in lege, dum ab aliis eumdem ipsum esse ac Bartholomæum putatur. Priorum agmen ducit S. Augustinus, qui contendens ideo idiotas electos fuisse in apostolos a Christo, ne prædicatio eorum, et per eos conversio hominum, humanæ sapientiæ tribueretur, *Tractatu VII in Joannem* ait : « Non solum primus inveniter in apostolis, sed nec medius, nec ultimus inter duodecim Nathanael, cui tantum testimonium perhibuit Filius Dei dicens : *Ecce verus Israelita, in quo dolus non est*. Rupertus autem, Estius et sexcenti alii probabilibus nec futilibus rationum momentis ducti autumant Nathanaelem fuisse nomen proprium apostoli Bartholomæi, *filii* scilicet *Tholmæi*, uti Hebræa vox sonat ; nec in re adeo dubia, quæ Œdipo indiget, est qui nodum solvere valeat. Adisis prædictum Joannis Lavii *De eruditione apostolorum* opus, ubi pluries de Nathanaele loquitur, et cum Augustino ipsum non coovatum fuisse a Christo inter apostolos con-

οὐδὲ γὰρ ἄλλως τὰ θεῖα γνωρίσαι δυνάμεθα· οὕτω κἀνταῦθα. Πλὴν ἄκουε· Ὁ Θεὸς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, φυσικὸν αὐτῷ νόμον ἐνέθηκεν, ὅπως ὁρῶν οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν καὶ πάντα ἐν αὐτῇ, δοξάζῃ, καὶ προσκυνῇ τὸν δημιουργὸν καὶ κτίστην αὐτῶν. Ἐκ μεγέθους γάρ, φησὶ, καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Ἐπεὶ δὲ εἶδε μηδὲν ἡμᾶς ἐκ τούτων ἐπὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν προκόπτοντας, εἰς κακίαν δὲ πᾶσαν ἐγκυλιουμένους, ἑτέραν θεραπείαν μετέρχεται, καὶ τὸν Μωσέα νομοθέτην καθιστᾷ, καὶ διὰ πραγμάτων ἡμῖν ὁμιλεῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ γεγονότος οὐδὲ τοιούτου ὠφελήθημεν, οὐ παρὰ τὴν τοῦ ἰατροῦ τέχνην, παρὰ δὲ τὴν μοχθηρὰν ἡμῶν δίαιταν· ηὔξανε δὲ τὸ κακὸν, ἔτι καὶ ἔτι ἡ νόσος προέκοπτεν· ἑτέρῳ μείζονι καὶ θαυμασίῳ χρᾶται φαρμάκῳ, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἡμῖν ἐπιδημεῖ. « Αὐτὸς γὰρ, φησὶν ὁ Ἡσαΐας, ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς· » αὐτὸς καὶ οὐχ ἕτερος κενώσας ἑαυτὸν καὶ καθ' ἡμᾶς χρηματίσας ἄνθρωπος, ἵνα περιέλῃ πᾶσαν ἡμῶν ἀφορμήν.

Μηκέτι λοιπὸν ἀμφίβαλλε, μὴ θορυβοῦ καθ' ἑαυτὸν σάρκωσιν ἀκούων Θεοῦ, καὶ τὰ τῆς σαρκώσεως ἴδια. Ἡσαΐας βοᾷ σοι· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· μέλι καὶ βούτυρον φάγεται· » καὶ αὖθις· « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » Εἰ τοίνυν τὸ γεννηθὲν παιδίον Θεὸν ἰσχυρὸν ὁ προφήτης φησὶ καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατέρα, πῶς οὐχὶ θεοτόκος καὶ παρθένος κληθείη ἂν ἡ τὸ παιδίον τοῦτο γεννήσασα; Ἵνα τί λοιπὸν ματαιάζεις καὶ ἐπὶ κενοῖς κακουργεῖς; Ἵνα τί τὰς λέξεις ὑπαλλάττεις, καὶ νεᾶνιν ἀντὶ παρθένου ἀναγινώσκεις, τῷ σῷ διδασκάλῳ κἀν τούτοις ἀκολουθῶν, Ἀκύλᾳ λέγω τῷ ματαιόφρονι; Ἡμεῖς περὶ τὴν λέξιν οὐ ζυγομαχοῦμεν· ταυτὸν γὰρ νεάνιδος καὶ παρθένου τὸ σημαῖνον κατὰ τὴν τοῦ Δευτερονομίου παράδοσιν. Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ μὴ τὸν τόκον παράδοξον εἴπομεν, εἰ γυναῖκα παρθένον μητέρα παιδίου γενέσθαι ὁμολογήσομεν, ψεύδεται ὁ προφήτης σημεῖον τῷ Ἄχαζ δοθῆναι λέγων παρὰ Θεοῦ. Ἀλλὰ τί τοῦτο, καὶ ποταπόν ἐστι τὸ σημεῖον; Πρόσσχες, εἰ βούλει, τῷ Ἡσαΐᾳ, τὴν προφητείαν ἀνάγνωθι καθ' εἱρμὸν, μὴ καλῶς ἑστῶτα διάστρεφε, τοῖς κάτω τὰ ἄνω σύναπτε· καὶ οὕτω μαθήσῃ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Τοῦ γὰρ Ἄχαζ, ἡνίκα παρὰ τοῦ προφήτου σημεῖον αἰτῆσαι παρεβιάζετο, εἰπόντος, « Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον· » ὁ προφήτης αὖθις ἐπήγαγε λέγων· « Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται. » Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν ὅτι τὸ δοθὲν σημεῖον τῷ Ἄχαζ οὐχ ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ γυναῖκα μὲν λαβεῖν ἐν γαστρὶ, ἑτέρῳ δέ τινι τρόπῳ παρηλλαγμένῳ καὶ οὐ συνήθει. Εἰ γὰρ τὸ σημεῖον ξένον τί ἐστι πρᾶγμα καὶ ἄτοπος, τοιοῦτος ὀφείλει καὶ ὁ τόκος εἶναι λοιπόν. Τὸ δὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς γεννηθὲν, ὑπηνίκα δηλονότι γυναικὶ συμπλακείη, καὶ ταυτὰ νεά ἐστι, οὐκ ἂν

demisse et œconomice propter nostram infirmitatem dicuntur, neque enim aliter divina noscere possumus, ita et hic. Præterea audias: Deus plasmans hominem, physicam ei constituit legem, ut videns cœlum, terram, mare et omnia quæ in eo sunt, glorificet, ac veneretur opificem et conditorem eorum; ex pulchritudine enim, ait, et amplitudine conditarum rerum non incongrue ipsarum opifex dignoscitur. Quoniam vero vidit nos ex his minime profecisse in ejus cognitione, imo in quovis malo implicatos, alteram curationis speciem adhibet, et Moysen legislatorem statuit, et per opera nobis loquitur. Sed cum neque ex hoc facto quidquam utilitatis ceperimus, non propter medici artem, verum propter vitæ nostræ improbitatem; malum vero in dies augeretur, et morbus ingraveseceret: alio validiori et mirifico utitur remedio, et per se ipsum ad nos venit. « Ipse enim, Isaias ait, veniet, et salvabit nos, » ipse et non alius, eximenions seu etipsum, et apud nos agens ut homo, ut omnem a nobis auferat animi commotionem.

Ne amplius igitur dubites, neque turberis in temetipso carnalem audiens generationem Dei, et quæ hujusce carnalis generationis sunt propria, annuntiante Isaia: « Ecce virgo in ventre concipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel; mel et butyrum comedet; » et iterum: « Puer natus est nobis; filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, admirabilis consilarius, Deus fortis, pater futuri sæculi. » Si igitur natum filium, Deum fortem dixit propheta, et futuri sæculi patrem, quomodo non Dei parens et virgo vocabitur, quæ filium hunc genuit? Cæterum quid inania captas, et in inanibus male operaris? Quid dictiones invertis, et puellam pro virgine legis, cum magistro tuo et in hisce consentiens, Aquila, dico, desipienti? Nos circa dictionem non rixamur, eadem enim puellæ atque virginis significatio juxta Deuteronomii traditionem. Verum quid plura? Nisi partum admirandum dicamus, nisi mulierem virginem pueri matrem fuisse confiteamur, mentitur propheta signum dari dicens Achaz a Deo. Sed quodnam hoc et quale est signum? Attende, si libet, Isaiæ; prophetiam lege per ordinem; quæ sibi constant ne detorqueas; inferioribus superiora conjunge: ac sic edisces mysterii potentiam. Quando enim Achaz cogebatur a propheta ut peteret signum, cum dixisset: « Non petam, neque omnino tentabo Dominum, » propheta iterum subdidit dicens: « Propter hoc ipse Dominus dabit vobis signum: ecce virgo in utero concipiet. » Disce igitur ex hoc, quod signum datum Achaz nullum aliud est quam quod mulier quidem concipiet in ventre, sed alio quodam modo diverso et insolito. Si enim signum novum est aliquid et inusitatum, partus etiam sane debet esse quid simile. Quod vero nascetur ex voluntate viri, quando nimirum cum uxore conjungitur, vel etiam cum puella, nunquam sane signum, neque

Emmanuel vocabitur quicunque rationis est compos ; commune enim hoc et familiare, et quotidie accidit (18). Si igitur Achaz datum est signum a Deo, quemadmodum loquitur Isaias, mutatio dictionis nihil omnino confert tuæ distorsioni, cum debeat esse et dici Virgo hujusce filii mater propter signi confirmationem. Mitto dicere illud Davidis : « Dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te : » statim enim arripis verbum, et consueta tua utens malitia, verbi notionem invertis, divinamque vocem in absurdum protrabis, quæ eum aperte ipsum Christum indicet, tu ad Davidem ipsam traducis ; et hæc plane noscens quod ipsi ubique nationum et locorum adorato Christo vox hujusmodi conveniat. Davidi enim in quadam tantummodo terræ parte sedenti et regnanti, neque in hæreditatem datæ sunt omnes gentes, neque fines terræ in possessionem. Verum hæc ita se habere et ipse Isaias post Davidem luculentius ostendit dicens : « Et Sabæorum populi viri sublimes ad te transibunt, teque adorabunt ac deprecabuntur, quia in te Deus est, et non est Deus præter te; tu Deus, et non vidimus. » De quonam hæc dicit Deus? Ad quem venerunt ex Judis lectissimi servi adorantes, et in ipso deprecantes, nisi ad servatorem omnium Christum Dei Filium et Deum? Atque ita prorsus res sese habent. Quoniam vero carnem inducere sustinuit, consequens erat et naturalibus carnis passionibus illum allici, sine peccato tamen, in nullo enim hæc contradicit : idque demonstrans Isaias aiebat : « Peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus. » Quinam igitur erit alius, de quo hujusmodi pronuntiata est prophetia, nisi profecto Christum ipsum dicamus Dei Filium, qui propter nos carnem ferre sustinuit? Etenim juxta sapientem Salomonem, « Nemo est qui non peccaverit. »

Adhuc tamen et hoc mihi objicis dicens : si futurum erat ut Dei Verbum carnem induceret, hæc paterentur et ageret, curnam de his apertius prophetæ non meminerunt, ne inde contradictioni essent obnoxia, et quæ de Christo sunt, petra fierent scandali? Audi tamen : Deus prænoscens genus vestrum durum esse ac malum, et primogenitum Israelis filium spretum iri, subrogandumque ex gentibus (19) populum; obscure hæc atque ænig-

(18) Optime hic Glycas noster Judæorum perfidiam exagitat ; signum enim Achaz prænuntiatum ab Isaia apertissime in Virgine Matre completum Judæus agnovit ; Σημεῖον γάρ, ut verbis utar Theodoreti, καὶ σημεῖον μέγιστον, οὗτος ὁ τόκος καλεῖται· « Signum scilicet, et signum maximum appellatur hic partus. » Οὐδεὶς δὲ σημεῖον καλεῖ τὸ καθ' ἑκάστην γινόμενον ἡμέραν. Εἰ γὰρ μὴ παρθενικὸς ἐστιν, ἀλλὰ γαμικὸς ὁ τόκος, πῶς τὸ κατὰ φύσιν δεῦρο σημεῖον προσαγορεύεται : « Nemo quidem signum vocat id quod singulis diebus contingit. Quod si non virgineus, sed ex connubio est partus, quomodo id quod secundum naturam deinceps fit, signum appellatur? » Omnes quidem Patres in hoc plane consentiunt, ut de mundi Servatore intelligatur hic locus, nec est cur detineamur ab Hebræorum magistris, qui ut suis illudant somnia jactant, et nugas inficetiores efficiunt. Vide etiam S. martyris Justini *Dialog. cum Tryphone*, ubi Judæos refutat quod lectionem germanam textus invertere sint conati.

(19) Satis haud unquam quis par erit laudare divinam sapientiam, quæ utique *attingens a fine usque ad finem* voluit nos Judæorum spoliis ditari, et suis ipsorum libris erudiri, ea enim quæ in ipsis habentur non modo eos spectant, verum et nos, imo ceteros nos faciunt quod in bonam olivam insertos per Christi mortem, ut fructifice-

A si ita res se habent, evidenter erraverunt qui ob agri emptionem Judam post suspensionem vixisse contenderunt. Namque si Judam suspensum crepuisse medium in Actuum libro narratur, ut supra diximus, exinde sibimetipsis contradicere videantur liber supradictus et ipsa sancta Evangelia; sed non adeo de his mirari decet. Etenim duo ista tunc fieri oportuit, ipsum videlicet laqueo e vita discessisse, et diffusa procidisse viscera ejus, sicut saxpius scriptum est; siquidem fracto laqueo quo fuerat suspensus, et sic ipso in terram delapso, medius crepuit, ut mirum veluti aliquod signum omnibus appareret. Quis enim suicidam vel sepultura dignum habebit, vel alio quodam modo auxiliari volet? Ab hoc igitur disce, quod laqueo suspensus B e vita discessit. Ecce enim quomodo Chrysostomus in octogesima quinta in evangelistam Matthæum homilia, de Judæ proditoris suspendio ejusque exitu disserens, nil amplius dicit; proindeque Judam postea superstitem non fuisse viro illi sancto visum est, ut plerique crediderunt. Idem divinus confitetur Nilus dicens: Quid Judæ profuerunt Christi monita, quid ejus miracula, cum postea laqueo e vita decesserit? Hæc etiam confirmavit presbyter Ammonius, dicens, quod cum Christus ad inferos descendisset, animæ omnes, et ipsius Judæ anima, a vinculis solutæ sunt, omnes vero Christum non secutæ, sed tantum credentium animæ. Quapropter si post suspendium Judas superstes fuisset, quomodo in inferis animam ejus ligatam invenisset C Dominus? Inde etiam vitam laqueo cum finisse apparet. Sed tamen non hac ratione ad laqueum venit, ut quidam existimarunt, ut anteverteret Christum, et ad inferos descendens ab eo sibi ea in loco veniam impetraret. Id enim nemo unquam admiserit, dummodo consilii compos sit. Qui etenim tantumdem corde obduratus est, et modis omnibus de propria salute desperavit, quomodo aut quanam ratione in sese similia resolvebat? Quomodo meditabatur ad inferos descendere, ibique pœnitentiam agere? Insuper undenam ille audiit, aut quo id referente edidicit, descensu suo ad inferos Christum pœnitentiam illis qui ibi erant D prædicaturum, eoque potissimum si audiat quotidie Prophetam dicentem: « In inferno autem quis confitebitur tibi? » Præter jam dicta, o sacratissime vir, quid de Juda Georgius Cedrenus chronographus referat scire te, ut id quoque non te lateat, cupio. Tradit enim quod ab apostolis sollicitatus Judas ut accederet factique pœniteret, constanter recusaverit, ideoque audiens Christum in cœlos ascendisse, in tantum tumefactus est, ut crepuerit medius. Et hæc quidem de hujus sententiæ inanitate. Eum porro de propria salute desperantem, non apud inferos de salute sperantem laqueo vitæ finem quæsiisse, magnus Athanasius manifesto docuit in quæ-

(1) Hæc, ni fallor, sententia est Gregorii Nazianzeni.

stionibus ad Antiochum hisce verbis : Nihil est desperatione deterius qua correptus Judas sibi laqueum induit. Quod si res ita se habent, quomodo juxta Pappiam historicum Judas veluti magnum impietatis signum per mundum incessisset? Disce igitur hinc, o sacrum caput, non inconsulte, sed sedulo divinas legere Scripturas. De hoc enim Dominus dixit : « Scrutamini Scripturas : illæ enim sunt quæ testimonium perhibent de me. » Itaque hinc patet, quod nisi scrutati fuerimus Christum, id est veritatem, eum non invenemus; veritas enim Christus, et Christus veritas est.

καὶ τοῖς ἐκεῖσε κηρύξειε; καὶ ταῦτα τοῦ προφήτου Δαβὶδ καθεκάστην ἀκούων λέγοντος, *Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;* Πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις, ὁσιώτατε ἀνερ, καὶ τί περὶ τοῦ Ἰούδα φησὶν ὁ χρονογράφος ἐκεῖνος Γεώργιος ὁ Κεδρηνός, εἰδέναι βούλομαί σε δι' εἰδήσιν. Λέγει γὰρ ὅτι πολλὰ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ὁ Ἰούδας, ὥστε προσελθεῖν καὶ βαλεῖν (1) μετάνοιαν, οὐκ ἠθέλησεν, ἐφ' ᾧ καὶ ἀκούσας, ὅτι ἀνελήφθη ὁ Χριστὸς, ἐπὶ τοσοῦτον ὠγκώθη, ὥστε καὶ μέσον λαχίσαι. Καὶ περὶ μὲν τῆς ματαιολογίας ταύτης οὕτως· ὅτι δὲ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ὁ ἄθλιος ἀπογνοὺς, οὐ μὴν ἐν ᾅδῃ σωτηρίας ἐλπίζων τυχεῖν, τῷ δι' ἀγχόνης τέλει ἐχρήσατο, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀριδήλως τοῦτο δεδήλωκεν, ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίοχον κεφαλαίοις οὕτως εἰπών· Οὐδὲν χεῖρον ἀπογνώσεως, ᾗ συσχεθεὶς ὁ Ἰούδας ἀπήγξατο. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πότε λοιπὸν ὁ Ἰούδας κατὰ τὸν ἱστορικὸν ἐκεῖνον Παππίαν μέγα τῷ κόσμῳ περιεπάτησε ἀσεβείας ὑπόδειγμα; Μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, μὴ παροδευτικῶς, ἀλλ' ἐρευνητικῶς τὴν θεόπνευστον ἀναγινώσκειν Γραφήν. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ ὁ Κύριος, *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς*, ἔλεγεν· *αὗταί γὰρ μαρτυροῦσι περὶ ἐμοῦ*. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς εἴγε μὴ ἐρευνήσομεν, οὐκ ἂν εὑρήσομεν τὸν Χριστὸν, τουτέστιν αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Ἀλήθεια γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ Χριστὸς ἡ ἀλήθεια.

(1) Alibi fere legitur καταβάλλειν.

IN EPISTOLAM SEQUENTEM

MONITUM.

(MAI, *Bibliotheca nova PP.* tom. VI, p. 533.)

Lectio vitæ Sanctorum, beatique eorumdem obitus, et in cælum commigrationis impellit animum ad optandum cælorum regnum ac lætissima illa præmia, quæ Deus suis vere cultoribus præparavit. Attamen hanc spem suavissimam non modice infringit, vel certe debilitat, perniciosissima quorumdam Græcorum et falsa opinio, quod præmia (ideoque etiam supplicia) animarum usque ad mundi consummationem et corporum resurrectionem differenda sint. Palmaris hercle error, et jamdiu a sede apostolica, et ab œcumenica synodo Florentina damnatus; quem tamen Thomas Burnetius Anglus renovare conatus est : cujus hominis statim importunæ lucubrationi magnus noster Muratorius nervos succidit. Nos in variis, quæ sparsim edidimus Græcorum scriptis, locos identidem lectoribus demonstravimus, qui hujus dogmatis veritati favent. Et quidem in Scriptorum Vet. tom. VII Latinum etiam anonymi veteris contra Græcorum errorem libellum impressimus.

Nunc vero in Leonis Allatii schedis Vallicellianis nonnullas quoque Michaelis Glycæ epistolas vel sermones observavimus, id est Græci hominis contra suos gentiles egregias disputationes; quibus multis argumentis, multisque Patrum et ecclesiasticorum auctorum testimoniis, animarum piarum corporibus solutarum haud differri præmia contendit atque demonstrat; itemque ipsarum apud Deum pro nobis intercessionem, rerum nostrarum notitiam et curam, et omnino sanctorum inter se necessitudinem, beatorum scilicet nobiscum, qui adhuc in terris peregrinamur, communionem. Ex Glycæ igitur tribus epistolis ab Allatio exscriptis, postremam longiorem ac præstantiorem prelo committimus : omissis prioribus, quarum partes seu fragmenta aliquot ipse Allatius protulit in sua de ecclesiasticis Græcorum libris dissertatione. Quin adeo Glycæ, quod delegimus scripto, fragmentum aliud quoddam anonymi auctoris præposuimus; quod idem Allatius ex Vat. pal. codice 146, f. 60, b, se exscripsisse adnotavit; in quo pariter fragmento prædictum dogma præclare defenditur.

INCERTI, UTRUM IN CŒLIS SINT ANIMÆ.

1. Quod in cœlis sint justorum animæ, Gregorius Nyssenus testatur : « Absit igitur a nobis queri, fratres, quando terrestria relinquimus : qui enim

ΑΔΗΛΟΥ, ΕΙ ΕΝ ΟΥΡΑΝΟΙΣ ΕΙΣΙΝ ΑΙ ΨΥΧΑΙ.

α'. Ὅτι δὲ ἐν οὐρανοῖς εἰσι τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ, Γρηγόριος ὁ Νύσσης φησί· « Μὴ οὖν ἀχθεσθῶμεν, ἀδελφοὶ, τῶν γηΐνων ἀπολυόμενοι· ὁ γὰρ ἐντεῦθεν

μεταναστὰς ἐν τοῖς κατ' οὐρανὸν βασιλείοις αὐλίζεται· δύο ταῦτά ἐστιν στοιχεῖα ἐκ τῶν ὄντων κτίσει πρὸς διαγωγὴν τῆς λογικῆς φύσεως μεμερισμένα, ἡ γῆ τε καὶ ὁ οὐρανός· τόπος τῶν διὰ σαρκὸς τὴν ζωὴν εἰληχότων ἡ γῆ, ὁ δὲ οὐρανὸς τῶν ἀσωμάτων· ἀνάγκη τοίνυν πάντως εἶναί που τὴν ἡμετέραν ζωήν· ἐὰν δὲ μὴ διωχθῶμεν ἀπὸ τῆς γῆς, τῇ γῇ πάντες ἐναπομένομεν· ἐὰν δὲ ἐντεῦθεν ἀπέλθωμεν, ἐπὶ τὸν οὐρανὸν μετοικισθησόμεθα. Καὶ οὐ μόνον ἀναγνωρίζουσιν αἱ ψυχαί, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον, ἢ ὅτε ἐν τῷ βίῳ συνόντες ἀλλήλαις ἐγνώριζον· ναὶ δὴ καὶ συνευφραινόμεναι τῆς ἀφράστου καὶ μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀνεπινοήτου τῶν θεαμάτων αἴγλης τρυφῶσι τὴν ἀπόλαυσιν. » Ὅτι δὲ μετὰ τὴν διάζευξιν τοῦ σώματος ἐνεργοῦσιν αἱ ψυχαί, διδάσκει ἡμᾶς ὁ μέγας κῆρυξ Ἀθανάσιος· λέγει τοίνυν ἐν τῷ κατὰ εἰδώλων λόγῳ αὐτοῦ τοιαῦτα· « Εἰ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα κινεῖ, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑφ' ἑαυτῆς κινουμένην τὴν ψυχήν, καὶ μετὰ τὴν εἰς γῆν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος κινεῖσθαι πάλιν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς· οὐ γὰρ ἡ ψυχή ἐστιν ἡ ἀποθνήσκουσα, ἀλλὰ διὰ τὴν ταύτης ἀναχώρησιν ἀποθνήσκει τὸ σῶμα. Ὧν γὰρ ἡ φύσις μία, τούτων καὶ αἱ ἐνέργειαι αὗται· ὧν δὲ τὸ ἔργον ἴσον, τούτων ὁ μισθὸς ὁ αὐτός. »

β'. Ἀμέλει, κατὰ τοὺς ἀγγέλους, τοῦ σωματικοῦ λυθεῖσα δεσμοῦ, ἀναβαίνει τε καὶ καταβαίνει, καὶ ἀποστέλλεται δι' εὐεργεσίαν καὶ ὠφέλειαν ἑτέρων ὡς ἁγία καὶ ἀγαθή· καὶ πᾶσα ψυχὴ δικαία μετὰ ἀγγέλων συγχορεύει καὶ συναγάλλεται· τὸ δὲ συγχορεύειν ἀγγέλοις ἐνεργείας εἶδός ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀργίας· τῶν ἁγίων γὰρ αἱ ψυχαὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς ἀληθινῆς καὶ ὁμοτίμου τοῖς ἀγγέλοις δουλείας ἀπευθυνόμεναι· δουλεία δὲ τῶν ἀγγέλων ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἀκατάπαυστος δοξολογία, καὶ τὸ λειτουργεῖν, καὶ διακονεῖν, καὶ ἀποστέλλεσθαι, καὶ βοηθεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ χειραγωγεῖν τοὺς πεπλανημένους· πλὴν οὔτε οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, οὔτε μὴν τῶν ἁγίων αἱ ψυχαί, Θεοῦ κελεύσεως δίχα τὰς ἐμφανείας ποιοῦνταί ποτε· ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τῶν μεῖζον συγγνώμης ἐξημαρτηκότων. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ἐν φιλανθρωπίᾳ πένης, καὶ πλούσιος τὴν ὠμότητα, τὰς εὐθύνας ὧν ὤφειλεν εἰσπραττόμενος, οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἀδελφῶν ὑπερεώρα τὴν πρόνοιαν, ὡς ἂν ἐπανελθὼν πρὸς ἀρετὴν ἀπὸ κακίας τοὺς ἐξ αἵματος, καὶ τῆς μελλούσης αὐτοὺς τιμωρίας ἐξαρπάσειεν· εἰ γὰρ καὶ δίκην διδόασι ὧν ὀφείλουσι, ἀλλ' οὐδέ πού γε καὶ τὸ νοερὸν αὐτοῖς εἴ; ἄνοιαν λόγῳ τιμωρίας παρατρέπεται· ὧν γὰρ μετὰ σαρκὸς εἶχον ἀσφαλῆ τὴν εἴδησιν, οὐ μόνον ἐλάττους φανεῖεν τῆς προϋπαρχούσης γνώσεως, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀκριβεστέραν κατάληψιν ἀναφέροιντο· καὶ ὧν κοινωνοὺς εἶχον ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν ἀτόπων, τοῖς λογισμοῖς συνδιαμνημονεύεσθαι ἔχουσι· πλὴν δοῦλος δοῦλον οὐκ ἐλευθεροῖ, ἀλλ' οὔτε νεκρὸς ζωοποιεῖν δύναται. Εἰ οὖν ὁ καθεύδων τῶν μεθ' ἡμερινῶν φροντίδων εἰκόνας ἐν ὀνείροις φέρει, καὶ μέμνηται τῶν παρ' αὐτοῦ πραχθέντων, ὡς καὶ τῷ μεγάλῳ δοκεῖ Βασιλείῳ, καὶ περὶ αὐτῶν ἐν ὀνείροις ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἑτέροις καὶ ἑαυτῇ διαλέγεται· καὶ πάλιν ἀφυπνιζόμενος τῶν ὁραθέντων αὐτοῦ καθ' ὕπνους ἐνεργῶς

hinc discedit, in cœlis regias sedes incolit : hæc duo sunt elementa in tota creatione per transfusionem naturæ rationalis divisa, terra cœlumque ; locus eorum qui in carne vitam sortiti sunt, terra ; cœlum vero incorporeorum : omnino igitur necesse est alicubi nos vitam agere ; donec autem a terra transplantabimur, terræ omnes adhæremus ; si vero indo recesserimus, in cœlum transmigrabimus. Non solum vero sese agnoscunt animæ, sed etiam multo melius quam cum vitam una peragrent sibi invicem innotuerant ; imo participes effectæ inenarrabilis istius beatique nec non incomprehensibilis spectaculorum splendoris gaudiis perfruuntur. » Quod autem post corporis sejunctionem operantur animæ, nos docet magnus vates Athanasius : hæc enim in sermone de idolis dicit : « Si corpus ab anima movetur, sequitur animam a se ipsa moveri, proindeque post corporis inhumationem ipsam denuo a se ipsa moveri : anima enim non moritur, sed ex ipsius discessione corpus moritur ; quorum enim natura una, horum et operationes : quorum vero opus æquale, horum et merces.

2. Ita, ut angeli, corporali soluta vinculo ascendit et descendit, et ad cæterorum commoda et utilitatem mittitur, ut sancta et benigna. Etenim omnis anima justa angelorum choris miscetur, et exsultat : angelorum vero choris misceri, operationis activæ figura est, minime vero inertiæ : sanctorum enim animæ veritatis cultui ac pari cum angelis servituti subjiciuntur ; angelorum vero servitus perpetuas Deo laudes canere et sacra agere et ministrare et mitti, infirmos adjuvare, errantesque manu ducere ; attamen nec sancti angeli, nec sanctorum animæ, absque Dei jussu, sub forma visibili aliquando apparent, imo item de peccatoribus qui magis peccaverunt quam ut veniam obtineant. Vir enim charitatis expers, cordis vero duritie plenus, debitorum reddita ratione nullo modo fratrum curam negligeret, ita ut rediens, a nequitia ad virtutem consanguineos a pœnis quoque futuris eximat : Licet enim justas pœnas pro debitis dederint, non jam in amentiam ipsis pro pœna mens verteretur ; quorum enim in carne firmam scientiam habuerunt, nedum priori agnitioni inferiores ad clariorem adhuc cognitionem promoventur ; imo quos pravarum actionum socios habuerunt suis consiliis una memorari possunt : præterquam servus servum non emancipat, nec mortuus vivificare valet. Quod si obdormiens curarum diurnarum imagines in somniis fert, rerumque a se actarum meminit, ut magno Basilio videtur, ac de his in somniis animæ cum cæteris secumque confabulatur : postea expergefactus quæque oculis per somnum oblata ad memoriam revocat, multo magis anima post obitum corporis vinculis soluta doloribusque suis immunis, apertius sui ipsius memoriam majoremque cognitionem præ

se ferens, rerum a se actarum clarius recordabitur, quam si adhuc in vita esset.

ἐπὶ τὸ μνημονευτικὸν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ φέρει, πολλῷ μᾶλλον τῶν πεδῶν ἡ ψυχὴ μετὰ θάνατον ἐλευθερωθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ γυμνὴ τῶν ἑαυτῆς γενομένη παθῶν, καθαρότερόν τε τὸ μνημονευτικὸν αὐτῆς τότε φέρουσα, καὶ τὴν νοερὰν αἴσθησιν, τῶν ἑαυτῆς πρανότερον μνησθήσεται πράξεων, ἢ ὅτε ἔτι ζῶν....

(*Deest folium.*)

3....Et chori tres: quorum primus trinarius ordo, Throni, Cherubim, Seraphim: hi sunt loci quietis: hic quietis aqua Deus est, supra solium gloriæ sedens præmiaque centupla reddens iis qui fructum ad perfectam centupli mensuram tulerunt; secundus, Dominationes, Virtutes et Potestates: hi sunt viridescentes recreationis loci, hic placida Spiritus sancti gratia innumera præmia largiens his qui ad mensuram sexagesimam fructum tulerunt; tertius, Principatus, Archangeli, Angeli: hi sunt splendidi divinique loci, ubi quietis tabernaculum, cœli novi novaque terra: hic est sol justitiæ Christus Deus noster, justitiæ coronas largiens iis qui ad mensuram tricesimam ministerii ac retributionis fructum centuplum tulerunt: vir enim sanctus apud nos hierarchiam et ordinem, cœlestes inter virtutes, in proprium lucrabitur: cujus locum occupat in ecclesiastica apud nos hierarchia, ad hanc post obitum evectus, et hujus hæres effectus quiescet, locum ipsum sortitus, clarum Dei quietis domicilium.

γ'.... Καὶ τάξεις τρεῖς· ἔστι δὲ ὁ πρῶτος τριαδικὸς διάκοσμος θρόνοι, χερουβὶμ, σεραφὶμ· οὗτοί εἰσιν οἱ τόποι τῆς ἀναπαύσεως· ἔνθα τὸ ὕδωρ τῆς ἀναπαύσεώς ἐστιν ὁ Θεὸς, ἐπὶ θρόνου δόξης καθήμενος, καὶ ἀπονέμων ἑκατονταπλασίως τὰς ἀμοιβὰς τοῖς εἰς τὸν τέλειον τοῦ ἑκατοστοῦ μέτρου καρποφορήσασιν· ὁ δεύτερος κυριότητες, δυνάμεις καὶ ἐξουσίαι· οὗτοί εἰσιν οἱ χλοεροὶ τῆς ἀναψύξεως τόποι, ἡ χλόη τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναπαύσεως, παρέχουσα πολλαπλάσια τὰ βραβεῖα τοῖς εἰς τὸ μέσον τοῦ ἑξηκοστοῦ μέτρου καρποφορήσασιν· ὁ τρίτος δὲ ἀρχαὶ, ἀρχάγγελοι, ἄγγελοι· οὗτοί εἰσιν οἱ φωτεινοὶ καὶ θεῖοι τόποι, ἔνθα ἡ σκηνὴ τῆς καταπαύσεως, οἱ καινοὶ οὐρανοὶ καὶ ἡ καινὴ γῆ, καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ἐστὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀποδιδοὺς τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους τοῖς εἰς τριάκοντα τὸν στάχυν τῆς προστασίας καὶ τῆς ἀντιλήψεως τῶν δεομένων πολύχουν καρποφορήσασιν· ὅστις τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερῶν ἀνδρῶν τὸ ἴδιον κτήσεται μιᾶς ἱεραρχίας καὶ τάξεως τῶν ἄνω δυνάμεων· ᾗς ἀναπληροῖ τὸν τόπον ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ καὶ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίᾳ, ἐν ἐκείνῃ καὶ μετὰ πότμον ἀνερχόμενος, καὶ συναπτόμενος αὐτῇ, ἀναπαύεται, τόπον αὐτὴν εὑρίσκων θεοῦ φωτεινὸν ἀναπαύσεως.

4. Peccatorum animæ tenebris, et immunditiis et stercore ab angelis iræ ministris fœdantur; atque his tenebris involutæ, invitæ et cum tremore, et pavore et metu ad inferos et in obscuros carceres protrusæ immundis spiritibus ut custodibus traduntur. Hic tenebrarum princeps æterni ignis flammis captus includitur cum sociis suis. Scire necesse est quod mystica officia et sacrificia pro his qui mortis peccatum commiserunt oblata frustranea sunt; his vero qui talia non commiserunt maxime prosunt. Peccatum mortale incredulitas est, et desperatio, impœnitens cor, et blasphemia Spiritus sancti, et Christum negare, et hæreticum in aliqua hæresi mortuum esse.

δ'. Αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν αὗται ὡς πλήρεις ζόφου, καὶ δυσοσμίας καὶ ῥύπου παρὰ κολαστῶν ἀγγέλων καὶ σκοτεινῶν, ἀβουλήτως καὶ μετὰ φόβου δεινοῦ, τρόμου τε καὶ δειλίας, εἰς ᾅδου μυχοὺς καὶ εἰς φρουρὰς γνοφερὰς ἀπαγόμεναι, παραδίδονται φρουράρχοις πνεύμασιν ἀκαθάρτοις, ἔνθα ὁ τοῦ σκότους ἄρχων εἰς πυρὸς αἰωνίου τηρεῖται ὑπέκκαυμα μετὰ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ. Ἰστέον ὅτι αἱ μυστικαὶ τελεταὶ καὶ θυσίαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτόντων ἁμαρτίαν τὴν πρὸς θάνατον γινόμεναι μάτην γίνονται τοῖς δὲ μὴ οὕτως ἁμαρτήσασιν ὠφελοῦσι τὰ μέγιστα. Ἡ δὲ πρὸς θάνατον ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀπιστία, καὶ ἡ ἀπόγνωσις, καὶ τὸ μὴ μετανοεῖν, καὶ ἡ βλασφημία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸ ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ αἱρετικὸν ἀποθανεῖν ἐν αἱρέσει τινί.

5. Sed illud quoque scire necesse est, quod quadraginta diuturni luctus dies tripliciter partiti sunt apostoli, in tertia, nona et quadragesima. Ita etiam Dominus ipse post tertiæ diei resurrectionem seipsum discipulis ostendit, januis clausis, et insufflavit dicens: Accipite Spiritum sanctum: et post dies octo ecce iterum, post resurrectionem intra octo dies, denuo apparuit eis. Evangelista enim dum dixit, Post dies octo, resurrectionis diem non computavit qua inclusa novem numerantur. Secundum hanc rationem nos ex die sepulturæ ad nonam bis funerum memoriam agimus: pariter et de quadraginta, siquidem quadragesima die assumptus est Dominus.

ε'. Χρὴ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ παλαιοῦ πένθους τριχῇ διελόντες οἱ ἀπόστολοι, εἰς τρίτα, ἔνατα καὶ τεσσαρακοστά· οὕτως γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος μετὰ τὴν τριήμερον ἔγερσιν αὐτοῦ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἔσω μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐντὸς τῶν ὀκτὼ ἡμερῶν δεύτερον ἐφάνη αὐτοῖς· εἰπὼν γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς *μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ*, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν οὐ συνηρίθμησε· μετ' ἐκείνης γοῦν ἐννέα καταριθμοῦνται· κατὰ γοῦν τὸν τύπον τοῦτον ἡμεῖς ἀπὸ τῆς ταφῆς ἕως τῶν ἐννάτων δεύτερον τὰς μνείας τῶν ὁσίων κεκοιμημένων ἐπιτελοῦμεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τεσσαρακοστὰ, ἐπειδὴ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνελήφθη ὁ Κύριος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΗ'.

Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ δομεστίκῳ κυρῷ Ἡσαΐᾳ. — Εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λέγουσιν, ὅτι αἱ ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαὶ κατά τινα τόπον ἀναπαύονται οὔτε δέονται ὑπὲρ ἡμῶν, αὐτοπροσώπως τῷ Χριστῷ παριστάμεναι, οὔτε τοῖς ἐνταῦθα ὅλως ἐφίστανται· καὶ περὶ ψυχῆς.

α'. Οἱ ἀπελθόντες ἅγιοι, καθὼς ἐδιδάχθημεν, οὔπω μὲν ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν δι' ἡμᾶς πάντως κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν· ἀῤῥαβῶνα δ' ὅμως ἔσχήκασι τῶν ἀποκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν κατὰ τὸν χρυσορῥήμονα καὶ θεῖον Ἰωάννην τὸ μετὰ παῤῥησίας παρίστασθαι τῷ Θεῷ, τὸ δέεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸ κατάγειν πρὸς ἡμᾶς ἄνωθεν πᾶν δώρημα τέλειον. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίλλου λέγοντος ἄκουε· Ἡ λογικὴ ψυχὴ καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀναχώρησιν καὶ ζῇ καὶ διαμένει καὶ λαλεῖ καταλλήλως, καὶ ἐνεργεῖ· ὡσαύτως καὶ Θεοῦ προστάσσοντος ἀποστέλλεται εἰς τόνδε τὸν βίον διὰ πολλὴν εὐεργεσίαν· καὶ γὰρ αὐτοκίνητος οὖσα, οὐδέποτε ἀνενέργητος μένει. Ταῦτ' οὖν ἐπιβεβαιοῖ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὕτω λέγων· Ἀμέλει καὶ κατὰ τοὺς ἀγγέλους τοῦ σωματικοῦ λυθεῖσα δεσμοῦ ἡ ψυχὴ, ἀναβαίνει τε καὶ καταβαίνει, καὶ ἀποστέλλεται δι' εὐεργεσίαν καὶ ὠφέλειαν πολλῶν· ὁπηνίκα λοιπὸν δεηθῶμεν τῆς αὐτῶν μεσιτείας τε καὶ ἀντιλήψεως, ποτὲ μὲν αὗται δι' ἑαυτῶν ἡμῖν ἐφίστανται, ποτὲ δὲ ἀντ' αὐτῶν θεῖοι στέλλονται ἄγγελοι, καὶ ἐνίοτε αὐτὴ ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις, ὡς οἶδε, παραδόξως ὀπτάνεται· ὅτε δὴ μὴ δυναμένων εἴτε τῶν ἁγίων, εἴτε τῶν ἀγγέλων, περίγραπτοι μὲν γὰρ οὗτοι πάντες ὑπάρχουσιν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ κατὰ διαφόρους τόπους εὑρίσκεσθαι.

β'. Ἄφες οὖν, εἰ βούλει, τὸν μέγαν Ἀθανάσιον· μὴ πρὸς ὕβριν ἑτέρων τὰ ἐκείνου παρείσαγε· εἰ γὰρ καὶ πρὸς Ἀντίοχον ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ τοιαῦτά τινα ὅθεν εὑρίσκεται γράφων, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτῳ τεθαῤῥηκέναι σε χρὴ, κἀντεῦθεν τοὺς διαληφθέντας ἄνωθεν ὁσίους ἄνδρας κακολογεῖν· τάχα γὰρ ἠγνόηκας, ὅτι τὰ πλείω τῶν πρὸς Ἀντίοχον νενόθευται, καὶ ὅτι τῷ καθαρῷ σίτῳ καὶ ῥυπώδη τινὰ παραμέμικται. Καὶ, εἰ βούλει, ἀνάγνωθι τὰ κεφάλαια, ἐν οἷς περὶ κοινοῦ διδάσκει τῶν ἀνθρώπων ἀναγνωρισμοῦ, καὶ γνοίης ἂν ἐντεῦθεν εὐχερῶς τὴν ἀλήθειαν· μηδὲ γὰρ ἐς τοσοῦτον μανείημεν, ὡς αὐτὸν εἰπεῖν τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐναντιοῦσθαί ποτε τῷ τῆς Ἐκκλησίας ὀρθοδόξῳ φρονήματι. Πρὸς τούτοις δὲ ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ φαίνεται μεμνημένος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου, ἀφ' οὗ καὶ μᾶλλον διαγινώσκομεν ὡς ἐν ἀληθείᾳ νενόθευται τὰ διαληφθέντα κεφάλαια· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ προγενέστερος τῶν ὑστεραγενῶν μεμνημένος ἐφαίνετο.

γ'. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὡς οὐκ ἔν τινι τόπῳ, καθάπερ οἱ πλείους εἰώθασιν, οἱ ἀπελθόντες ἅγιοι περιορίζονται, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας ὅτι πολλῆς παρίστανται τῷ Θεῷ, αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ λέγοντος ἄκουε· *Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.* Ἀλλὰ καὶ ὁ πάμμεγας Παῦλος οὕτως εὑρηται λέγων· *Ἐπιποθῶ*

EPISTOLA XVIII.

Maxime venerando monacho et domestico domno Isaiæ.— Num adhibenda fides sit dicentibus, quod hinc profectæ sanctorum animæ in aliquem quietis locum, non jam pro nobis preces faciunt, ac in conspectu Christi astantes nullo modo de terra curant : item de anima.

1. Sancti hinc profecti, ut audivimus, nondum promissiones propter nos acceperunt, juxta magnum Apostolum, ne seorsim a nobis perficiantur : bonorum vero ipsos manentium pignus obtinuerunt, secundum divinum Joannem Chrysostomum, videlicet in conspectu Dei fiducialiter astare, pro nobis orare, et ad nos omne donum perfectum desuper afferre. Quod autem hæc ita se habeant, ipsum Cyrillum dicentem audi : Rationalis anima etiam post corporis solutionem et vivit, et permanet, et similiter loquitur, et agit ; ita etiam, Deo jubente ob multam utilitatem in hanc vitam mittitur : etenim a seipsa motum accipiens, actu carere nequit. Hæc igitur etiam magnus Basilius his verbis affirmat : Procul dubio, sicut angeli, corporali soluta vinculo anima ascendit, atque descendit, et ob multorum utilitates mittitur ; cum nos ipsarum patrocinium et protectionem deprecamur, aliquando ipsæ sponte nobis auxiliantur, aliquando ipsarum loco divini mittuntur angeli, aliquando etiam sancti Spiritus gratia, ut illi, mirabiliter apparet, siquidem sive sancti, sive angeli, utpote ipsi cuncti circumscripti una eademque hora variis in locis occurrunt.

2. Prætermitte ergo, si placet, magnum Athanasium, nec eum aliis in opprobrium cita. Etsi enim ad Antiochum divinus ille vir talia scripsisse reperitur, nec huic tibi confidendum est, nec supra memoratos sanctos viros calumniari licet : fortasse enim præteriit quod apud Antiochum pleraque sint adulterata, et quod bono frumento etiam quædam spuria sunt immista? Si placet, præcipua lege, quibus de communi hominum sensu edoceris, et ibi forte veritatem facile noveris. Absit enim adeo nos insanire, ut ipsum magnum Athanasium orthodoxæ Ecclesiæ doctrinæ aliquando repugnare dicamus. Præterea divinus ille vir magni Basilii meminisse videtur, nec non Isidori Pelusiotæ, a quo melius adhuc audire licet, quod præcipua loca adulterata sunt ; si enim ita se res non haberet, priorætate posterorum meminisse sane non posset.

3. Quod autem hæc ita se habeant, et quod sancti hinc profecti, non in aliquo loco, uti plerique solent, circumscribantur, sed magna cum fiducia coram Deo astent, Salvatorem ipsum nostrum Jesum dicentem audi : « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubicunque sum ego, et isti mecum sint, ut gloriam meam videant. » Imo vero maximus Paulus ita dixisse invenitur : « Cupio dissolvi et

esse cum Christo. » Quid ad hæc, o sacrum caput, quis dixerit? Quodsi igitur hinc profectæ sanctorum animæ coram Christo astant et ipsius gloriam, uti ipsi expetierunt, aspiciunt, quare non pro nobis legatione fungantur? quare non etiam in delicta nostra propitium ipsum nobis reddant? Si enim Moyses ille, Domini conspectu insignitus, tam proximus Dei astabat, ut vivens ore ad os, et facie ad faciem cum ipso colloqueretur, ac pro Israel inconsiderate his verbis exoraret: « Si dimittis ipsis, Domine, dimitte; si non, me quoque cum ipsis trucida: » cur non et ipsos qui in Domino vitam deseruerunt, Deique magis proximi effecti sunt, pro nobis Deum deprecari dicamus? Nonne qui coram ipsis regibus astant, fiduciæque participes sunt, ipsis rationem reddunt etiam de reis quos aliquando pœna liberant?

4. Et quis hæc negare poterit? idque dum sanctus Theodorus Studita discipulis suis tempore quo peregre vivebat, hæc dicebat: Cum inde profectus apud Deum gratiam invenero, pro vobis deprecari non desinam. Quod autem hæc ita se habeant, etiam theologus Gregorius in funebri sermone de Basilio magno clare ostendit, de divino illo viro dicens: Et nunc quidem in cœli sedibus versatur, ad sanctuarii penetralia, in facie Dei pro nobis orans. Et de his noli mirari, nec dicere: Quomodo isti omnino jam corpore soluti, in corporibus vitam degentium adhuc recordantur? Si enim dives ille flammis gehennæ combustus, adeo vitam anteactam secum volveret, ut et paternæ domus meminerit, ac fervide pro fratribus oraverit, dicens: Pater Abraham, mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne paria patiantur, nec et ipsi veniant in hunc locum tormentorum: quare non inde profectas sanctorum animas et ipsas harum quæ supra terram manifestius recordari non dixerimus, Deumque ardentius deprecari pro quibus volunt?

5. Nec mihi objicias hæc de divite in parabola dici, nec inde sane veritatem dari; habes enim et ipsum magnum Basilium qui parabolam istam recipit, dicentem: Quodsi enim et justas pœnas pro debitis dederint qui juxta hunc divitem egerunt, non jam in amentiam ipsis pro pœna mens vertitur: quorum enim in carne firmam scientiam habuerunt, priori agnitioni inferiores non apparent, imo clariorem visionem habebunt. Non igitur objicias, quod coram Christo astent nunc sanctorum animæ, beato Paulo dicente, ut supra dictum est, « Cupio dissolvi, et esse cum Christo. » Et in paradiso morantur: ipsi enim beato latroni et cuique sancto dicit Dominus: « Hodie mecum eris in paradiso; » sed insuper et ipsum ingredi cœlum non prohibentur. Hanc enim viam ipse se-

A ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. Τί οὖν πρὸς ταῦτα εἴπῃ τις, ὦ ἱερὰ κεφαλή; Εἴπερ οὖν αἱ ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαὶ συμπάρεισι τῷ Χριστῷ καὶ τὴν αὐτοῦ δόξαν, καθὼς αὐτοὶ ἠτήσαντο, θεωροῦσι, τί τὸ κωλύον αὐτοὺς μὴ καὶ πρεσβεύειν αὐτοπροσώπως ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἵλεων ποιεῖν αὐτὸν ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις ἡμῶν; Εἰ γὰρ ὁ θεόπτης ἐκεῖνος Μωσῆς τοσοῦτον ἦν ἐγγίζων Θεῷ, καὶ ταῦτα τῷ βίῳ τούτῳ περιών, ὥστε στόμα κατὰ στόμα καὶ ἐν εἴδει τῷ Θεῷ τε αὐτῷ διαλέγεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπερισκέπτως ἐκλιπαρεῖν, οὕτω λέγων· *Εἰ μὲν ἄφῃς αὐτοῖς, Κύριε, ἄφες· εἰ δὲ μή, κἀμὲ συνάπτειναι μετ' αὐτῶν*· πῶς οὐχὶ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν Κυρίῳ τὸν βίον ἀλλάξαντας, καὶ τοῦ Θεοῦ δῆθεν ἐγγύτερον γεγονότας, αὐτοπροσώπως δέεσθαι ἐκπωμεν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Θεοῦ; Ἆρ' οἱ παρ' αὐτοῖς ἑστῶτες τοῖς βασιλεῦσι καὶ παῤῥησίας μετέχοντες οὐκ ἀναφέρουσι, καὶ περὶ καταδίκων ἔστιν ὅτε τινῶν, καὶ τῆς ἐνοχῆς πολλάκις ἐλευθεροῦσιν αὐτούς;

δ'. Καὶ τίς ἀντειπεῖν ἰσχύσειε κατὰ τούτου ποτέ; καὶ ταῦτα τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καθ' ὃν ἐξεδήμει καιρὸν οὕτω διαθεμένου λέγοντος· Ἐὰν ἀπελθὼν παῤῥησίαν εὑρήσω παρὰ τῷ Θεῷ, δεόμενος ὑπὲρ ὑμῶν οὐ παύσομαι. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιταφίῳ λόγῳ αὐτοῦ σαφέστερον ἔδειξε περὶ τοῦ θείου τούτου ἀνδρὸς εἰπών· Καὶ νῦν μὲν ἐν τοῖς ὑπερουρανίοις ἀδύτοις ἐστὶν εἰς τὰ ἐνδότερα τοῦ καταπετάσματος ἐντυγχάνων αὐτοπροσώπως τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν δεόμενος· καὶ τούτου χάριν μὴ θαύμαζε, μηδὲ λέγε, Πῶς; οἱ οὕτω τέλεον ἀποῤῥαγέντες τοῦ σώματος τῶν ἐν σώματι πάλιν ἀναμιμνήσκονται; Εἰ γὰρ ὁ πυρπολούμενος ἐκεῖνος ἐν τῷ ᾅδῃ πλούσιος τοσοῦτον ἐν ἑαυτῷ τὰ τῇδε συνέστρεφε, ὥστε καὶ πατρικοῦ οἴκου μεμνῆσθαι αὐτὸν, καὶ θερμῶς ὑπὲρ ἀδελφῶν δέεσθαι λέγοντα, Πάτερ Ἀβραάμ, πέμψον Λάζαρον εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, πέντε γὰρ ἀδελφοὺς ἔχω, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς τοῦ μὴ παθεῖν ἐκείνους τὰ ὅμοια, καὶ τῇ βασάνῳ ταύτῃ περιπεσεῖν· πῶς οὐχὶ καὶ τὰς ἀπελθούσας τῶν ἁγίων ψυχὰς καὶ μεμνῆσθαι τῶν ἐνταῦθα τρανότερον εἴπωμεν, καὶ τοῦ Θεοῦ δὲ θερμότερον δέεσθαι ὑπὲρ ὧν ἄρα καὶ βούλονται;

ε'. Καὶ μή μοι λέγε παραβολικῶς ταῦτα δὴ λελέχθαι τὰ κατὰ τὸν πλούσιον, κἀντεῦθεν μὴ φέρειν B ἐναργῆ τὴν ἀλήθειαν· ἔχεις γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν μέγαν Βασίλειον τὴν παραβολὴν ταύτην δεχόμενον, κἀντεῦθεν ὁρμώμενον οὕτω, καὶ λέγοντα· Εἰ γὰρ καὶ δίκην διδόασιν ὧν ὀφείλουσιν οἱ κατ' ἐκεῖνον ὄντως τὸν πλούσιον, ἀλλ' οὐδὲ καὶ τὸ νοερὸν αὐτοῖς λόγῳ τιμωρίας εἰς ἄνοιαν περιτρέπεται· ὧν γὰρ μετὰ σαρκὸς εἶχον ἀσφαλῆ τὴν εἴδησιν, οὐ μόνον οὐκ ἐλάττους φανεῖσι τῆς προϋπαρχούσης γνωρίσεως, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀκριβεστέραν κατάλυσιν, ἀναφέροιντο. Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε, ὅτι τῷ Χριστῷ συμπάρεισιν αἱ ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαί· καὶ ταῦτα τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ὅτι: *Ἐπιποθῶ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.* Καὶ ἐν παραδείσῳ διατρίβουσιν· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ μακαρίῳ

λητῇ καὶ παντὶ ἁγίῳ ἔφη ὁ Κύριος· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*· ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνάγεσθαι τὸν οὐρανὸν οὐκ ἀπείργονται· καὶ ταύτην γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτὸς ὁδεύειν ὁ Κύριος ἔδωκεν, πρόδρομος εἰς τὴν ἄνω σκηνὴν εἰσελθών. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος ἐκάλεσε πρόδρομον· ὁ γὰρ πρόδρομός τινων πάντως καὶ ἔστι καὶ λέγεται πρόδρομος· καὶ καθάπερ οὐχ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἐπωνόμασε χάριτι τῶν καινῶς ἀναστησομένων ὁπόταν, οὕτω καὶ πρόδρομον εἶπεν εἰς τὴν ἄνω σκηνὴν αὐτὸν εἰσελθεῖν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκείνων πάντως ἕνεκεν τῶν εἰσελευσομένων ἐκεῖσε κατόπιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει καὶ τῷ Χριστῷ συμπάρεισιν οἱ ἐν αὐτοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύοντες, ὑπαρ τε τοῖς καλουμένοις, καὶ καθ' ὕπνους αὐτοὺς καὶ ἐπιφαίνεσθαι,

A ctari Dominus monstravit, præcursor in sedem desuper ingressus. Si enim res ita se non haberet, Apostolus ipse præcursorem non vocasset : etenim præcursor aliquorum et est et dicitur præcursor : ac veluti haud fortuito casu et in vanum Primogenitum ex mortuis nuncupavit, propter illos qui una resurgent in novissimo die, ita etiam præcursorem in sedem supernam ingressum dixit, haud temere, sed omnino illorum gratia qui cum ipso sunt ingressuri. Si vero hæc ita se habent, si coram Christo stant qui in ipso vitam mutaverunt, quare ipsos pro nobis intercedere negaverimus, et per visionem et per somnum apparere ?

ς'. Καὶ ταῦτα τὸν ἐν ἁγίοις Συμεὼν τὸν Μεταφραστὴν τὸ δόγμα τοῦτο συνιστῶντα πρὸ τῶν ἄλλων εὑρίσκοντες· ἐν γὰρ τῷ βίῳ τῆς μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας καὶ τάδε φησίν· Ἡ μακαρία Θεοδότη ἐν φρουρᾷ τῇ μάρτυρι Ἀναστασίᾳ οὔσῃ ἐφ' ἕκτης ὁρωμένῃ νυκτὸς πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐρρώννυεν, ἣν καὶ πολλάκις φοιτῶσα ἡ μηδὲν ἐάσασα τῶν ἀγαθῶν ἀνεξέταστον, καὶ τοῦτο ἤρετο, τίνα δὴ τρόπον, λέγουσα, μετὰ τὸ θανεῖν φοιτᾷ πρὸς αὐτήν; Ἡ δὲ δεδόσθαι ταῖς τῶν μαρτύρων ἔφη ψυχαῖς καὶ τοῦτο παρὰ Θεοῦ, τὸ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐπιδημίαν ἐπιφοιτᾷν παρ' οἷς ἂν καὶ βούλοιντο, καὶ ὁμιλίας καὶ παρακλήσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν. Ταῦτα δὲ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐπιβεβαιοῖ λέγων· Τότε ὄψομαι Καισάριον λαμπρὸν, ἔνδοξον, ἀγαλλόμενον, οἷός μοι καὶ κατ' ὄναρ ὤφθης, ἀδελφῶν φίλτατε.

B 6. Insuper in sanctis Simeonem Metaphrasten illud dogma præ cæteris asserentem invenimus : etenim in Vita magnæ martyris Anastasiæ Romanæ ita loquitur : Beata Theodote, quæ martyri Anastasiæ in carcerem conjectæ circa sextam noctis horam visa, ad certamen cohortabatur; nam nullum bonum inexploratum relinquens, hæc quoque rogabat, quonam modo post mortem ipsi loquens appareret. Illa vero martyrum animabus concedi dixit a Deo, post discessionem ex hac terra, iis quibus volunt apparere et ipsos sua præsentia et confabulatione dignari. Hæc etiam theologus Gregorius affirmat dicens : Tunc videbo Cæsarium splendidum, gloriosum, ornatum, qualem mihi in somnis te præbuisti, fratrum amantissime.

C

ζ'. Μὴ οὖν ἀπίστει τοῖς λεγομένοις· ὅρα γὰρ ὅτι καὶ καθ' ὃν ἐκδημοῦσι καιρὸν οἱ κατὰ Θεὸν ζήσαντες, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται· καὶ δῆλον ἔκ τε τῶν συμβεβηκότων τῷ μεγάλῳ Δανιὴλ τῷ Στυλίτῃ, τῷ μεγάλῳ Σάβᾳ, καὶ ἑτέροις τῶν ἁγίων οὐκ ὀλίγων. Ἡνίκα γὰρ τοῦ σώματος ἐχωρίζοντο, ἐφεστήκεισαν αἱ ἀπ' αἰώνων ἅγιοι ὅσιοί τε καὶ μάρτυρες προσκαλούμενοι αὐτοὺς σὺν ἐπουρανίοις δυνάμεσιν. Εἴπερ οὖν οὐκ ἦν ἀληθὲς, ὅτι ἐφίστανται τοῖς ἐνταῦθα ἀπελθοῦσαι τῶν ἁγίων ψυχαὶ, οὐκ ἂν ὁ πατριάρχης ἐκεῖνος Φώτιος τῷ μεγάλῳ Γρηγορίῳ τῷ Διαλόγῳ ἀκολουθῶν οὕτως ἔλεγε· Τοῖς μὲν οὖν βραχέσι τῶν ἁγίων λειψάνοις καὶ μᾶλλον ἡ τῶν σημείων ἐνέργεια δίδοται διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀπιστίαν· τοῖς γὰρ ὁλοκλήροις οὐδενὶ διανίσταται λογισμὸς, ὡς οὐ δύναται ταῦτα θαυματουργεῖν ἐπιστασία τῶν καλλινίκων ψυχῶν, αἳ τοῖς τῶν σωμάτων συνδιῃθλησαν ἀγῶσι καὶ πόνοις. Τί τούτου σαφέστερον; Ἐπιστασίᾳ γὰρ, φησὶ, τῶν καλλινίκων ψυχῶν τὰ τῶν ἁγίων τερατουργοῦσι λείψανα. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι τοῖς θεαρέστοις πολιτευσαμένοις εἰπὼν Θεὸς, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας.*

D 7. Ne igitur de his dictis dubites : scias enim quod ii qui dum in terris agebant in Deo vitam egerunt, sanctorum visionem experti sunt. Patet ex iis quæ magno Danieli Stylitæ, magno Sabæ cæterisque sanctis haud paucis contigerunt. Postquam enim corpore soluti essent, inde a sæculis sancti et martyres, ipsos cum cœlestibus virtutibus advocarunt. Si igitur verum non esset, quod inde profectæ sanctorum animæ, his qui supra terram sunt sese præbeant, haud sane patriarcha ille Photius, Gregorio Magno Dialogorum auctori assentiens, ita dixisset : Parvis sanctorum reliquiis etiam magis miraculorum virtus concedituc ob multorum incredulitatem : turbæ enim minime prodest prolata ratio, quod hæc mira sese habere nequeunt justarum animarum jussu, quæ in corpore agones laboresque certaverunt. Quid hoc evidentius? Justarum, enim, inquit, animarum jussu sanctorum reliquiæ miracula patrant. Verax enim in ipsis apostolis cunctisque divinis ministris loquens Deus, « Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. »

η'. Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον ἀμφίβαλλε, μηδὲ λέγε, πῶς ἀλλαχοῦ μεθιστάμεναι τοῖς ἐνταῦθα; Καὶ ἀποβεβιωκόσι γὰρ τοῖς ἁγίοις πάρεστιν ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις· κἀντεῦθεν τοῖς ναοῖς αὐτῶν ἐπιφαίνονται, καὶ τοῖς ἐπικαλουμένοις ἐφίστανται, καὶ

8. Ne igitur diutius dubites, nec dicas, Quomodo aliunde distractæ his quæ supra terram aderunt? Vita enim functis sanctis adest sancti Spiritus gratia : et ibi in templis suis apparent, et invocantibus astant, et cætera omnia agunt ex voluntate ;

« Vobiscum enim, inquit, omnibus sum diebus usque ad consummationem sæculi. » Ne igitur diuinas inquiras, quomodo aliunde distractæ his qui supra terram apparent. Si enim propheta ille Habacuc, corporali vinculo adhuc detentus, ab Hierosolymis una eademque hora in Chaldaicam regionem pervenit, Danieli prophetæ in fovea cibos alferens, quomodo etiam sanctorum animas invocantibus aliquando apparere negabimus? Mitte ergo quærere causam : ubi est gratia Dei, causam investigandi locus non est : quod appareant, scio; Patrum enim traditionibus non obsto : quomodo vero, nescio : scit mirabilis ille in sanctis suis : quod vivo, quod nutrior, scio : quomodo vero, nescio : quod etiam corpori anima jungitur, scio : quomodo vero, nescio : quod spiritalis et immaterialis, scio, audivi enim : qualis vero ejus species, ac qualis essentia, nescio : hoc enim inexploratum mansit : quomodo enim noverit quis rem ad imaginem creatam impenetrabilis atque incomprehensibilis Dei? Si animæ essentia comprehenderetur, et ipsum imaginis prototypum. Quod si vero prototypum incomprehensibile est, incomprehensibilis necessario et ipsa prototypi imago : inde plurima tractata sunt de ea; nemo vero hujus aliquando potuit capere naturam, ac imaginem fuerit, ut dicunt, incomprehensibilis ac inaccessibilis Dei.

Α τάλλα πάντα ποιοῦσιν ὅσα καὶ βούλονται· *Μεθ' ὑμῶν γάρ, φησί, πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας.* Μὴ οὖν ἐπὶ πλέον ἀμφίβαλλε, πῶς ἀλλαχοῦ μεθιστάμεναι τοῖς ἐνταῦθα πάλιν ἐφίστανται. Εἰ γὰρ ὁ προφήτης ἐκεῖνος Ἀββακοὺμ μετὰ τοῦ σαρκίνου ἐκείνου πάχους ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ ὥρᾳ τὴν Χαλδαϊκὴν κατέλαβε γῆν, τῷ προφήτῃ Δανιὴλ εἰσκομίζων ἐν τῷ λάκκῳ τὸ ἄριστον, πῶς οὐχὶ καὶ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς τοῖς ἐπικαλουμένοις ὀπτάνεσθαί ποτε εἴπωμεν; Ἄφες τοίνυν τὸ πῶς· ἔνθα χάρις Θεοῦ, χώραν οὐκ ἔχει τὸ πῶς· ὅτι μὲν ἐφίστανται οἶδα· οὐδὲ γὰρ ἀντιτείνω ταῖς πατρικαῖς παραδόσεσι· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· οἶδεν ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· ὅτι μὲν ζῶ καὶ τρέφομαι, οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· καὶ ὅτι μὲν οὖν τῷ σώματι σύνεστιν ἡ ψυχή, οἶδα· τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα· καὶ ὅτι μὲν ἀσώματος καὶ ἄϋλος, οἶδα, ἠκουσα γάρ· τί δὲ τὸ εἶδος αὐτῆς, καὶ ποταπὴ τὴν οὐσίαν ἐστίν, οὐκ οἶδα, ὅτι καὶ ἀνερμήνευτον τοῦτο μεμένηκε· πῶς γὰρ ἂν καὶ εἰδείη τις τὴν κατ' εἰκόνα κτισθεῖσαν τοῦ ἀπερινοήτου καὶ ἀκαταλήπτου Θεοῦ; Ἐὰν ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία κατελαμβάνετο ἄν, καὶ αὐτὸ τὸ τῆς εἰκόνος πρωτότυπον· εἰ δὲ τὸ πρωτότυπον ἀκατάληπτον, ἀκατάληπτος ἐξάναγκες καὶ ἡ τοῦ πρωτοτύπου εἰκών· ἔνθεν τοι καὶ πολλὰ μὲν διεφιλοσοφήθη περὶ αὐτῆς· οὐδεὶς δὲ τὴν ταύτης ἠδυνήθη καταλαβέσθαι φύσιν ποτὲ, κατ' εἰκόνα κτισθεῖσαν, ὡς εἴρηται, τοῦ ἀκαταλήπτου καὶ ἀπροσίτου Θεοῦ.

§. Ne igitur causam indagare velis, ne forte ob hanc incredulitatis aculeris : dicit enim, « Nisi credideritis, non intelligetis. » Ut ex ultimis loquar apostoli, et hæc dum molesto corpore detinerentur, in obitu sanctissimæ Dei Matris in unum simul coadunati, nisi forte hic angelos apostolorum loco convenisse dixerimus : ut Paulus ad tertium cœlum abreptus, inde in paradisum deductus, et inenarrabilia verba audivit : quomodo tandem ipsi obviam Domino in aera : quomodo etiam transfigurato Christo Moyses et Elias in gloria apparuerunt : non igitur mira quidem sint ista, sed revera divina, ac creditu : ita etiam redeuntibus sanctorum animis fidere te decet. Quod autem superstitibus apparent, arcane ex supra relatis; quomodo vero, ipsi Domino committe; non enim plura per ipsum cogitare licet, ne tale quid patiamur, quale damnatus Lucifer; qui cum ipsi collatam a Domino gloriam, utpote difficilem, ferre non posset, in terram misere repente delapsus est. Quapropter et magno Paulo quo tempore in cœlum est abreptus, revelationes sub silentio traditæ sunt : aliter enim totius orbis magister silentio non prætermisisset; quomodo vero tacere non maluisset? qui ipse divinæ carni stimulos adhibere se dixit, ne revelationum mole obrueretur.

Β

ι'. Ἄφες τοίνυν ἐπὶ τῶν παραδόξων τὸ πῶς, ἵνα μὴ καὶ ἀπιστίαν ἐπὶ τούτῳ καταχριθῇς. *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε* γάρ, φησίν, *οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε*· πῶς ἐκ πιράτων οἱ ἀπόστολοι, καὶ ταῦτα τῷ παχεῖ τούτῳ βαρούμενοι σώματι, ἐν τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου κατ' αὐτὸν συνηθροίσθησαν, ἵνα τί μὴ καὶ ἀγγέλους ἐνταῦθα λέγωμεν, ἀντὶ τῶν ἀποστόλων ἐλθεῖν; πῶς ὁ Παῦλος εἰς τρίτον ἀνῆλθεν οὐρανὸν, κἀκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον ἀπηνέχθη, καὶ ῥημάτων ἀῤῥήτων ἤκουσε· πῶς ἁρπαγήσονται οἱ δίκαιοι πρὸς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, πῶς δὲ καὶ μεταμορφουμένῳ τῷ Χριστῷ Μωσῆς καὶ Ἠλίας ὁμοῦ ἐπὶ τῆς Δόξης ἐπέστησαν. Ὥσπερ οὖν παράδοξα μέν εἰσι ταῦτα, ἐγένετο δ' ὅμως καὶ πιστεύομενα οὕτω τὰν ταῖς ἀνελθούσαις τῶν ἁγίων ψυχαῖς διανοεῖσθαί σε ἄξιον· καὶ ὅτι μὲν ἐφίστανται τοῖς ἐνταῦθα, πίστευε ἀφ' ὧν ἄνωθεν ἤκουσας· τὸ δὲ πῶς αὐτῷ τῷ Κυρίῳ κατάλειψαι· οὐδὲ γὰρ πλεῖόν τι νοῆσαι παρ' αὐτοῦ συγχωρούμεθα, ἵνα μὴ τοιοῦτόν τι πάθωμεν, ὁποῖον ὁ πεσὼν Ἑωσφόρος· τὴν γὰρ δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ Κυρίου λαμπρότητα μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν, ἅτε συγχάνουσαν ἄπλετον, ἀνετράπη τε παραχρῆμα καὶ πτῶμα κατὰ γῆς ἐξαίσιον ἔπεσε. Διά τοι τοῦτο καὶ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ καθ' ὃν ἡρπάγη καιρὸν ἀποκαλυφθέντα σιωπῇ παρεδόθησαν· εἰ γὰρ ἐφθόρα καὶ ταῦτα συνέβη, συνέφερεν, οὐκ ἂν ὁ τῆς πῶς γὰρ οὐ σιγῆσαι διεκρινεν; εἴπερ αὐτὸς τῇ ἰδίᾳ τῶν ἀποκαλύψεων ὑπεραίρηται.

10. Scripturas igitur amplecti debemus, ea vero

ι'. Στέργειν οὖν τὰ γεγραμμένα ὀφείλομεν, καὶ

τῶν ὑπὲρ κατάληψιν ὅλως μὴ ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις τὴν ἧτταν ὁμολογεῖν, καὶ μετὰ τοῦ θείου λέγειν Δαβίδ· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἡμῶν· ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δυνάμεθα πρὸς αὐτήν.* Τοῖς γὰρ ἐν Χριστῷ κοιμηθεῖσιν ἁγίοις μεταδέδοται καὶ ὑπερφυῆ τὰ χαρίσματα· καὶ δεομένων γὰρ ἡμῶν ἐπακούουσι, καὶ θλιβομένοις ἐφίστανται παρηγορίας ἕνεκεν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. Ἐάν γὰρ οἱ κατ' ἐμὲ ῥᾳθύμως τὸν βίον ἀνύσαντες τῶν δι' αὐτοὺς ἐνταῦθα τελουμένων εὐποιιῶν ἐπαισθάνωνται, ὡς ἐκ τῶν ἱερῶν Γραφῶν διδασκόμεθα, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ χρεῶν λειτουργήσαντες. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἐπιταφίῳ λόγῳ καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔλεγεν· Δέδεξο τὸν παρόντα λόγον, ὦ μακαρία· καὶ τοιούτων αἰσθάνεσθαι.

A quæ supra mentem sunt minime tangere, imo impotentiam fateri, et cum divino Davide exclamare : « Mira est scientia tui a nobis, nimis alta est; nihil valemus ad eam. » In Christo enim mortuis sanctis etiam supernaturalia dona data sunt ; orantibus nobis assistunt : oppressis consolabundi succurrunt, ut supra dictum est. Si enim quidam vita non bene acta, bonis operibus propter ipsos impletis fruuntur, ut ex sacris Scripturis audivimus, quanto magis qui in ipso Christo mandata servaverunt. Quare etiam theologus Gregorius in funebri oratione ad sororem, hæc inter alia dicit : Præsentem sermonem accipe, o beata : illud enim tui similibus concessit Deus, ut talibus fruantur.

ιδ'. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πόθεν ἡμεῖς ὁρμώμενοι τοιαύτης ἀποστεροῦμεν χάριτος τὰς ἀπελθούσας τῶν ἁγίων ψυχάς; καὶ ταῦτα τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου λέγοντος, ὅτι *Ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.* Καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; Εἰ γὰρ καὶ περί τινων ἁγίων ἔτι τῷ βίῳ τούτῳ περιόντων ἠκούσαμεν, ὅτι δι' εὐχῆς αὐτῶν καί τινας ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον καταλύσαντας αἰωνιζούσης κολάσεως ἠλευθερώθησαν (1), τί τὸ κωλύον μὴ καὶ τὸν βίον ἀλλάξαντας, καὶ τοῦ Θεοῦ δῆθεν ἐγγύτερον γεγονότας, τὰ αὐτὰ τοῖς προλαβοῦσι ποιεῖν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, ἵνα μὴ λέγω πολλῷ μείζονα, διά γε τὴν τῆς σαρκὸς ταύτης ἀπόθεσιν; Μὴ οὖν ἀντιπίπτωμεν ταῖς πατρικαῖς παραδόσεσι, μηδὲ ὅπως ἔχοιεν αὗται περιεργαζώμεθα· ἐγράφη γὰρ ταῦτα οὐχ ἵνα πολυπραγμονῶμεν, ἀλλ' ἵνα πιστεύωμεν, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν αἰώνιον ἔχοιμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

B 14. Si hæc ita se habent, cur nos tali gratia hinc profectas sanctorum animas spoliabimus? præsertim cum apostolorum princeps Petrus dicat : « Dona hominibus largitus est Deus, quæ etiam vellent angeli. » Quid plura? Si enim de aliquibus sanctis vitam adhuc agentibus audivimus, eos suis precibus quosdam qui in impietate perierant, a sempiterno supplicio liberasse, quid obstat quominus illi, præsenti vita immutata Deoque propinquiores facti ea quæ antecessores agant, eademque fruantur virtute ac efficacia, ne dicam multo majori propter hujusce carnis depositionem? Ne igitur Patrum C dogmatibus adversemur, incredulitate et dubitando. Hæc enim scripta sunt, non ut scrutaremur, sed ut crederemus, ac proinde ut credentes, vitam æternam habeamus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

EPISTOLA XIX.

Ad Nilum monachum. — Preces pro mortuis et eleemosynas non frustra fieri (2).

Ὅτι μὲν οὖν οὐ χρὴ κατά τι διστάζειν ἐπὶ ταῖς γινομέναις εὐποιίαις παρὰ τινῶν, χάριν μὲν εὐσεβῶν, ἁμαρτωλῶν δὲ, πειθέτωσαν ἡμᾶς πρὸ τῶν ἄλλων οἱ μαθηταὶ Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι, τρίτα, ἔννατα καὶ τεσσαρακοστά, ναὶ μὴν, καὶ ἐνιαύσια τελεῖσθαι κοινῶς ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι διαταξάμενοι. Εἰ γὰρ ὁ Νυσσαεὺς θεῖος Γρηγόριος, τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἑπόμενος οὕτως εὕρηται λέγων, Οὐδὲν ἀλογίστως οὐδὲ ἀκερδῶς ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν παραδίδοται, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα πάντως ἐπωφελὲς, τὸ μνήμην ποιεῖν ἐπὶ τῆς θείας μυσταγωγίας τῶν πιστῶν κεκοιμημένων· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀλογοπραγήτως ἔπεσθαι χρή. Εἰ γάρ, καθάπερ εἰρήκαμεν, ὑπὲρ τῶν ἐν ἁμαρτίαις ἀποθανόντων θυσίαν προσάγειν οὐκ ἀποκλειόμεθα, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ τρίτῃ εὐχῇ τῇ λεγομένῃ κατὰ τὴν

Non esse itaque dubitandum de bonis operibus quæ ab aliquibus fiunt, piorum quidem gratia, sed peccatorum, persuadeant nos ante alios discipuli Christi et apostoli, diebus tertio, nono et quadragesimo, nec non et exacto anno publice mortuorum memorias fieri decernentes. Etenim etsi Nyssenus divus Gregorius sacris apostolis insistens hæc reperitur dixisse : Nihil sine ratione et sine lucro a Christi discipulis traditur, res tamen ipsa omnino utilis est, memoriam recolere in divina liturgia eorum, qui in fide obdormierunt, multo magis nos sine auctiori examine sequi addecet. Etenim si, quemadmodum diximus, pro iis, qui in peccatis immortui sunt, sacrificium offerre non prohibemur; quod et divinus Basilius in tertia oratione, quæ die Pentecostæ sacro dicitur, plane edocet, ita ad Deum

(1) Respicit (ut cognoscimus ex aliis Glycæ epistolis seu tractatibus) ad narrationem S. Gregorii PP. et aliorum de salute Trajani imp., de qua satis et a multis criticis et a theologis disputatum fuit.

(2) Allat. De consensu, col. 1194.

dicens : Quod et in hac perfectissima solemnitate et salutari, propitiationes deprecatorias pro iis, qui in infernum descenderunt, suscipere non dedignatus es, ingentes nobis spes exhibens, remissionem vero iis, qui detinentur ab opprimentibus eos malis, exaudi nos, te deprecantes. Non enim mortui laudabunt te, Domine, neque qui in inferno sunt, confitentes libere tibi offerunt; sed nos viventes exoramus pro animabus eorum. Et ne dicito mihi : Quandoquidem universe pro omnibus defunctis Deo sacrificia offeruntur, universe etiam omnes salutem consequentur. Habes siquidem præ aliis magnum Dionysium, hanc opinionem e medio tollentem, et quæ ex peccatis remittantur, quænam vero non condonentur, manifesto edocentem. De iis namque, qui in peccatis vitam finierunt, edisserens, hæc quoque addit : Si pusilla quædam adfuerint, utilitatem propter bona opera, quæ pro iis fiunt, accipiunt; si ingentia ac immoderata sunt, conclusit Deus contra ipsos. Ad hæc suppetit et magnus Epiphanius, in *Panariis* hæc habens : Utiles sunt pro defunctis piorum preces, si ingentia crimina non impediunt.

ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, σαφῶς οὖν ἐκδιδάσκει λέγων οὕτω πρὸς τὸν Θεόν· « Ὁ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παντελεῖ ἑορτῇ καὶ σωτηριώδει λασμοὺς μὲν ἱκεσίους ὑπὲρ τῶν ἀποιχομένων ἐν ᾅδου καταξιώσας δέχεσθαι, μεγάλας παρέχων ἡμῖν ἐλπίδας, ἄνεσιν δὲ τοῖς κατεχομένοις τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, ὅτι οὐχὶ νεκροί εἰνέσουσί σε, Κύριε, οὐδὲ οἱ ἐν ᾅδου ἐξομολογούμενοι παῤῥησιάζονται φέρειν σοι. ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες ἱκετεύομεν περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν. Καὶ μή μοι λέγε, ὡς εἴγε κοινῶς ὑπὲρ πάντων τῶν τεθνεώτων θυσίαι τῷ Θεῷ προσάγονται, καὶ κοινῶς λοιπὸν ἅπαντες σωτηρίας ἐπιτεύξονται. Ἔχεις γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸν τὸν μέγαν Διονύσιον ἐκ μέσου τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ποιούμενον, καὶ τίνα μὲν τῶν πλημμελημάτων ἀφίενται, τίνα δὲ οὐκ ἀφίενται, σαφῶς σε διδάσκοντα. Περί τινων γὰρ ἐν ἁμαρτίαις τὸν βίον ἀπολιπόντων διεξιών, καὶ τάδε φησίν· Εἰ μὲν ψιλά τινα πρόσεστιν, ἔχουσιν ὠφέλειαν διὰ τὰς γινομένας εὐποιίας· εἰ δὲ χαλεπά εἰσιν, ἀπέκλεισεν ὁ Θεὸς κατ' αὐτῶν. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ αὐτὸν ἔχεις τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον ἐν τοῖς *Παραρίοις* οὕτω λέγοντα· Ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων εὐσεβῶν εὐχή, εἰ καὶ τὰ μεγάλα αἰτιάματα μὴ ἀποκόπτῃ.

